Ex Bibliotheca majori Coll. Rom. Societ. Jesu

Digitized by Google

CHRONICI CHRONICORVM POLITICI

Liber II.

10-7-L-28

Cum accurato rerum ac verborum Indice.

Prostat Francofurti in Officina
AVBRIANA.

ANNO M. DC. XIV.

Digitized by Google

10-7-1-.28

Digitized by Google

AD LECTOREM PERSEVERANTEM.

BIBLIOTECA NACIONAL

HAbes & heic IV. Tomum Chronici Chronicorum, amice Lector; in quo nobis vsu venit, quod in prioribus; vt diu scilic. multumque hæreremus, quosnam potissimum sumeremus ad ædificii inchoati absolutio-

Digitized by Google

nem. Et verò circa Prodigia, Oſtentaque cœli ac terræ, nullus viſus prior Cũrado Lycoſthene, paucioribus hactenus notô lectoque, quod in folio editus eſſet; neque omnibus talem liberet ſibi comparare. Eo igitur libro inuenietur quicquid ſciẽdum eſt vel curioſiſsimis, de Cometis, de Eclipſibus, de ſterilitate frugum, atque inde orta fame ac peſtilentia, de frigore, de æſtu in-

ſtu inſolenti, de diluuiis & inundationibus, de partubus monſtroſis, de cæteris denique naturæ luſibus aut miraculis.

In perſonis Cameralibus, nihil fuit opus electione; quod liber ille vnus ſuper ea re publicatus eſſet.

At enim Chronologia noſtra Eccleſiaſticopolitica, collecta eſt ex Euſebio, exque aliis Latinis æui

Digitized by Google

medii ſcriptoribus, item ex Baronii Annalibus; quẽ-admodum & infinitis ferè huius ſuperioriſq; ætat Scriptorum Hiſtoriis, Annalibus, Faſtis, Ephemeridibus, Kalendariis, Chronologiis, &c. adeo quidem vt non ſolummodò digniſſima quæque excerpſerimus, ex

Æmilio
Ænea Siluio
Artho

Auen-

Digitized by Google

PERSEVERANTEM.

Auentino
Beyerlingo
Bembo
Bizarro
Boethio
Bonfinio
Bothero
Bucholzero
Buntingio
Caluiſio
Carrione
Cauitello
Crantzio
Chytræo

Digitized by Google

AD LECTOREM

Collenutio
Cromero
Curæo
Cuſpiniano
Genebrardo
Gordonio
Heutero
Loulo
Maſſónio
Matthieuio
Meterano
Meyero
Michouio
Nauclero

Opme-

Digitized by Google

PERSEVERANTEM.

Opmeerio
Panuinio
Pontano
Reuſnero
Roſierio
Rubeo
Suffrido Petri
Sigonio
Tritthemio
Thuano
Zenocaro:

ſed etiam aliis multis, quorum nomina iam non veniunt ſub acumen ſtyli, neque ego alioquin frequen-

ter adſcripſi: quoniam viderem ſæpiſsime peccatũ ab hodiernis Auctoribus notabilem aliquam narrationem imputantibus, nõ ei qui eo ſeculo vixerat, aut ab eo propius abfuerat, ſed à tertiis, à quartis, quique ſolum tranſſcriptores dici merebantur. Reuocare autem omnia ad fontes ſuos, non erat otii noſtri, non feſtinationis Typographi. Quare tale quid potius exſpecta, mi Lector,

alio

Digitized by Google

alio tempore. Interim hac rhapſodia vtere fruere: ſciaſq; nos annos Chriſti eos fere ſequi, quibus vſus eſt Bucholtzerus alilq;. Quod vero attinet ad Nouũ Vetuſque Kalendariũ; vereor ne ſæpius in eo errauerim cum aliis multis. adnotauimus tamen ſæpe vtrunque diſcrimen, hac nota *ſt. vet. ſt. n.* quod eſt *ſtylo veteri, ſtylo nouo.* Verum ſic quoque Lector quis per ſe expediet, ſi attẽdat ditionibus vbi quæque

res accidit. Nam in iis vbi locum habet D. Gregorii reformatio, intelligendus vtiq; Stylus nouus; quemadmodum fere præsumendum est de veteri circa eos qui castigationē illam anni nondum admiserunt. Notæ illæ C. S. E. volunt indicatum, *cuius scripta extant*, quod & à Bucholtzero sumpsimus. Iam dimitteris Lector. Vale & Salue.

Digitized by Google

SERIES HOC TOMO CONTENTORVM.

I.

PRodigiorum ac Ostentorum Chronicon Conradi Lycosthenis pag. 1.

II.

Annotata De Personis Iudicii Cameræ Imperialis à primo illius exordio vsque ad annum Domini M. D. LXXII. completa. 441.

III.

Chronologia Ecclesiasticopolitica rerum pace belloque toto fere orbe gestarum ab anno I. Jesu Christi ad annum 1613. 565.

IV.

Academiarum Scholarumq; Illustrium collectio ex Jacobo Middendorpio. 1280.

Digitized by Google

V.

Nundinæ Mercatusque per Europam celebriores 1308.

VI.

Ludi Equestres seu Hastiludia Germanica. 1332.

PRODI-

Digitized by Google

Digitized by Google

ed by Google

10-7-I-28

PRODIGIORVM AC OSTENTORVM CHRONICON,

QVÆ PRÆTER NATVRÆ ORDINEM, MOTVM, ET OPERATIONEM, & in ſuperioribus & his inferioribus mundi regionibus, ab exordio mundi vſque ad hæc noſtra tempora, acciderunt. Quod portentorum genus non temere euenire ſolet, ſed humano generi exhibitum, ſeueritatem iramque Dei aduerſus ſcelera, atque magnas in mundo viciſſitudines portendit. Partim ex probatis fideq; dignis authoribus Græcis, atque Latinis: partim etiam ex multorum annorum propria obſeruatione ſumma fide, ſtudio, ac ſedulitate, conſcriptum per

CONRADVM LYCOSTHENEM
RVBEAQVENSEM.

Digitized by Google

VT VIDEAS QVAM DIFFICILE SIT, RES GESTAS AD CERTAM TEMPORVM omnium rationem referre: diuersitatem supputationum, ab Adamo vel condito potius mundo, vsque ad Christi saluatoris glorioſam natiuitatem, ex diuersis Chronographis adiicere placuit.

ALphonſius rex numerat 6984
Epiphanius epiſcopus contra Manichæos 5029
Paulus Oroſius 5049
Philo Ebræus, Auguſtinus lib. 2. de mirabilibus ſcripturæ 5195
Iſidorus 5196
Euſebius Cæſarienſis in Chronologia, Barpt. Platina, Vincentius, Ioannes Stumphius 5199
Abbas Vrſpergenſis, Ioannes Nauclerus 5201
Albumaſar aſtronomus, quem plerique Neoterici putant ſequendum eſſe in aſtris computandis 5328
Auguſtinus 5353
Iornandes in ſuis annalibus, & Ioannes Cuſpinianus in Coſſ. 5500
Suidas & aliqui Græci 5600
Philaſtrius de hæreſibus 5801
Rabi Naaſſon in cyclo Paſchali 5707
Rabi Leuiben, cui Gerſon prope accedit, R. Abraham in Cabala 3754
Eorum plerique, & Chronica publicata 3760
Ioan aryon 3944

Hiero-

Digitized by Google

Hieronymus iuxta Ebr. veritatem, Beda 3952
Hermannus Contractus 3952
Ioan. Picus Mirandulæ princeps 3958
Ioan. Lucidus, multiq; Astronomi, Martinus Lutherus 3960
Alexander Sculteius 3960
Abbas Vrspergensis, Paul. Phrygio, Philip. Mel. Paulus Eberus, Ioannes Functius, Chumannus Flinsbachius, Michael Beuterius 3962
Panthalion 3970
Theophilus Theologus ad Antolytum, Christianæ religionis calumniatorem 3974
Theod. Bibliander 3997
Carolus Bouillus 3989
Iosephus historicus Ebr. primarius 4103
Odiaton siue Eduicon, astrologus 4320
Aurel. Cassiodorus 4697
Scripturæ sanctæ calculo exactiore 3979

PRODIGIORVM ATQVE OSTENTORVM TAM COELESTIVM QVAM TERRESTRIVM Chronicon: ab exordio mundi vsq; ad noſtra tempora.

Anno mund. 1

CONSTRVCTO iam à Deo optimo maximo rerumque omniū creatore, ampliſſimo abſolutiſſimoq; totius mundi vniuerſitatis rerum theatro, in ipſis ſtatim paradiſi voluptatib. ſerpens callidiſſimus, atque totius humanæ ſalutis hoſtis, Euæ non vno atque altero verbo tantum, ſed iuſto atq; diſtincto omnib. numeris ſermone loquutus eſt: Imo non ſimpliciter loquutus, ſed tamaſtute etiam percontatus eſt, vt de diuino mandato iam dubitantē deceperit, Moiſes Geneſeos 3. Vnde ſtatim ſecuta eſt diuina propter inobedientiā vltio, qua Adam Dei, quam habebat, imaginem amiſit, ac peccati vitium in omnes poſteros ſuos cum morte, ac aliis peccati pœnis transfudit. ante Chriſtum. 3959

50 CAIN atq; Abel fratres germani Adami, atque Euę primorū parentum filii, cū quiſq; de ſuis facultatib. Deo bonorū omnium datori ſacrificium obtuliſſet, Cain agricola de fructib. terræ, Abel vero ouium paſtor, de primogenitis gregis ac de adipib. eorum: Deus retributor bonorum, reſpiciens Abelis munus per ignis flammā, quę ſacrificium conſumpſit, ſuę beneuolentiæ ſignum dedit. Vnde Cain ſtatim non 3910

tantum

nentem Lectorem per varia Indicia, fed fine-
ullo labore intelligendum, dictorum hoc quod ad-
me attinet, Modo Genuino.

1711 Ego Ioannes Arbuthnott, Medicinæ D. Alumnus 1711
& Comes Edinburgi Graduatus, ad Fidem Pro-
mittendam, & hoc nomine magnum me ho-
norem adeptum esse, Publice profiteor, Ac
Fidem meam Interpositam, Ac Sacramentum
quod in eius Subscripsi, in omnibus articulis
Fideliter præstare, Ita me adiuvet Deus, Et
hæc Sancta Dei Euangelia, in testimonium
Præsentibus Subscripsi.

Ioannes Arbuthnott Testis Georg. Ridpath
M. Alex. Pennecuikius, respectu nimis, quæ
Ioannes Arbuthnott, Medicinæ D. Alumnus
propositus, Ac Fidem Professionis Iuratus,
minimè mihi innotuit: Quibus quia ge-
nuinè respondere non possum, Ideo Testimo-
nium hoc Testimonium præstare, Quam ma-
xime possum, Ac Subscripsi.

1714 Ego Ioannes Arbuthnott Medicinæ Doctor, 1714
Ac Regiæ Societatis Londinensis Socius, Ad-
mittendus, Ac Fidem Professionis Iuratus,
Ac Sacramentum quod in eius Subscripsi,
Fideliter præstare, Ita me adiuvet Deus, Et
hæc Sancta Dei Euangelia, in testimonium
Præsentibus Subscripsi. Ioannes Arbuthnott
Testis Georg. Ridpath M. Alex. Pennecuikius,
Ad dictum, de quo, &c. ut supra. Ac Testimo-
nium hoc Testimonium præstare, Quam maxi-
me

maximam turrim, ad altitudinem ac magnitudinem montium, insignum atq; monumentum, quod primus in orbe terrarum fuisset populus Babylonicus, ac quasi regnum omnium regnorum, Vt Berosus lib. 4. memoriæ prodidit, sed Deus superbiæ atq; ambitionis hostis, turrim diuersarum linguarum diuisione dissipauit. Vnde eius nomen Babel vocatum est, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ. Et inde disperſit ædificantes in omnes regiones terræ. Gen. 10.

Post Babylonici ædificii dissipationem linguarumque confusionem Deum optimum maximum diuersi generis hominum monstra statim produxisse D. Aurelius Augustinus lib. 16. Ciuitatis dei, cap. 8. author est: Vnde reperiri dicuntur in Africa

Cynnamini.

CYnnaminii, à vicinis barbaris syluestres appellati. Barbas habent admodum magnas, greges syluestrium canum nutrientes præsidia vitæ. Nam ab æstiuo tropico, vsque ad mediam hyemis Indici boues innumera multitudine eorum patriam ingrediuntur: causa incerta est, vtrum ne alias infectantes se feras fugiant, an pastus penuria, an alio naturæ (quæ omnia miranda gignit) impulsu hominibus ignoto acti. His homines quum obsistere nequeant suis freti viribus, se canibus tuentur: quibus in venatione vsi boues permultos capiunt. Et hos quidem recentes edunt, hos saliunt ad futurum vsum. Multa insuper & alia animantia à canibus capta comedunt

Ilophagi. Spermathophagi.

ILophagi Spermathophagique, quorum hi quidem fructus, qui æstate ex arboribus decidunt, colligentes absq; labore edunt: reliquo tempore herbam in vmbrosis nascentem locis decerpunt, quæ vitæ subuenit in egestate: Ilophagi vero cum filiis, vxoribusque ad loca campestria accedentes, arbores ascendunt, ac teneras ramorum summitates auferunt: tantam ex continuo vsu ramos ascendendi peritiam habentes, vt (quod incredibile videtur) de arbore in arborem velut aues prosiliant, ascendantque tenues absque periculo ramos, macilentia, leuitateq; corporis

periculi. Quæ cum quodammodo ostentent, manifestum est, non esse ostenta, quæ ex præsentibus futura prædicant, ut si dicam, hoc ostento, nulla in propinquo tempore bella futura, nullum periculum, nullum incendium, nullum naufragium, nullum latrocinium, nullum scelus suspicor, nemo quisquam futurus est, qui me occidat. Ergo ostenta ejus generis, quæ futura prædicant, non sunt ostenta. Quæ autem ostentant, ea sunt, quæ ostendunt, quæ ostendunt, ea sunt, quæ ostendendi causa facta sunt, quæ ostendendi causa facta sunt, ea sunt, quæ ostendendi causa facta videntur. Ergo ostenta ostendendi causa facta videntur.

Quæ ostendendi causa facta videntur, ea sunt, quæ ostendendi causa facta sunt, quæ ostendendi causa facta sunt, ea sunt, quæ ostendendi causa facta videntur. Ergo ostenta ostendendi causa facta videntur.

Quæ ostendendi causa facta sunt, ea sunt, quæ ostendendi causa facta videntur, quæ ostendendi causa facta videntur, ea sunt, quæ ostendendi causa facta sunt. Ergo ostenta ostendendi causa facta sunt

cultu opimas, emoriantur repente. Hæc omnia nulli alii cauſæ obnoxia. Oculis quoque exitialem faſcinationem fieri ſcriptum eſt: traditurque eſſe homines in Illyriis, qui interimant videndo, quos diutius irati viderint, eoſque ipſos mares fœminaſque, qui viſu tam nocenti ſunt, pupillas in ſingulis oculis binas habere.

Cyneci.

IN Æthiopum regionibus Cyneci gentes numero haud multi, vita ab reliquis diuerſa. Sylueſtrem enim incolentes patriam, & penitus aſperam, rariſque aquarum fontibus, ſuper arbores ferarum timore dormiunt. Sub auroram ad aquarum decurſus armati prodeuntes ſe abſcondunt inter arborum frondes. Sub æſtu vero ſolis agreſtes boues, pardaleſque, ac varia ferarum genera, cum caloris, tum ſitis impatientia, ad aquas potus cauſa confluunt. Repletas, grauéſque aqua beſtias, ex arboribus deſcendentes adoriuntur, ac lignis aduſtis, ſaxiſque & ſagittis occiſas, perque cœtus diuiſas edunt. Aliquando vero quamuis perraro & ipſi à valentioribus beſtiis interficiuntur: ſed multas ipſi dolo & arte valentiores beluas capiunt. Corpore leues ſunt, veloces curſu, & vitæ breuis: vt qui longiſſime viuunt, 40. non excedunt annum. Finis eorum non ſolum miſerabilis eſt, ſed & incredibilis. Nam propinquante ſenecta, pediculi alati, non ſolum viſu varii, ſed ſpecie horridi, ac turpes, in corporibus nati ventrem primo, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt. Qui morbum patitur, primum veluti ſcabiei cuiuſdam pruritu allectus, corpus ſcalpit, voluptate ſimul & dolore perceptis, deinde exorientibus pediculis, ſimul effluente ſanie, morbi acerbitate, ac dolore percitus, vnguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta vero vermium copia effluit, aliis ſuper alios, tanquam ex perforato vaſe, ſcaturientibus, vt deleri nequeant: hoc pacto ſiue cibi ſiue aeris cauſa miſerum ſortiuntur vitæ finem.

Nigritæ

NIgritæ nigerrimi & proceræ ſtatutæ, habentes labrum inferius promiſſum ad pectus vſq;, rubrum & introrſus exulceratũ, perinde vt ſanguis exeat, ſuperius vero paruum inſtar noſtri, fitq; propterea, vt dentes appareant omnes, quos habent noſtris grandiores, duos etiam habens reliquis eminentiores, putanturq; eis ſic labra putrefieri, ob ardorem torridæ plagæ, & ideo ſale ſibi medentur. *Nigritæ.*

IN Æthiopia occidentali Æthiopes quatuor oculis: in Etipia vero homines formoſi, collo ac ore gruino, cum roſtris animalium, atq; alij monſtroſi diuerſi generis homines inueniri dicuntur.

IN Aſiæ regione Scythia Ipopodes, humanam quidem formam, ſed pedes equinos habentes. *Ipopodes.*

ARimaſpi vnum tantum in frontibus habẽtes oculum, vnde & nomen traxerunt: Nam arima Scytharum lingua vnum, ſpu vero oculum deſignat, nos cõmuniore nomine Cyclopes vocamus. Hi ſolas feratũ carnes comedũt: vnde ab aliis Agriophagitæ appellantur. Gell. lib. 9. cap. 4. *Arimaſpi.*

NEuri, qui Scythicis vtuntur moribus, qui ſibi ipſis perſuadent, deierantes ſe quotannis ad dies aliquot lupos fieri, & rurſus in priſtinum habitum & formam redire. *Neuri.*

ANthropophagi humanæ carnis comeſtores, qui reliquos omnes moribus agreſtioribus ſuperantes, nec iudiciis nec legibus vtuntur, ſed pro arbitrio ac naturæ ductu viuunt. *Anthropophagi.*

ARimphæi ſub excelſorum montium radicibus habitantes, qui ab ipſo natali calui ſunt, mares pariter & fœminæ, ſimis quoq; naribus, & ingenti mẽto, proprio quodam oris ſono Scythicam geſtantes veſtem, atq; ex arboribus tantum victitantes. Quorum meminit & Ammianus Marcellinus, à iuſtitia ac morũ placiditate eos cõmendans. *Arimphæi.*

IN Scythia qui ſub ipſis ſeptentrionibus ætatem agunt, populi ſingularis velocitatis, veſtigia pedum habentes retro porrecta, non vt cæterorum hominum proſpectantia. Gell. lib 9. c. 4. *Pedibus inuerſis populi.*

ITem quidam homines ſine capitibus, oculos, nates, atq; ora in pectore ac ventre quaſi habentes.

Scipodes. Monomeri. SCipodes & Monomeri gentes, qui vnum tantum pedem habentes, non flectentes poplitem, mirabilis celeritatis. Hi Plinio teſte per æſtiuum tempus, in terra ſupini iacentes, pedum ſe vmbra protegunt.

Cathaini. CAthaini inter Gedroſiam, atq; Indum fluuium, Scythicum genus hominum, qui aiunt ſe ſolos hominum duobus luminibus cernere, cæteros mortales autem aut cæcos eſſe, aut altero oculo captos. Candidum genus hominum, paruis oculis, natura imberbes, veræ pietatis omnino expertes, ſolem & lunam adorant, fuſiles ſtatuas, nonnulli bouem.

Satyri. SAtyri: animalia quadrupedia ſubſolanis Indorum montibus, pernicissima humana effigie, pedibus caprinis, ac toto corpore villoſo, nihil habentes moris humani, gaudentes ſyluarum latebris, & fugientes hominum commertia. Veteres huiuſmodi mõſtra, pro ſylueſtribus diis coluere, quemadmodum Faunos, ſyluanosq;: Faunos ac ſatyros nemorum Deos eſſe dicentes. Panas agrorũ, ſyluanos ſyluarum, quanquam hæc à poetis confundantur. Vnde Hier. Vidi homunculum, inquit, aduncis naribus, & fronte cornibus aſpera, cui extrema corporis, in caprarum pedes deſinebant. Et præmiſſo ſigno crucis, cum quiſnam eſſet, interrogaſſet Antonius, reſpondiſſe fertur: Mortalis ego ſum, vnus ex accolis eremi, quos vano errore deluſa gentilitas, ſatyrosq; & incubos appellat.

Cynomolgi. CYnomolgi, ſiue Cynocephali, quorum canina ſunt capita, caninaque ora, qui ipſo latratu magis beſtias, quam homines ſeſe profitentur.

Anthropophita. ANthapathitæ, qui inſtar quadrupedum incedunt, per manus & pedes nullas certas ſedes habitationis habentes.

Pygmæi. PYgmæi ſtatura cubitales, qui annum octauum viuendo non excedunt, pugnare dicuntur cum gruibus, à quibus interdum vincuntur, interdum deuorantur, horum mulieres

mulieres quinto anno pariunt, & ſeneſcunt octauo. Eos Plinius reponit in Indiæ montibus, Strabo vero in extremitate Africæ.

Aſtonii

AStonij populi ſine ore, corpore toto hirſuto, ac auium ritu plumato, habitu tantum ac odore viuẽtes, quem naribus trahunt. Nullus enim illis cibus, nullus potus, tantum habent radicum florumque varios odores, & ſyluestrium malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus. Grauiore paulo odore non difficulter exanimantur.

Apothami.

APothami in aquis morãtes, qui vna parte hominem, alia vero caballum ſiue equum referunt: Sic etiam memoriæ tradiderunt mulieres eſſe capite plano ſine crinibus, promiſſas autem barbas habentes.

Coromãda.

COromandæ, ſine linguis ac voce ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis, glaucis dentibus caninis.

Faneſii.

FAneſij in Oceano ſeptentrionali, aures habentes tam grandes, vt totum vndiquaq; corpus contegant.

Hymantopodes.

Hymantopodes, quibus natũra eſt ſerpendo ingredi.

Selenetidæ mulieres ouiparæ.

SElenetidæ mulieres, quæ contra naturam aliarum fœminarum ouа pariunt, vnde naſcentes homines, quinquennes decies nobis ſunt ampliores. Ex Herodoto Rauiſius Textor Niuernenſis recitat.

AB orientis parte intima homines ſine naribus, facie plana, æquali totius corporis planicie. Alij ſuperiore labro orbati. Alij quibus ora concreta, qui modico foramine calamis auenarum potum hauriunt.

INgeſtis præterea Alexandri Magni Macedonum regis legimus, in India eſſe homines ſex manibus, vſq; ad mortẽ nullam corporis infirmitatẽ ſentientes. Item alios omnino nudos, pilosos & in flumine morãtes. Inſuper alios manib. pedibusq; ſex digitos habẽtes. De quibus omnibus ſcribũt Calliphanes, Iſigonus Nicenſis, Ariſteas Proconeſius, Mẽphodor⁹, Ariſtoteles, Armenius, Herodotus, Plinius, Aul. §

Gellius, D. Aurelius Augustinus, ac ex recentioribus Ioan. Boemus in libris de diuersarum gentium ritib. ac moribus.

IN Stiria, ac Heluetiæ Vvalesia homines adeo strumosi, vt strumæ pondus sermonẽ impediat, ac fœminæ lactãtes illos post tergum perinde atq; saccũ proiiciant, ne infantibus ad potum inhiantibus sint impedimento. Monsterus lib. 3. Cosmograph.

HVc referri possunt Lucumoriæ homines, qui vltra Olbi fluuium in montibus habitantes, singulis annis 27. die Nouembris, quæ apud Ruthenos sancto Gregorio sacrata est, moriuntur: ac vere insequenti maxime ad 24. Aprilis, instar ranarum resurgere dicuntur, vt à Sigismũdo barone ab Heberstein ac Neuperg, in cõmentariis suis rerũ Moscobiticarum doctissime memoriæ traditum est.

ANIMALIA QVADRVPEDIA.

SIc etiam Deus omnipotẽs, cum sciret, quarum partium similitudine vel diuersitate contexeret pulchritudinem vniuersi, etiam diuersi generis monstrosa animalia, terrestria, ac aquatilia, non tam ad sui admirationem, quam peccati pœnam in mundum produxit. Cuius generis ex terrestribus esse possunt.

Bisontes.

BIsontes, quos quidam damas vocant, pro parte ceruis, pro parte iumentis similes, oblongis auribus, & latissima in fronte habentes cornua. Vri vel tauri syluestres similes quidem domesticis, sed sub mento prolixas barbas habentes. Ferox quidem animal, quod neq; homini, neq; aliis animalibus parcit: Cunq; illi inter arbores intentantur insidiæ, atque iaculis vulneratur, adeo insæuit atq; furit, vt, conspecto sanguine suo, omnibus modis vulnus acceptum, in iaculatore vindicare contendat: quod si non contingat, impingendo in arbores seipsum interficiat.

ALces maiores ceruis, grisei coloris, oblongo ac duro pilo, deformis staturæ, quippe quæ latitudine transuersæ manus in posteriori parte corporis humiliores sunt, quam

quam anteriori, habent longa sed infirma crura, sunt obeso corpore, ac debilis omnino naturæ. Mares cornua habent longitudine trium expansarum palmarum, cum multis atque robustis ramis, fœmellæ autem cornibus omnino carent. Ioannes Leporicida.

Elephanti.

ELephanti, de quorum natura ac docilitate mira scribit Plinius ac alij.

Odenta.

ODonta sua magnitudine elephantum excedens, tribus cornibus, capite equino atri coloris.

Rhinoceros.

RHinoceros crudele animal, quod sua magnitudine elephantem excellit, colore buxeo siue fermiculato testis clypeatis tectum, cruribus breuioribus, omnique ex parte armatis, acutum cornu in naribus habens, quo se defendit.

Camelus.

CAmelus bina sub dorso habens tubera, vnum in pectore, cui incubat, cum genua inclinantur, papillas quatuor, caudam asino similem, genitale retro, genua singula in singulis cruribus, pedes bisulcos.

Camelopardalus.

CAmelopardalis, quam Æthiopes Nabim vocant, animal collo equino, pedibus bouinis camelino capite, maculis rutilum colorem distinguentibus, quæ Romæ miraculo postea visa est Circensibus ludis dictatoris Cæsaris.

Pauyon.

PAuyon in solitudinibus Indiæ, monstrosum animal, magnitudine fere elephanti, à cuius aspectu tamē non abhorret, cum reliqua animalia ferat nequaquam: delectatur potissimum pomis, ac aliis arborum frugibus: Salacissimum animal est, ac aspectis etiam mulieribus facile ad libidinem incitatur, magna corporis hirsuti mole ingreditur: plane horrēdo capite, breuioribus auribus, cauda fere vulpina, sed admodum parua ac plerunq; erecta: pedes habet humanos, sed proceritati corporis nequaquam respondentes. A quibusdam, qui Indos se esse profitebantur, anno 1551. in Germaniam ductum animal eius generis, per Sueuiam potissimum magno adducentium lucro ab infinitis conspectum.

Digitized by Google

Panther. PAnther animal prorsus ferum, ac Pardo simile, varij coloris, quod quidam lupum cauarum appellant. Dormit tribus diebus, ac post tertium diem lauat se, ac suo clamore simul ac suauitate odoris conuocat omnes feras, quibus omnibus amicum est, præter draconem ac aspidem, quorum aspectum ferre nequit.

Panthera. ITem Panthera, quæ & Pardalis diuersum animal à Panthero: est enim prorsus ferum ac maculosum, de quorum natura leges Plinium ac alios.

Tigris. TIgris, quorum copia India ac Hircania abundat, animal tremendæ velocitatis: de quo præter Plinium ac alios multa etiam scribit Augustinus Aurelius & Strabo.

Cercopitheci CErcopitheci, quorum quidam fuit omnino formę rarę, magnitudine ac forma hominis, cruribus siquidem ac virili membro, facie, si dicas hominem agrestem, quia totus pilo obsitus. Nullum animal perseuerat plus stando illo, homine solo excepto: amat pueros ac mulieres non secus ac homines suæ regionis, conaturq;, cum vincula effugerit, palam cum his concumbere. Animal tamen ferum est, sed tantæ industriæ, vt homines aliquos minus ingenio valere dicas.

ANimalia, quorum pars anterior vulpem, cephos vocant, posteriorvero simiam præsentat, nisi quod pedes effingant humanos, aures autem noctuæ, & intra consuetam aluum, aliam habent instar crumenæ, in qua catuli delitescunt donec vltro prodire in lucem queant, & absq; tutela parentis cibum quærere: Nec vnquam exeunt crumenam, nisi cum fugere delectat, & eius notæ quam plurima. De quibus Aristoteles, Philoponus, Ælianus, Plinius, Solinus, Albertus Magnus, atq; ex neotericis Conradus Gesnerus in animalium historiis.

REPTILIA.

Basiliscus. EX reptilibus Basiliscus, qui potissimum in solitudinibus Africæ habitabat, candida in capite macula, velut diademate quodam, ornatus. Acutissimum habet caput, os rude,

Digitized by Google

tide, oculos & colorem ad nigredinẽ vergentes. Palmum non excedit, solo tamen halitu serpentem quamlibet magnum suffocat, tanta est veneni acuitate. Eum si quis vel baculo attigerit, paulo post moritur. Hunc Plinius Regulum vocat. Sibilo omnes fugat serpentes. Nec flexu multiplici, nec vt reliquæ corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Necat frutices, rumpit saxa, nõ contactas modo, verum & afflatas exurit herbas. De quo Plinius, Lucanus lib. 9. ac alij.

Salamandra.

SAlamandra, quæ figuram habens lacerti, nunquam nisi magnis imbribus prouenit, à serenitate deficiens. Huic tantus rigor, vt ignẽ tactu extinguat, non alio modo quam glacies. Homines improuidos necare potest. Nam si arbori irrepserit, omnia poma inficit veneno, & eos, qui ederint, necat frigida vi, nihil aconito distans. Quinimo si contacto ab ea ligno, vel pede crusta panis incoquatur, idem veneficium est, vel si in puteum cadat. Eius venenum ab iis extinguitur, qui vescuntur illa.

Prester.

PRester serpens pestilentissimus, vt qui eum, quẽ morsu læsit, extemplo reddit immobilem ac mente alienum, mox pilis defluẽtibus cum pruritu ac ventris solutione absumit. Quẽ præter cæteros egregie describit Lucan. lib. 9.

Seps.

SEps modicus quidem serpens, cuius tamen ictu læsus, statim putrescit, omniaq; corporis membra ac olla dissoluit, quem etiam Lucanus depingit in nono.

Boa.

BOa, quæ in tantam excrescit magnitudinẽ, vt in ventre occisæ Claudij Cæsaris temporibus infans sit repertus.

ATq; alij miræ magnitudinis, multorumq; capitum serpentes, atq; dracones, quibus India atq; Ægyptus potissimum abundant, quorum Plin. Aetius medicus, Nicander, Paulus Iouius atq; hij, qui de Alexandri Magni rebus gestis scripserunt, meminerunt.

AQVATILIA.

ORca piscis magnitudinis miræ, infestus balænis, cuius impetu Plin. scribit depressum quandoq; nauigiũ fuisse, & immersum in oculis suis. quam in Ostiensi portu debellauerit Claudius Imperator.

Digitized by Google

Alcete. ALcete iuſtar montium prope Islandiam, quæ naues euertunt, ac tantum ſono tubarum, aut miſſis in mare rotundis vaſis abſterrentur.

Phyſeteres. PHyſeteres, quorum Solinus poſt Plinium mentionem facit. hæc erecta, ſubmergit iuſtæ magnitudinis naues, hauſtam aquam per frontis foramina in nimbi modum exufflans.

Loligo. LOligo, qui extra aquam ſeſe efferens volitat, caput habet inter pedes, & ventrem, & cruorem nigrum inſtar atramenti. Cuius etiam Horatius meminit.

Lucerna. LVcerna piſcis eſt, qui lingua ignea per os exerta ſerenis noctibus lucet, Plinio teſte.

Hirci. HIrci in Cyrenaico, & Sardoo mari oberrantes cum Delphinis. Mares alba vitta frontem habent redimitam, fœminæ vero ſunt criſtatæ, vt galli gallinacei. Rapaciſſimi ſunt, vt qui homines, nauigiaq; inuolent: ſpiritu graui & vehementi, quo odore veluti inſtrumento ad cæterorum prædam vtuntur. Vitulos marinos inſectantur maxime, quos profiatu, perinde ac iaculo expugnant.

Scolopendra. SColopendra, quam Gaza Centipodem vertit, terreſtri fero ſimilis, quam ſi quis attigerit, excitabitur ei pruritus, perinde ac ſi contigiſſet vrticam. Viſæ ſunt inuſitata magnitudine, capite caudaq; extantibus per vndas in modum triremium ferri, vtentes pro remigio pedibus ſublatis, quos habent plurimos. Theophraſtes apud Plinium ſcribit, Oretieres populos à Scolopendris deletos. Porro Scolopendræ, hamo deuorato, omnia intranea euomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent.

SVnt & alia monſtra marina, quorum quædam dentibus truculentis, quædam cornibus & viſu flammineo horrendo ſunt aſpectu, quorum oculi in circumferentia 16. vel 20. pedes continent. Caput eſt quadrangulum, cum promiſſa barba. Poſterior vero pars multo exilior. De his Plinius, Oppianus, & alij.

Crocodilus. HVc pertinet Crocodilus quadrupes, qui fit ex minimo maximus. Ex ouo enim ad 22. cubitos excreſcit.

Quatuor

Digitized by Google

Quatuor menſes hyemales non comedit. E linguis eſt, ventre, dorſo & cauda prælongus, ſquamis prædurus, oſtrearum modo obtectus, audax in fugientes, in perſequentes timidus. Sexagenis diebus oua parit ſexagena, totidemq; diebus fouet, dentes habet, & menſes viuit eodem fere numero. inſidiatur his, qui aquatum eunt. Hoc animal venerantur Ægyptij, eiq; ſacros dies ſtatuerunt. Et ſi contingat liberos ab eo rapi, parentes lætantur, tanquam ſe Deo placere exiſtimantes, cui eſcam genuerunt. Contra vero Tentyri populi reiiciunt, captumque arbore ſuſpendunt, & multis prius affectum verberibus, poſtmodū comedunt. Reperitur in Nilo. Vnde Plinius, Crocodilum, inquit, habet Nilus, quadrupes malum. Oua parit humi: diem in ſicco agit, totam noctem in flumine: oculos habet ſullos, dentes prominentes atq; ſerratos, inferiorem maxillam non mouet, ſed ſuperiorem inferiori admouet: vngues habet robuſtos, pellemq; circa tergum impenetrabilem, inter aquas cæcus, ſub dio perſpicaciſſimus.

HIppodami ſiue equi fluuiales binis vngulis, quales ſunt bobus, dorſo equi, & iuba & hinnitu, cauda obtorta, dentibus aprotuin aduncis, & eius notæ alia tum piſcibus cognationem & affinitatem habentia. *Hippodami.*

TRitones, Syrene, ac alia diuerſi generis monſtra, quorum copia mare non minus quam ipſa terra abundat. De quibus copioſe leges Plinium lib. 9. Oppianum: ex recentioribus Franciſcum Maſſarum in commentariis Plinianis, ac reliquos.

VOLATILIA.

ITa ex monſtroſis, taris, mirabilibus, ac parum auſpicatis auibus Grypheu habet India & Hyperborei montes quadrupedem voluerem curuis vnguibus, dorſo nigrifq: priori parte purpureum, alis albicantibus, ore aquilino, igneis oculis, difficilem captu, niſi rapiatur pullus & mollitur. Nidificat in altis montibus. Congredium cuius fere *Gryphes.*

animali, equis infestus est maxime. Aurum fodit apud Bactrianos in desertis locis, & prope accedentes abigit. Nidos ex eo sibi texit. Ad quod arripiendum numerosæ hominum turmæ simul eunt magno suo periculo. Superat elephantos & dracones, & omnia animalia præter Tygridem, quam propter leuitatem nequit arripere.

Onocrotalus.

ONocrotalus autem est auis magno rostro, inualido atq; prælongo, & à gutture vsq; ad pectus instar sacculi, ante guttur ex parte inferiori ante pectus pendens receptaculum longum & amplum, rubicundum, foras prominens, radici linguæ eius annexum habens: in quo cibus receptus primum emolitur: & inde ad stomachum digerendus transmittitur. Alia cibi receptacula non habet, & ideo in aquis viuere scribitur. Magnitudine sua superat cygnum, cuius etiam colorem habet, sed vocem tam absonam, vt rudentem asinum magis, quam auem referat. Tu copiosius legas, quæ Plinius, Albertus, Odoricus de foro Iulij, Mathæolus Senensis, Petrus Martyr, Antonius Nebrissensis, Conradus Gesnerus in auium historia lib. 3. de eo scribunt.

Paradisea vel Apus.

PAradisea vel Apus auis magnitudine turdelæ miræ suauitatis, alis prædita oblongis, teneris, visui peruiis, ac pennis (si modo pennæ dicendæ sint potius quam setæ. deplumes enim sunt, in nostra, quam damus, effigie non expressæ) duabus longis, angustis, nigris, duritia cornea, cui pedes nulli. Perpetuo volat, nec vlquam quiescit, nisi in arbore aliqua (ab altera de longis illis setis ramo implicata pendens.) Nulla nauis tam velox, aut tam procul à continente, quam non circumuolare possit. Huius descriptionem elegantissimam leges apud Cardanum de subtilitate lib. 10. ac Gesnerum auium historiæ lib. 3.

Phœnix.

PHœnicem vnum in toto orbe habet Arabia, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa collum, cætera purpureum, cauda cærulea, roseis pennis distincta, facie cristis ornata, & plumeo apice caput honestante. Quorundam est opinio, neminem extitisse, qui viderit vescentem. Sacer est soli.

Digitized by Google

soli. Viuit annos 660. Senescens casia thurisq; surculis cõstruit nidum, quem odoribus replet, & accensis iam ignis flammis emoritur. Ex ossibus deinde, medullis ac cinere nascitur vermiculus, inde fit pullus, qui priori funeri iusta reddens, totum nidum defert in vrbem quãdam Panchaiæ soli sacram, ibiq; in ara deponit. Plinius ait allatum fuisse Phœnicem in vrbem Romam Claudij principis censura, anno vrbis 800.

AEgyptus pelicanũ auem, quæ vbi pullos suos necatos videt à serpentibus, latus sibi fodit rostro, & educto sanguine vitam restituit mortuis. Hieronymus, Pelicani, inquit, quum suos à serpente filios occisos inueniunt, lugent, seq; & sua latera percutiunt, & sanguine excusso, corpora mortuorum sic reuiuiscunt. Volaterranus ait pelicanum esse, quem Plinius plateam vocat.

INcendiariam auem Italia in ipsis incendiis natam ac Romanis adeo inauspicatam, vt harum gratia quandoq; vrbem lustratam memoriæ proditum sit. *Incendiaria auis.*

HArpyias aues rapacissimas, vultu virgineo, manibus vncis, quas poetæ Neptuni filias, qui fere prodigiorum omniũ pater est, fingũt. Et Virg. describit in 6. Æneid. *Harpyiæ.*

GAllinas lanigeras, quæ in oppido Furch versus orientem inueniuntur. ibi enim sunt gallinæ albæ instar nivis, non pennis sed lana tectæ, vt pecus. Harum meminit Odoricus de foro Iulij. Item in ciuitate Quelinfu, in regno Mangi nomine, vbi inueniuntur gallinæ, quæ loco pennarum pilos habent, vt catti nigri scilicet coloris, quæ optima oua pariunt. De quibus M. Paulus Venetus 2. 68. *Gallinæ lanatæ.*

INHebridibus clakis anseris genus nascitur, quod vulgo ex arboribus nasci creditum est. Quæ tamen de illis Hector Boethius refert, nunc subiiciam. Inquit enim de clakane, vim procreandi potius mari quã arboribus inesse crediderim. Varijs enim modis, verũ semper in mari eã prouenire conspeximus. Etenim si lignum in id mare proiicias, tẽporis tractu primũ vermes, excauato ligno, nascũtur, qui sensim enatis capite, pedibus, atq; alis, plumas postremo

edunt, demum anseribus magnitudine æquales: cum ad iustam peruenerint quantitatem, cœlum petunt, auium reliquarum more delati per aera, alarum auxilio, non secus ac remigibus. Id quod luce clarius anno à partu virgineo millesimo quadringentesimo, nonagesimo, plurimis spectantibus in Buthquhania visum est: nam cum in eam ad Pethclege castellum fluctibus, huiuscemodi quoddam lignum ingens delatum esset: rei nouitatem, qui primi conspexerant, admirantibus: ad loci illius dominum accurrentes rem ipsam nunciant: is aduenies trabe serra diuidi iubet: quo facto ingens confestim apparet multitudo vermium, aliis adhuc rudibus, aliis membra quædam formata habentibus, partim etiam iam formatarū perfecte auium: inter quas quædam plumas habebant, aliæ adhuc erāt implumes: itaq; rei miraculo stupentes, iubente domino, in templum diui Andreæ, Tere (pagi cuiusdam nomen est) lignum comportauit, vbi & hodie manet vndiq;, sicut erat à vermibus perforatum. Huius simile duobus subinde annis Taum æstum appulsum, ad Bruthe castellum visum est, cum multi accurrissent. Nec diuersum, quod duobus post annis rursum in Lethi portu Edinburgensi, spectante toto populo, apparuit. ingens enim nauis, cui nomen atq; insigne Christophori erat, vbi apud Hebrides toto triennio in anchoris constitisset, huc reducta & in terram subducta, plena omnia, qua mari mersa fuerat, exesis trabibus, vermium partim quidem rudium, partim auis nondum perfectam formam habentium, partim etiam absolutorum ostendit. Cardanus de rerum varietate: lib. 7. cap. 36. His similia sunt, quæ Munsterus noster ex probatis authoribus annotauit in Cosmographia de Scotia, vbi inquit;

Auspres arbores.

IN Scotia inueniuntur arbores, quæ producunt fructum foliis conglomeratum, & is, cum oportuno tempore decidit in subiectam aquam, reuiuiscit, conuertiturque in auem viuam, quam vocant anserem arboreum. Crescit & hæc arbor in insula Pomonia, quę haud procul abest à Scotia versus aquilonem. Veteres quoq; Cosmographi, præ-

sertim

Digitized by Google

sertim Saxo grammaticus mentionem faciunt huius arboris, ne putes esse figmentum à nouis scriptoribus excogitatum. Scribit tamen Æneas Syluius de hac arbore in hunc modum. Audiueramus nos olim arborem esse in Scotia, quæ supra ripam fluminis enata fructus producere, anatum formam habentes, & eos quidem, cum maturitati proximi essent, sponte sua decidere, alios in terram, alios in aquam, & in terram deiectos putrescere, in aquam vero demersos, mox animatos enatare sub aquis, & in aere plumis, pennisq; volare: De qua re cum auidius inuestigaremus, dum essemus in Scotia apud Iacobum regem, hominem quadratum, & multa pinguedine grauem, didicimus miracula semper remotius fugere, famosamque arborem non in Scotia, sed apud Orchades insulas inueniri. Sebastianus Munsterus in libro 2. suæ Cosmographiæ de insulis Britannicis.

Vitulinus passer.

SIc miraculum etiam est, quod fertur de passere vitulino, qui iuxta Mexicum inuenitur: sic ape magna haud maior est, seu crabrone: pluma tamen vestitur, vt par est, tenuissima, rostro longo & gracili, alitur rore, melle & florum succis. Octobri mense vno pede annixus ramusculo, hæret vsq; ad Aprilem, loco tecto, atq; ita mortuus veluti iacet: cum redeunt flores, reuiuiscit, atq; ea de causa passerem resuscitatum vocant. Hæc forsan aliquis fabulosa arbitrabitur, sed quod in vrsis serpentibusq; multis ac muribus auellaneis, gliribusq; contingit, atq; aliis pluribus animalibus, quid vetat auiculæ non accidere posse, præsertim cum constat muscas mortuas reuiuiscere cinere, seu noua ob ignobilitatem anima inducta, cum ex sola putredine generari solita sit, seu (quod verisimilius est) cum non omnes neq; plures, sed ex plurimis vix vna aut altera hyemis tempore restituatur, quod calore exiguo latitante ac pene extincto, nouo calore adueniente suscitetur. Vnde etiam muscæ magnæ verno tempore apparent, quas certum est ob perfectionem non eo tempore genitas, & vt mortuas iacuisse, cum antea non fuerant visæ: Quamobrem tenuis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

calor idem in auicula efficere poterit. Cardanus de rerum varietate lib. 7. cap. 36.

Buba. Vespertilio. NOstra regio habet ignauum bubonem dirum mortalibus omen. præterea vespertilionem auem, quæ sola volucrum animal parit, habetq; pro pennis membranam. Pullos nutrit lacte, vbera admouens infantes amplectitur, secumq; deportat, vnicam habet coxendicem, culices amat in cibatu, sola volucrum dentes habet, habet etiam mammas. De quibus omnibus Aristoteles, Plinius: ex neotericis autem Gulielmus Turnerus. Gilbertus Longolius, & Gesnerus noster in Tomo 2. historiæ animalium. Hæc de diuersi generis monstris dixisse sufficiat: nunc ad temporum ordinem, vt incepimus, redeundum est.

Anno mund. Ante Christum.

1906 ZOroastes primus Bactrianorum rex, qui primus artes magicas inuenit, quadringentis ante bellum Troianum annis, hoc anno igne cœlesti absumptus est. Marcus Fritschius in Meteoris. 2057

2047 SOdoma, Gomorra, Adama, Seboim, & Segor, ciuitates propter peccata igni, sulphure, & pice cœlitus euersæ sunt, quo deinde loco poma virentia, & formatos uuarum racemos inuenias, vt edendi quidem gignant cupiditatem: si carpas vero, in cinerem fatiscant, & quasi ardeant. Huius rei meminit etiã præter Mosem Geneseos 19. Orosius lib. 1. c. 36. Ex cuius vetustissimo, & in membranis scripto codice bibliothecæ Oschacensis, quod longe aliam capitum dispositionem habet, descripsimus. Sodomæ autem atq; aliarum ciuitatum extinctarum meminere etiam Cornelius Tacitus lib. 21. Solinus post Plinium, & alij quam plurimi. 1916

SOdoma posteaquam cum reliquis ciuitatibus cœlesti igne ad internitionem deleretur, vxor Lothi contra angeli iussum retrospiciẽs, marito atq; filiis ex diro illo incendio liberatis,

beratis, in salis statuã cõuersa est. Moys. Ge. 19.

2073 ABraham cum iussu diuino iam filium Isaacum Deo sacrificiũ offerret, atq; gladium ad filium mactandũ iam stringeret, cœlitus ab angelo Domini, ne faceret, inhibitũ est. Ge. 22. 1890

2106 QVo tẽpore Phaeton in Italiã venit, Italia 1857
trib. locis arsit multis diebus, circalstros, Cimæos, & Vesuuios, vocataq; sunt à Ianigenis loca illa Palesana, id est, regio cõflagrata. Berosi.

2168 NIlus fluuius crebrioribus imbribus per totam Ægyptum exundauit. Functius. 1798

2210 MAre apud Atticam terram exundauit, ac regionem illam aliquandiu vexauit. Authores vocarunt diluuium Ogygis, qui eo tempore regnauit: Eius meminit Orosius lib. 1. c. 7. Nec desunt, qui fallo Noaht ascripserunt. 1753

2222 CEcidit ignis de cœlo, & cunctas oues pueros q; Hiobi consumpsit, mox filiis & filiabus eius vescentibus & bibẽtibus, in fratris primogeniti dõmo repente ventus horrendus irruens à regione deserti, concussit suo impetu quatuor angulos domus, quæ corruens omnes oppressit, vno tantum relicto, qui patri nuncium adferret. Hiob. 1. cap. 1743

2407 INgens terræmotus infestauit, ac terruit Babylonios sub Spareto 17. Assyriorum rege, Berosus. In Iasij Italici regis nuptiis adfuit Io Ægyptia, quæ sola fœminarum vno plus Didone contemnario vixit, & vniuersum ferme orbem lustrauit post viri interitum. 1556

2439 INThessalia diluuiũ fuit nõ solũ ex imbribus, sed quod obturatis montib. calu flumina impleuerunt, & subsequuto terræmotu, apertis ostiis mõtiũ aquæ in alueos regressæ sunt. Vocãt aũt authores diluuiũ Deucalionis, cuius meminere Xenoph. in æquiuocis, Eus. Funct. ac alij 1524

EOdem tempore factum est dirum incendium Græciæ sub Phaetonte rege post Thessaliæ terræmotum.

2453 APparuit Moysi dominus, dum oues pasceret in rubo ardenti, cui tamẽ ignis nequaquã nocebat, & loquutus est seruo suo, quẽ legatũ ad Israelitas tum temporis misit, vt capite 3. Exodi legimus, & Actorum 7. fit mentio. 1510

IN monte Synai dum Moyses cum domino sermonẽ misceret, cœperunt audiri tonitrua, & micare fulmina, fulgura, & nubes densissima operire montẽ, clangorq; buccinę vehemẽtius perstrepebat, vt timorẽ omnib. in castris habitantib. vehementissimum incuteret. mons Synai fumabat quasi fornax, audiebatur horrendus sonitus, & paulatim crescebat magis atque magis, & ablata iã omni tẽpestate, dominus decẽ præceptorũ tabulas tradidit. Exodi decimo.

EXeunti populo ex Ægypto in terram promissionis, ducem ac viæ demonstratorem habuere per diem quidem columnam nubis, per noctem vero columnam ignis, quasi facem lucentem. Exodi capite 7.8.9.10.& 13.

2453 AAron Dei altissimi iussu proiecit virgam coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in colubrum. Et virga Aaronis deuorauit virgas magorum Pharaonis. Exodi 7. 1510

MOses virga sua quum fluminis aquã percussisset, in sanguinẽ versa est, pisces suffocati, aqua ipsa adeo cõputrefacta est, vt ex ea bibentes mirum in modũ sint afflicti. Exod. 7.

AAron extendens manum super aquas Ægypti, ac super fluuios eorum, riuos, paludes, ac omnes aquas, ac versæ sunt in sanguinẽ aquæ, ac cruore ligna, vasa, atq; saxa, per omnẽ Ægyptiorum terram commaculata, atque fœdata sunt. Exodi 7.

Aaron

AAron cum extendiſſet manum ſuam ſuper aquas Ægypti, aſcenderunt ranæ, & operuerunt terram, ſed ex iuſſu Pharaonis orante & deprecante Moyſe, ranæ demortuæ ſunt in domibus, villis, ac agris. Exodi 8.

2453 MOſes extenſa manu percuſſit terræ pulueręm, ac facti ſunt cinifes in hominibus aciumentis per totam terrã Ægypti. Exodi 8. 1510

IMmiſit Pharaoni dominus plagam muſcarum diuerſarũ per omnes domus Ægyptiorum, quibus omnis Ægypti terra longe lateque deuaſtata eſt: Et deprecante Pharaonis iuſſu Moyſe, omnis muſcarum pernicies à Pharaone, eius ſeruis totoque populo ablata eſt. Exodi octauo.

VLtioné diuina omnia animalia Pharaonis, vtpote aſini, equi, cameli, oues, boues, atque eius notæ alia grauiſſima peſte interiere per Ægyptum. De animalibus vero filiorum Iſrael nullum omnino interfectũ eſt. Exodi 9.

2454 SParſit coram Pharaone ex manu cineres de camino, & pulueribus tota Ægypti terra repleta eſt, ac non tantum iumenta, ſed homines etiam perniciosis vlceribus ac veſicarum doloribus vexati ſunt. Exodi 9. 1509

2454 PRæterea extendit Moſes virgam ſuper terram Ægypti, & dominus induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte, & mane facto ventus vrens excitauit locuſtas. Quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Ægypti, ſederunt in cunctis finibus regionis, tanta multitudine nunquã viſæ. Operueruntq; vniuerſam terrã, deuaſtantes omnia. Deuorata eſt igitur omnis herba terrę, & quicquid pomorum in arboribus fuit. Nihil quoque omnino virens relictum eſt in lignis, & herbis terræ, in cuncta Ægypto. 1509

ITerum Moſe manum extendente in cœlum, factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa Ægypti terra, & adeo quidem, vt nemo tribus diebus nec fratrem viderit, nec loco, quo quiſque erat, ſe mouerit. Vbicunque autem habitabant filii Iſrael, lux erat. Exodi 10.

CVm extendiſſet Moſes manum ſuper mare rubrum, abſtulit illud dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte & vertit in ſiccum: diuiſa eſt aqua, & ingreſſi ſunt filii Iſrael, per medium ſicci maris. Erat enim aqua quaſi murus à dextra eorũ & leua. Perſequenteſq; Ægyptii ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis per mediũ maris, in quo totus eius periit exercitus. Exodi capite 14.

2490 POſteaquam populus Iſraeliticus cantico 1473
Deũ glorificans veniſſet in Marath & Enim ac amaras, ad bibendumq; omnino inutiles aquas inueniſſet, cum Moſes lignum miſiſſet, in dulcedinem verſæ ſunt. Exodi cap. 15.

TEmpore ſitis Moſes iuſſu diuino percuſſit bis virga ſilicem, & ſtatim egreſſæ ſunt aquæ tam large, vt non tantum omni populo, ſed iumentis etiam ſufficerent. Quæ aqua contradictionis ob Iſraelitarum rebellionem dicta eſt. Num. 20. Exodi 16.

IN Ægypto pluit Deus mannam ac panes de cœlo quemadmodum & carnes, coturniceſque magna copia. De manna igitur collegerũt filii Iſrael iubente Moſe, alius plus, alius vero minus, ac menſi ſunt ad menſuram gomor, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, ſed ſinguli iuxta id, quod edere poterat. Verum quicquid contra Moſis iuſſum in craſtinum eſſet ſeruatum, vermibus ſcatere cœpit atq; computruit. Moſes Exodi 16.

Miſit

MIsit dominus murmuranti ac seditioso cõtra Mosem populo ignitos serpentes, quorum ictib. obierunt multi, sed qui æneum serpentem à Moyse erectum (qui Christi venturi nobis mysterium repræsentabat) aspiciebant, sanabantur. Numeri 21.

CHore, Datan, & Abiron seditiosi contra dominum, cum tabernaculis, ac vniuersa substantia, cum multis diuina vltione terra absorpti sunt, Descenderuntq; viui in infernum operti humo. Numeri decimo sexto. Sed & ignis egressus à domino, interfecit ducentas, quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Numeri 17.

1490 INseditione præterea populi contra Moysem & Aaronẽ postq̃ nubes tabernaculũ operuisset, incendio grauissimo quatuordecim millia hominũ, & septingenti absumpti sunt absq; his, qui cũ Chore in seditione perierãt. Numeri 17. 1473

MOyse iussu diuino virgam in cœlum extendẽte, audita sunt tonitrua & fulgura, in terrã decidit grando ingens, cui ignis mixtus pariter ferebatur super terram: Vnde tanta fuit tempestas, quanta antea nunquam apparuit in terra Ægypti, ex quo gens illa condita est. Et percussit grando per totam Ægyptum omnia, quę fuere in agris, ab homine vsque ad iumentũ. Extinxit omnes herbas regionis, nec etiam lignis per syluas pepercit, sed omnia in populi conuertit perniciem. Exodi capite nono.

1490 VIrga Aaronis inter cęteras principũ ex duodecim tribub. virgas in tabernaculo testimonii adeo floruit (cæteris omnibus exarescentibus) vt & gemmę turgentes, & inde mox flores, qui foliis dilatatis in amygdalis deformati sunt, in signum rebellionis illiorum Israel. Numeri decimoseptimo. 1473

BAlaam filius Sephor, ad maledicendum populo Dei veniens, redarguitur ab asina, quæ apertis verbis loquebatur in hunc modū: QVID FECI TIBI? CVR PERCVTIS ME? ECCE IAM TERTIO: NONNE ANIMAL TVVM SVM, CVI SEMPER INSIDERE CONSVEVISTI? VSQVE IN PRÆSENTEM DIEM: DIC QVID SIMILE VNQVAM FECERIM TIBI? Num. 22.

2492 ADduxit dominus filios Israel p desertū 40. annis & non sunt attrita vestimēta eorum, nec calciamenta vetustate cōsumpta Deut. 29. 1471

2493 IOsue primo ducatus sui anno, die decimo primi mensis, posteaquam filios Israel in terram promissionis ducere decreuisset, aperto Iordanis alueo adeo fluuius intumescebat, vt instar montis superior pars ascēderet, inferior vero descenderet in mare mortuum. Iosuæ capite tertio. Hermannus Contractus, & Functius in Chronicis. 1470

2495 POst sex dierum circuitus filiorum Israel, ac septem buccinarum clangorib. corruerunt muri Hiericho, oppidi munitissimi, ita vt vnusquisq; populi Israelis absq; impedimētis potuerit peruenire ad locum, qui cōtra se erat, cœperuntq; ciuitatē, ac interfecerunt omnia, quæ erant in ea, à viro vsq; ad mulierem, imo boues etiam, oues atque asinos. Iosuæ cap. 6. 1468

IOsue dux populi Israelitici post Moysem, cū quinq; reges oppugnantes Gabaon vinceret armis, sol contra Gabaon non motus est, nec luna contra vallem Aialon, sed stetit sol in medio cœli, ac non festinauit ad occasum vnius diei spacio. Nec fuit antea & postea tam longa dies, obediente domino voci Iosuę, ac pugnante pro Israel. Iosue 10.

Iosue

Digitized by Google

2503 IOsue cum pugnaret cõtra quinq; reges, qui 1460
venerant ad destruendum Gabaonitas, misit dominus super illos lapides magnos de cœlo, & multo plures de lapidibus mortui sunt grandinis, quã quos gladio percusserunt filii Israel. Et tunc apud vocem Iosuæ stetit sol per spacium vnius diei, vt posset delere funditus inimicos suos. Iosuæ decimo.

2616 SYsara cum numeroso exercitu contra Bara- 1347
chum pugnante, subita procella tonitruis, & fragore cœli confestim orta milites Sysaræ diuerberat: Secuta grando ingens tantaq; cœli intẽperies, vt Palæstini præ nimio torpore tela abiicerent, quum nullus pene sensus huius rei ad Iudæos perueniret, vel quia à tergo tempestas illa è cœlo deiecta esset, vel (quod magis credibile est) quod ita præsens numen euenire voluit: Estq; res eo facilius in prodigium versa, quo magis eiusmodi tempestas à locorum natura abhorrebat. Cœlesti itaq; vi potius, quam pugnantium virtute Palæstinæ sunt copiæ deletæ. Multi in acie occubuerunt, sed plures omnino infuga, Sysara vbi res perditas vidit, in Abetis cuiusdam Cynæi domum est fuga delatus. Iuditum quarto. Sabellicus libro quinto, Enneadis primæ, folio sexagesimo quinto.

2719 AMphiaraus vates dum apud Thebas præ- 1244
liaretur, terræ hiatu cum curru (cui insedebat) absorptus est. Properti. lib. 2. Non Amphiareæ prosunt tibi fata quadrigæ. Item lib. 3. Tu quoq; vt auratos gereres Eriphyla lacertos, Delapsis nusquam est Amphiaratus equis. Ouidius lib. tertio de Ponto quoque meminit. Plutarch. in Paral. Fuit autem vnus ex Argonautarum vatibus, quorum enumerationem habes apud Cœlium lib. 29. cap. 15.

Digitized by Google

2751 HOc anno mirabile quiddã contigit in Nili fluminis exundatione. Amenophis quartus Ægypti Larthes Seſtoris filius ob impietatem, quod in Nili exundatione ſpiculũ in medios vortices extorſerat, excæcatus eſt, qui rurſum tamen poſt vndecimum annum oraculo monitus, vt loclo mulieris, quæ vnum tantum cognouiſſet virũ, oculos lauaret, lauit, viſumq; recepit. Herod. 2. & Funccius in Chronicis. 1212

2781 PRothei Ægyptii ſacerdotis temporibus fuit diluuium, quod Pharaonicũ vocant, in quo inſula Pharos Ægyptiis aquis omnino tecta eſt. Huius meminit Horatius Flaccus in Oda: Iam ſatis terris &c. Prothei vero Herodotus libro ſecundo: Diodorus libro ſecundo antiquitatum, & Functius. 1182

2782 DIdo cũ rẽ diuinã faceret, vinũ in pateram infuſum repente in atrũ ſanguinẽ cõuerti nõ ſine magno terrore viſũ eſt. Qua de re Virg. 1181

Horrendum dictu, latices nigreſcere ſacros,
Viſaq; in obſcœnum ſe vertere vina cruorẽ &c.

2798 FVlgure à ſiniſtra parte cœlo ſereno, Aſcanio Æneæ filio, contra Mezencium belligeranti, emicante contra hoſtes victoria potitus eſt. Dionyſius lib. 2. 1165

2881 PAulo ante initium belli Peloponneſiaci ingens cometes poſt ſolis occaſum enituit, & cõtinuos 75. dies exarſit: mox tanta ventorum coorta vis, vt fragmẽ à monte auulſum in ſublime abripuerint: quod vbi ad vrbem Thraciæ Ægoſpotamos decidiſſet, è cœlo præcipitatum fuiſſe creditum eſt. Non ita multo poſt bellum Peloponneſiacum exarſit, quod totos 28. duravit annos, & toti Græciæ exitiale fuit. In fine belli ad illum Thraciæ locum Athenienſes naũali prælio victi à Lacedæmoniis, Lyſandro duce, eum 1682

ce, cum classe imperium Græciæ amiserunt. Caſparus Peucerus de Meteorolo. fol. 252.

3040 HElias Thesbites circa torrentem Canith, qui est contra Iordanem, habitans, bis in die à coruis cœli volatilibus, carnes ac panem, quibus sustentabatur, accepit, quo tempore super terram ad tres integros annos ac sex menses nunquam pluit. 3. Regum 18. 923

3042 HElias in conspectu regis Achab & eius prophetarum, quorũ numero 450. erant, bouem, structo ex duodecim lapidibus altari, domino mactans, atq; insuper lignorũ struem ponẽs, inuocato nomine diuino, alta voce clamauit: Domine deus Abrahã, ac Isaac ac Israel, & ego seruus tuus, exaudi quæso, & declara huic populo aliquo signo, quod tu verus sis deus Quo dicto, cecidit domini ignis de cœlo, ac vorauit holocaustum, ligna ac lapides, Imo puluerem quoq;, & aquam, quæ erat in aquæductu lambens. 4. Reg. 18. 925

3049 AD Heliæ preces duos quinquagenarios ignis de cœlo consumpsit, quinquaginta viros similiter in vnoquoq;. 4. Reg. 1. 912

3050 TAndẽ diuisit pallio aquas Iordanis, at curru igneo receptus est in cœlum. 4. Reg. 2. 913

3055 REmulus filius Tiberini regis fulmine percussus est, de quo Ouidius lib. 14. Remulus maturior annis, Fulmineo periit imitator fulminis ictu. 908

Alladius Siluius 12. Latinorum rex, ob impietatem fulmine tactus interiit. Eutrop. lib. 1.

3108 REgio circa Hiericho cũ propter aquarum putredinem fuisset omnino sterilis, Elisæi verbo sanatæ non tantum sunt à primo fonte regionis aquæ, sed omnis etiam ager, fertilitatem, fecunditatemq; accepit. 4. Regum 3. 855

ELiſæo in Bethel aſcendente, deriſo propter caluitiem à pueris, euocati ex ſaltu vrſi, ex eis 42. pueros propter contemptam atq; irreuerenter tractatam ſenectutem tanti viri immaniter dilaniarunt. 4. Reg. 3.

3109 PRophetarum filii cum ad fluuium Iordanis ligna cęderent, ad erigenda in terra, quę nimis anguſta erat, habitacula, poſtquam laborantium vni ferrum ſecuris ceciderat in Iordanis aquam, Heliſei beneficio inſtar ligni, contra ferri naturam ita natauit ſuper aquam, vt manu ſit facile extractum. 4. Reg. 6. 854

3149 OCcaſione Ionæ prophetę mare mirum in modum commotum: quo proiecto tempeſtas deſiit, piſcis autem marinus eum deglutiuit, in cuius ventre incolumis vixit, ac poſt triduum ſanus eiectus Niniuitis prædicauit pœnitentiam. Ionæ primo & ſecundo. 814

3157 AMos propheta vidit ignem, vaſtum pelagum atq; agros conſumentem, præterea dominum ſtantem ſuper muro regulari, habentem in manu regulam, atque dicentem: En ego ponam regulã inter meos Iſraelitas, quam non amplius tranſcendam, vt Iſaacidarum ſacella vaſtentur, & Iſraelitarum ſacraria deſolentur, conſurgamq; gladio in Ieroboami domum. Reliqua lege Amos 6. 806

3185 ESaias propheta eo anno, quo rex Ozias mortuus eſt, vidit in nubibus cœli dominũ ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum, & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templũ: Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alę vni, & ſex alæ alteri: duab. velabant pedes eius, duab. vero volabant, & clamabant alter ad alterum, ſanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus exercituum &c. Et commota ſunt ſuperliminaria cardi- 778

Digitized by Google

cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo: Reliqua lege Eſaiæ cap. 6.

3194 ROmulus & Remus Rheæ ſyluiæ veſtalis ex Marte filii, cũ ab Amulio exponerẽtur, ac abiicerẽtur in Tyberim, aqua in ſiccũ eiecit, ad quorũ vagitũ lupa, voraciſſimũ alias animal, accurrens, vberibus ſuis aluit, donec à Fauſtulo paſtore inuenti, ac Accæ Laurentię vxori traditi ſunt, à qua inter ſeruos ac paſtores educati, non tantũ vrbis cõditores, ſed totius ẽt imperii Romani primi authores fuerũt. Teſtes ſunt Fabius Pictor, Dionyſius Halicar. Liuius, Plinius, Plutarch⁹, ac alii Romanæ hiſtoriæ ſcriptores. 769

3211 ALcmene Amphitryonis corpus, cum ad ſepulturam efferretur, repente euanuit, lapiſq; pro cadauere inuentus. Sabellicus lib. 1. cap. 8. de inſigni vitę exitu. Exemplorum prophana. §. 3. Hoc autem de Cleomede Ariſtipaleo ſcribit. Plutarchus in Romulo. 754

3213 ROmulus & Remus fratres germani, eo loco, vbi expoſiti & reperti erant, atq; à Lupa enutriti, Romam vrbem condunt. Romulus pręſagio 12. vulturum victor factus, occiſo Remo ſummam imperii obtinet. Hæc inciderunt in annum ante Chriſtum natum ſeptingenteſimum & triceſimum, quando ſcilicet Romulus rerũ potitus eſt Romę. Roma verò initium ſumpſit anno ante reſtitutam ſalutẽ, teſte Eutropio, ſeptingenteſimo & quinquageſimo tertio, poſt captum vero Ilium quadringenteſ. triceſimo primo. 730

3226 PAtens cõditorq; vrbis Romulus, cum iam Fidenas oppidum cepiſſet, coloniamq; Romanorũ feciſſet, guttę ſanguinis è cœlo magna omnium admiratione ceciderũt. Statim peſtis vrbem inuaſit, quæ hominib. abſq; vlla ægro- 737

tatione mortẽ inferret ſubitã : ſterilitas quoq; agrorum & frumentorum omnium, præcipue tamen annonæ ſumma inopia ſequuta eſt. Romulus expiationibus ciuitates expurgauit, quas longo deinceps tempore ad portam Ferentinam obſeruatas, memoriæ traditum eſt. Liuius lib. 1. Dec. 1. Plut. in Romulo ac Iulius Obſequens Prodig. cap. 1.

EO tempore cum à Spartanis Meſſana caperetur, prodigiis Deus futura præmonſtrauit. A Dianæ n. ſimulacro, quod cum ipſum æneum fuit, laxatus clypeus decidit. Et Ariſtodemus, cum victimas Ioui Ithomatæ eſſet immolaturus, arietes vltro ad aram vi cornua illi ferunt, atq; ex plaga periere. Aliud item tertio euenit. Canes in vnũ congregati, totã noctem vlularunt : tandem frequentes ad Lacedæmoniorum caſtra excurrerunt. Ariſtodemũ & hæc perturbarunt, & tale præterea ſomniũ per quietem oblatum. Viderat in ſomnis, cum armatus iam ad pugnam eſſet exiturus, ſacrificiorum inteſtina ad menſam iacere : filiam item apparuiſſe ei nigra veſte indutam, & oſtendiſſe pectus, ac ventrem reſecta. Denuo poſt hæc viſam abieciſſe à menſa ſacrificia, & arma patri detraxiſſe, & horum loco iniecto pallio candido, auream coronam impoſuiſſe. Dum iam & ob alia cõſternatur Ariſtodemus, & vitæ finem ſibi à ſomno denunciari arbitratur, (nam Meſſenii illuſtrium virorum funera, cum efferenda ſunt, coronarunt, & candidis palliis texerunt.) Pauſanias libro 4. Meſſanę autem captę meminit Functius ét, ac Euſebius, cuius tamẽ ſupputationem vt mendoſam non ſumus ſequuti.

3230 IN Peluſiaca obſidione milites nulla alia re 733
quam murium improbitate, & infeſtatione diſce-

discedere coacti sunt. Mures enim omnib. neruis nocte vna improuiso incursu abrosis, totum pene exercitum scutis & arcubus spoliarunt: testes sunt Herodotus lib. 2. & ex eodem Sabellicus lib. 3. Æneadis 2.

SEnacherib rege Assyriorum vrbem Hierosolymam obsidente sub rege Ezechia, misit deus de cœlo angelum, qui deleuit omnem exercitum fortitudine pollentem & principē exercitus regis Assyriorum, qui magna cum ignominia ad sua reuersus est. 2. Paralipomenon 32.

3232 AD petitionem Hezechiæ, sol retrocessit per decem lineas in horologio. Achaz 4. Regum 20. Esaias 38. Funccius. 735

3343 PRester filius Hippomenis, quum deos detestaretur, fulminatus est. Sabellicus. 720

3245 VEientes cum in Romanum agrum excursiones facerent, quib. Fidenates auxilium tulisse dicebantur, mira eo anno siccitate laboratum, vt non cœlestes modo aquæ defuerint, sed terræ ingenito humore pene amisso, vix ad perennes fluuios sufficerent. Exaruerunt torridi fontes, pecorumque siti morientium passim strages edita, pleraq; scabie assumpta, vulgariq; attactu in homines morbi, primoq; in agrestes & seruitia, mox & ciuitatem corripuit tetra lues, orta ex ea clade multiplex superstitio, ita vt non minus animi affecti essent, quam corpora. Passim omnibus sacellis viciſq; peregrina & insueta sacra fieri, multiq; sacrificuli tota vrbe existere. Il patres indigne ferentes, negocium ædilibus dedere, vt diligenter aduerterent, ne alio vllo in vrbe ritu, quam primo sacra fierēt. Sabellicus Æneadis lib. 5. fol. 383. b. 718

3248 ROmulus Romanæ conditor vrbis cū apud Captæam paludem exercitum lustraret, 715

nimbo & turbine in cœlum ſublatus eſt, & in deorum numerũ, vt fabuloſa credidit antiquitas, non ſine ſuorum admiratione receptus, vt eſt apud Liuiũ libro primo Dec. 1. Plutarchum in Romulo & Numa, Florum libro primo capite primo. Auguſtinum lib. tertio, capite decimo quinto Ciuitatis. Pliniũ capite ſecundo de viris illuſt. Meſſalam Coruin. de progenie Auguſti. Marlianum, Patritium lib. 6. Topographiæ cap. nono. Sabellicum libro tertio Ennead. 2. & libro 1. Ouid. lib. 2. Faſt. Eſt locus antiqui. &c. & alios.

EOdem anno facta eſt etiam ſolis eclipſis teſte Dionyſio Halicarnaſſ. lib. 2. hiſtorię Romanorum.

3258 ANnum iam octauũ regnãte Numa, mor- 705
bus peſtifer Italiã occupãs, Romã quoq; inuaſit: mœrentib. vero cunctis, peltã æneam è cœlo in Numæ manus decidiſſe memoriæ proditum eſt: quæ in vrbis ſalutem à ſuperis miſſa celebratur. ad cuius figuram cũ Numæ inſtinctu vndecim à Veturio Mamurio inſigni artifice fabricatæ eſſent, Salii Martis ſacerdotes ad earum cuſtodiam à rege inſtituti ſunt. Liuius, Plutarch. Obſequens. Peſtis grauiſſima vrbem & Italiam inuaſit.

3271 ARiſtæo Athenis prætore anno 4. Olym- 692
piadis viceſimæ primæ, ingens cometes hyeme cœlo ſereno & frigore intenſiſſimo, veſperi ab occaſu ſolis conſpectus eſt, cuius ſplendor tertiam cœli partem occupauit. Ab occaſu æquinoctiali verſus auſtrum proceſſit, & cũ ad
3368 cingulũ Orionis peruenisſet, extinctꝰ eſt. Hye- 595
mis illius reliqua pars, fuit admodum ſicca, & abundãs flatib. ſeptentrionalibus. Poſtea cum contrarii venti ſimul ſpirarent, aquilo in ſinu Corin-

Corinthiaco fluctus concitauit, extra ſinum vero Auſter obluctans, cũ fluctus intra ſinum cogeret, poſt aliquot terræ motus, quibus Achaiæ vrbes Helice & Bura corruerunt, accidit etiam diluuium, quod magnam Achaiæ vaſtitatem attulit. Anno ſecundo poſt Lacedæmonii à Thebanis ad Leuctra Beotiæ victi fractique vno prælio nunquam amplius priſtinam recuperarunt potentiam. Caſparus Peucerus de Meteorologia fol. 253.

3315 VIdit Ieremias propheta in cœli nubib. ingentem virgam, atq; ad cædendũ iam paratam: ollam præterea ſuccenſam, & faciẽ eius (vt ſcripturæ ſacræ verbis vtar) à facie aquilonis: & audiuit dominum dicentẽ: Vigilabo ſuper verbo meo, vt faciam illud, & ab aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ, quia ecce ego conuocabo omnes cogitationes regnorum aquilonis, & venient, ponentq; vnuſquiſq; ſoliũ ſuum in introitu portarũ Hieruſalem. Reliqua vide apud Ieremiam cap. 1. 648

3322 IN monte Albano lapidibus pluit. quod cum credi vix poſſet, miſſis ad id viſendum prodigium, in conſpectu haud aliter, quam cum grãdinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere de cœlo lapides. Vox ex ſummi cacuminis luco audita eſt, quæ monebat, vt patrio ritu ſacra Albani facerent. Nouendiale igitur ſacrum publice ſuſceptũ eſt, & ſolenne mãſit, vt quandocunq; idem prodigium nunciaretur, feriæ per nouem dies agerentur. Haud ita multo poſt graui peſtilentia laboratum eſt. Hoſtilius dum Numam ſacrificiis imitatur, Ioui litare non potuit. Liuius & Iulius Obſequens. 642

3322 TVI. Hoſtiliũ L. Piſo apud Plinium author eſt, fulmine ſuffocatũ, quod quædam pa- 639

rum rite feciſſet, & ſacrificio Iouem ipſum cœlo deuocare voluiſſet: author etiam Plutarchus in Numa Pompilio. Solinus c. 2. Obſequẽs c. 3,

3338 LVcumo Græci Demarathi filius, ac Aruntis frater, generoſus adoleſcens, cum, parẽte apud Tarquinios defuncto, diuenditis bonis omnibus Romam migraret, Ianiculoq; iam appropinquaret, in carpento cũ vxore ſedenti, aquila è ſublimi demiſſa, pileum ſuſtulit: atque mox ſuper carpentum cũ magno clangore volitans, rurſus velut miniſterio diuinitus miſſa, capiti apte repoſuit. quo viſo, Tanaquil auguriorũ perita, eo prodigio regnũ ei portendi intellexit. Pecunia igitur & induſtria dignitatem, atq; etiam Anci regis familiaritatem cõſequutus, atque ab eodem tutor liberis relictus, dum Tarquinii Priſci nomen ſibi vendicaret, poſt Anci mortem regnum intercepit, atque ita adminiſtrauit, quaſi iure adeptus fuiſſet. Liuius, Dionyſius, Fabius Pictor, Obſequens cap. 4. Plinius cap. 4. de viris illuſt. 625

3349 EZechiel propheta vidit per viſionem tempeſtuoſum ſpiritum & nubem magnam à ſeptentrione venientem, ignemq; collectum, ſplendore circundatum, ex quo exiſtebat ſpecies electri, & identidem forma quatuor animaliũ, in quorũ ea erat facies, vt hominis formam haberẽt. Ea ſingula quaternos vultus habebant, quaternaſq; alas: pedes rectos, pedum veſtigiis vitulinorũ ſimilibus, in æris politi ſpeciem coruſcantibus, alis ſuberãt humanæ manus, ſecundum 4. eorũ quadrati partes, habebantq; quatuor illa ita compoſitas facies atque alas, vt alæ eſſent inter ſeſe coniunctæ, nec ipſa conuerterentur inter eundũ. Erant autem eorum facies ea figura, vt illa quatuor haberent 614

dextra

dextra parte humanam, leoninamq; faciem, sinistra bouinam, atq; aquilinam. hic coniunctæ erant rotæ, quæ chrysoliti speciem præ se ferebãt, ea forma atq; opere, quasi esset rotæ interposita rota. Habebant etiam quatuor ipsæ canthos, eosq; altos & formidabiles, vndiq; oculorum plenos. Harum copiosiorem descriptionem leges apud Ezechielem cap. 1.

3355 SEruio Tullio puerulo dormienti caput ardere visum est, quod prodigium Tanaquil Prisci Tarquinii vxor augurioru peritа, regnũ illi portendere dixit. Cũ igitur eundẽ adoptasset, post Tarquinii fata dolo Romanorum rex factus est. Dionysius libro quarto. Liuius libro primo Dec. primæ. Plinius libro secundo, capite 11o. & libro tricesimo sexto, capite vicesimo septimo. Cicero libro primo de Diuin. Flo. libro primo, capite sexto. Valerius Maximus libro primo, capite sexto. Plinius de viris illustribus capite septimo. 608

3365 NAbucadonosar Babylonię rex cũ Sidrach, Misach & Abdenago, qui statuam erectam contra dei præceptum adorare nolebãt, in fornacem ardentem mittere iussisset, lætabundis ac deum collaudantibus, ignis adeo nõ nocuit, vt capillos etiam ac vestimenta non attigerit, sed potius eos ex insperato, qui iniecerant, inuaserit, penitusque absumpserit. Danielis 3. 598

3367 DAniel coniectus in lacum leonum fame laborantium, contra omnem hominum expectationem, non tantum diuino auxilio à septem leonum rabie seruatus, sed per dei angelum ac prophetam Habacuc sustentatus est. Qui autem Danielem intromiserant in lacum, à leonibus in momento temporis coram eo deuorati sunt. Danielis 6. & vltimo. 596

3368 NAbuchodonoſor Magnus, quartus Babyloniæ rex, è regno demũ ob inſaniã pulſus, cum feris atq; brutis animalib. in agro egit, atq; cõmunem cum his victum habuit. Decretum n. à deo, vt ros & pluuiæ tranſirent ſuper eum, æſtas, hyems, ac frigora. Inhorruit eius ẽt pilus, ac totam cutem operuit denſis velaminibus, creuerunt ex pedore vngues ad ſimilitudinem auium. Ac ſic qui alios in exilium eiecerat multos, ipſe à ſuis in exilium actus eſt. Qui delicatis cibis abuſus, beſtiis compaſcuus factus: qui purpura indutus, horrido pilo tunc obtectus, qui balſamo ac precioſis vnguentis inunctus, imbribus ac rore cœleſti per ſeptem continuos annos abluitur. Daniel. 5. 595

3368 FInito bello Sabino, cum Tarquinius Priſcus in monte Tarpeio ędem Iouis, quam in eodem bello vouerat, ædificare vellet, & iam exaugurare fana ſacellaq; alia iuberet, vt libera à cæteris religionibus area eſſet, iamq; omnium ſacellorum exauguratione admitterent aues, in Termini tãtum fano nequaquam addixere. quod prodigium, firma, ſtabiliaq; cuncta portendere Romanis viſum eſt. Sequutum eſt & aliud prodigium, magnitudinem imperii portendens. Nam poſteaquam futuri ædificii fundamenta aperiret, caput hominis integra facie, recenti tamen tabo & ſanguine aſperſum, in imo repertũ eſt. Cuius prodigii gratia aruſpices interrogati, reſponderũt, hunc locũ nõimperii tantum Romani, ſed totius ẽt mũdi caput fore; Liuius, Plinius iunior, & Iulius Obſequés cap. 5. 595

3375 TArquinio in Hetruriam ſecundũ Romanis bellum moliente, magnum ſignũ extitiſſe dicitur. Cum enim regnaret adhuc Romę Tarquinius, tẽplumq; Iouis Capitolini fere ad finẽ per- 588

perduxisset, siue vaticinio admonitus, siue q̃ ei aliter visum esset, currũ superne fictilẽ Thuscis quibusdam ex Veiorũ gente figulis fingendum mãdarat. Nec ita multo post regno exactus est. Cum autẽ Thusci currum illum confectum in fornacem intulissent, aliud longe euenit, quam luto in ignẽ immisso accidere cõsentaneũ est. Condensari n. atq; coire expressa humiditate solet, tunc autẽ relaxatũ est, & intumuit, eoq; magnitudinis concepto robore duriciaq; increuit, vt vix sublato fornacis culmine, deiectisq; parietibus, vllo modo efferri potuerit. Plura leges apud Plutarchũ in vita Publicolæ. Eius belli meminit etiam Functius.

3380 FActa est solis eclipsis sub Astyage 8. Medorum rege, quam Thales Milesius apud græcos longe ante futurã prædixit, vt refert Plin. lib. 2. c. 12. in quo tamẽ numeri Olympiadum nescio quo errore deprauati sunt. Nobiscum consentit Functius in Chronicis. 583

3383 QVotidie cœlestia prodigia Romæ & in agris visa sunt, minas ostentãtia. Mox Oppia virgo Vestalis, quam tamen alij Popiniam, alij Popiliã vocant, incesti damnata pœnas de- 580

3384 dit. Anno sequenti, non segnior discordia domi, & bellum foris atrocius fuit: ab Æquis arma sumpta, & Veientes in agros Romanorum incursiones fecerunt. Liuius, Iulius obsequens. 581

3385 MOuente è Sardibus Xerxe, cõtra Græcos cum ingenti exercitu bello profecturus, sol mane defectum passus est. Etenim equa in exercitu leporem peperit. Apparuit & cometa Ceratias dictus, quod instar cornu incuruetur. Maxima rerum publicarum, & omniũ statuum orbis vicissitudo postea est subsequuta. neque enim sine subsequẽti incõmodo aliquo, huius- 579

modi signa conspiciuntur, quibus Deus semper suã irã minatur. Marc. Frytschius in meteoris.

3386 IN bello contra Veientes, Manlij prætoriũ de cœlo tactũ, laceratũ fulmine tentoriũ, euersus foculus, arma fœdata, ambusta, ac in totum contrita: occisus eximius equus, quo in præliis vti consueuerat. Interrogati igitur interpretes prodigiorum, responderunt, significare castrorum oppugnationẽ, & clarissimorum virorum interitum. Cum Hetruscis cruento prælio pugnatum. Q. Fabius, Marci frater, bis consul, & tunc legatus, lancea per pectus ictus interiit. Manlius consul in clade occubuit, & vallum Romanorum captum est. Liuius & Iulius Obsequens cap. 12. 477

3406 HIppocrates cum tyrannus Athenis esset hostiamq; immolasset, ahena (vt imposita erant) plena & carne & aqua absq; igne efferbuerũt, ita vt aqua redundaret. Quod portentũ conspicatus Chilon Lacedæmonius, qui forte aderat, suasit ei primũ ne vxorem fœcundam duceret domũ, secundo loco, si vxorẽ haberet, eiiceret, & siquidẽ ex illa filium sustulisset, abdicaret. verba sunt Herodoti li. 1. fol. 11. in Clio. Factũ est autẽ Crœsi Lydorũ regis temporibus. 477

3408 ARcesilao regnum tenente cãdidus coruus apparuit, de quo graue responsum ferebatur. Et mox ad Democratiam status ciuitatis recidit, Bessus cum ad Hesperidas decessisset, occisus est. Heraclides in Politiis regni eius meminit, & Herodotus lib. 4. 475

3411 BOs in Sabinis, Androno Coratio Latino, miranda magnitudine ac specie nata est: cuius gratia cum Aruspices interrogarentur, respõsum est, eum populum summam imperij habiturum, qui prius bouem illam immolasset. 472

Latinus

igitized by Google

Latinus igitur bouẽ in Auentinũ egit,& cauſam ſacerdoti Romano expoſuit. Ille vero aſtu⁹, dixit prius eũ viuo flumine manus purgare debere: at Latinus dũ ad Tyberis profluẽta deſcẽdit, Romanus illo abſente bouem immolauit: & ſic imperium ciuibus, ſibi vero gloriam facto conſilioq; vindicauit. Liuius, Iulius Obſequens c. 6.

3416 CRœſus Lydorum rex cum à Cyro debellaretur, ſemeſtris filius in crepundiis articulate loquutus fertur, magno & pernitioſo prodigio regnum amittendum prædicente. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 31. & lib. 3. c. 15. 547

CRœſo Lydorũ rege ratiocinante, omnia ſuburbana colubris impleta ſunt, quos equi inter ambulandũ, cum ad paſcua irent, cõedebant. Crœſus igitur ſtatim miſit ſuos ad coniectores conſulendos Telmiſſas, qui, vbi accepere reſpõſum, didicereq;, quid ſibi vellet portentum, non tamen contigit, vt Crœſo renunciarent. Nã prius quã retro Sardis reuherentur, Crœſus eſt captus. Thelmiſſes ita cognouerant exercitum externum Crœſo illuc affuturũ, qui cum afforet, indigenas ſubigeret, quod dicerẽt colubrũ terræ filium eſſe, equum hoſtem & aduenam. Herodotus lib. 1. fol. 16.

3420 DAniel propheta anno Balſaſaris Babilonię regis primo vidit cœli ventos vaſto mari ruẽtes, & quatuor ingẽtia animalia, ex mari exiſtere inter ſe diſſimilia. Eorũ primũ erat ſimile leoni, aquilinus alis, aliud animal ſecundũ vt ſæ ſimile, in ore habẽs tres coſtas inter dentes, deinde animal pardi ſimile in dorſo habẽs 4. alas, inſtar volucris, quatuorq; capita: quart. animal erat terrificum, horribile, ac præualidũ, dentib. ferreis magnis, comedens ac cõminuẽs, & reliquũ pedib. cõculcãs, habẽs decẽ cõrnua Hanũ omniũ copioſioreẽ deſcriptionẽ leges Dan. c. 7. 543

3422 AB eodem Balsasaris regis tertio anno, dum esset Susis in arce, quæ est in Elamitide prouincia, visus est aries stans ad fluuium Eulæum, habẽs duo cornua sublimia, quorũ alterum altero sublimius erat, eũ arietem cũ nullũ aliud animal impeteret, caprinus hircus cornu habens inter oculos eũ inuasit, & vicit. Plura lege in c. 8. Danielis, & eius interpretes. 541

3424 BAlthasar rex cum lautum ad conuiuium optimates suos vocasset, in eodẽq; vasa aurea atq; argentea templi à Nabuchodonosere deprædata apposuisset, eadem hora apparuere digiti quasi manus hominis, scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ. Mane, Thecel, Phares. Quę verba cum abariolis neq; legi neq; interpretari possent ad id à rege vocatis, demum Daniel, præmissa concione de Nabuchodonoseris sacrilegio, ac Balthasaris filij fastus superbia ac impietate, breuiter ita interpretatus est: Mane, numerauit deus regnũ tuum ac compleuit illud: Thecel, appensus es in statera, ac inuẽtus es minus habens: Phares, diuisum est regnum tuum, ac datum est Medis ac Persis. Eadem autem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus, cui Darius Medus successit, annos natus sexaginta duos. Dan. 5. 539

3440 CVm mox Cumarũ ciuitas à Dauniis, Vmbris & aliis circumiectis gentibus oppugnaretur, (quo tẽpore quinquaginta peditum milliũ, duodeuiginti equitũ vno tempore barbari in armis habuerunt,) cõstat Vulturnum & Clanium amnes hostiũ castra prętерlabentes, retro cursum suum flexisse: eoq; miraculo Cumanos in spẽ bene gerendæ rei erectos, in pugnam egredi ausos, fretosq; locorum oportunitate, immensum profligasse exercitum. Dionysius 523

Digitized by Google

nysius Halicarnass. lib. 7. Dionys. Eretriensis, & Sabel. lib. 9. Æneadis 2.

3443 ANno Darij regis secũdo die vigesima quarta mensis vndecimi, quẽ Sabath vocant, Zacharias propheta vidit per visionẽ propheticam noctu hominẽ rubro equo insidentem, eumq; stantem inter myrtos, quæ erãt in profundo, post quem erant equi rubri, varij & albi, cui homo, qui stabat inter myrtos, apertis verbis pronunciauit, Hi sunt, quos dominus misit ad peragrandam terram &c. Plura leges Zachariæ primo, & apud eius interpretes. 520

3449 TAges quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cũ terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse vocẽ repente, & eũ affatũ esse, qui arabat. Is, vt in libris est Hetruscorũ, puerili aspectu, sed senili prudentia, vbi ei bubulco visus est, extemplo rei miraculo totã eo Hetruriam excitauit. Scriptis tradita dein, quæ ille dixerit, quæ aruspicinę rationem omnem continerent. Cicero de diuinatione. 514

3450 DArio Babylonem obsidenti vox è muris reddita est, vrbem ipsam tunc à Persis captum iri, quum mula pareret. Quo præsagio omnes capiendæ vrbis desperatio iam cœperat, donec Zopiri Persæ mula enixa est: Rauis. Text. 513

3454 TArquinius cum iam Signiã, Circeiosq; colonos misisset, præsidia vrbi terra mariq; futura, prodigium horribile visum est. Anguis enim ex columna lignea elapsus, non tantũ terrorem fugamq; in regia fecit, sed ipsius etiã regis animũ subito pauore perculit, anxiisq; curis vniuersos impleuit. Aquilæ etiã, quæ regiæ incumbebant, nidũ fecerunt, in quo pulli subito vulturum incursu discerpti sunt: quod mali imminentis prodigium esse putabant. Mox cũ 509

3455 Rutulis bellatũ. Ardea obſeſſa, & poſt nefandũ 508
Tarquinij cũ Lucretia facinus reges ſunt exacti. Tarquinius autem dum Gabios, tanquã in regnum ſuum proficiſceretur, canis & ſerpens etiam verbis expreſſis ſunt loquutæ. Liuius, Iulius Obſequens cap. 7. Alexander ab Alex. lib. 3. capite 15.

3457 Silentio noctis ex ſylua Arſia ingens vox au- 506
dita eſt, quæ Syluani credita eſt fuiſſe. Proclamauit autem in acie Romanorum contra Veientes, vno plus Hetruſcorum cecidiſſe, & viciſſe bello Romanum. Liuius & Iulius Obſequens cap. 8.

3463 Haſtæ militares ad multã noctem in cœlo 500
ardentes viſæ. Sequuta eſt tertia Sabinorum in Romanorum agros irruptio, qua Poſthumius conſul magnam accepit ex ſua indiligentia cladem: quam eius collega niſi mox vindicaſſet, male de repub. Romana actum eſſet. Duæ Romanorum coloniæ, Pometia & Cora, ad Aruncos defecerunt, & contra Aruncos bellatũ. Liuius & Iulius Obſequens cap. 9.

3467 Aulus Poſthumius dictator cum contra La- 496
tinos, qui in Romanos coniurauerant, ad lacum Regillum pugnaret, ac victoria iam nutaret, duo iuuenes candidis equis inſigni virtute apparuerunt, pro Romanorum ſalute fortiſſime dimicantes: quos dictator poſt victoriam quæſitos, vt dignis muneribus honoraret, non inuenit, Caſtorem & Pollucem ratus. Florus lib. 1. cap. 11. & Iulius Obſequens cap. 10. ex lib. 2. Liuij Decad. 1.

3472 Pizelus Athenienſis in pugna Marathonia 491
dum præliatur, viſum eſt monſtrum, quod eum ipſe quoq; ante ſe videret, occidere viſus,

lumi-

Digitized by Google

luminibus captus perpetuo manſit. Herodot. Meminit pugnæ Euſebius.

3473 ECliplis lunæ magna, de qua cũ primis mẽ- 490
tionem facit Ptolomæus lib. 4. ca. 9. Athenienſes, duce Calimacho, conſilio Milciadis apud Marathonem, quo Hyppias Perſarum exercitum duxit, vicerunt, atq; ex Perſis ea pugna 6300. ex Athenienſibus vero (Herodoto ac Thucydide teſtantibus) 192. perierunt.

PRodigia multa Romæ audita, & viſa Quintilio Sulpitio Camerino, & Sp. Largio Ruffo conſ. Liu. Dionyſ. Eutrop. lib. 1.

IN muliebris fortunę fano in via Latina quarto ab vrbe miliario conſtructo, quo in loco Coriolanus matris precibus adactus ab vrbis excidio temperauit, fortunæ ſimulachrũ erat, quod non ſemel humanã vocem emiſiſſe fertur. Alexander ab Alex. lib. 1. c. 13.

3483 LAodiceæ aduentu Xerxis platanus in o- 479
leam mutata eſt. Eo vero è Sardibus exercitum mouente, ſol mane defectum paſſus eſt. Pugnauit Leonides Lacedæmonius cum Perſis ad Thermopylas, & primum nauale prælium ad Artemiſcum commiſſum eſt, vt authores ſunt: Herodotus libro ſeptimo & octauo, & Dionyſius lib. 9.

3488 ACeratus propheta vidit ante delubrum 479
Mineruæ ſacra arma prolata è conclaui, quæ intus propoſita fuerant, quæ nefas erat cuiquam mortali contingere, quod oſtentum iis, Delphis qui aderant, perrexit nunciatum. Vbi barbari properãtes ad fanũ Mineruæ peruenere, vbi maiora, quã ſuperius, repræſentata ſunt. Martia enim arma ſua ſpõte extra delubrũ propoſita adparuerũt. Cũ aũt Barbari ad ſacellum Mineruæ, quod eſt ante templũ, accederẽt,

interea à cœlo fulmina in eos deciderunt & à Parnasso duo abscissi vertices magno cum fragore sunt deuoluti, permultosq; eorum interceperunt. Atq; ex ipso sacello Mineruæ vociferatio iubilatioq; extiterunt, quibus omnibus pariter ingruentibus terror incussus est barbaris &c. Herodotus lib. 8. Vraniæ.

CImon Athenienſis cum ſuos contra Cyprios aut Ægyptios pararet milites, & iam in littore maris conſtitiſſent copiæ, horrenda illi ſpecies oblata eſt. Vidit enim canem quendam laceſſitam latrare, & inter latrandum vera humana voce vti. Aſtyphilus igitur Poſſidoniates vir vaticinij peritus, eiq; familiaris, mortem ait hanc ſibi ſpeciem præſagire. Sub hanc ſpeciem ecce & aliud ei, dum Libero patri ſacrificaret, prodigium viſum. Cum enim vates de more victimam cecidiſſet, id ſanguinis, quod iam humi congelatum erat, formicarū caterua paulatim corripientes, ad Cimonem deportabant, & circa pedis pollicē extendētes, diu huic rei intentæ ſingulos latuere. Simul itaq; cum Cimon huic miro formicarum ſtudio mentem adhibuiſſet, aderat & ſacerdos iecur victimæ ſine capite ei oſtentans. Hæc cū ſic obtigiſſent, enauigauit tamen Cimon, qui tanti apparatus militiam honeſte detrectare non poterat. Sexaginta itaq; nauibus in Ægyptum tranſmiſſis, ipſe cum reliquis ea maria perluſtrauit, regiam claſſem, in qua Phæniſſæ & Ciciliæ naues erāt, profligauit, circumiacentes deinde vrbes ſubegit, & in Ægyptios omnem belli conuerterat molem. Plut. in Cimone.

3496 XErxes Perſarum rex cum aduerſus Græcos 467
numeroſum duceret exercitum, in caſtris equa leporē peperit, quo genere monſtri tanti adpara-

adparatus significatus est euentus. Nam qui mare classibus, terrā pedestri operuit exercitu, vt lepus fugacissimum animal, pauidus in suum regnū se recipere coactus est. Herodot. lib. 7. musarum. Valerius Maximus lib. 1. c. 6. Sabel. lib. 2. Æneid. rapsod. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 31.

IDem Xerxes cū montē Athon, qui Idæ proximus est, ascendisset, priusquā Athenas deleret, in admirabile inter cœnā prodigium incidit. vinum enim cum pateris infunderet; subito in sanguinē conuersum est, nec semel tantum, sed iterum atque tertio. Qua de re magi consulti monuerunt regem, vt ab incepto desisteret. Valerius Maximus lib. 1. c. 6.

3496 THemistocles cū natali prælio contra Xex- 467
xem regem pugnaret, flammā magno lumine ab Eleusine illuxisse, sonitum quoq; ac vocem toto Thriasio agro ad mare vsq; exauditā esse, velut ex hominibus multis mysticum Iachum educentibus, scribunt. ex multitudine vero vocum referri à terra paulatim nebulam, ac in tritemes rursus reuerti, decidereq; visam. Alij imagines & simulachra affirmatūt ab Ægina apparuisse armatorum hominum, manusq; pro Græcis attollentium, quos Æaridas esse cōiecerant, à quibus ante pugnam precibus & votis implorarant opem. Ac tic Græci, Themistoclis atq; Lycomedis Athenienſis Tetrarchi virtute victores contra barbaros fact: Xerxem fugarunt. Authores sunt eius rei Simonides, ac Plutarchus in Themistocle.

3499 LApis in Ægis fluuio de cœlo ruit & eodem 464
anno Themistocles taurino sanguine sublatus, natus Socrates. Mox Artabanus Persarum rex diem obiit, in cuius locum Artaxerxes, qui Lōgimanus cognominatus est, suffectus. Herm. nnus Contractus.

3500 COelum ardere visum,&annus tam homi- 463
nibus quam pecori longe fuit pestilentissimus. Æqui Antiatum suscipientes exules, contra fœdera cum Romanis facta, excursiones in Latinorum agros fecerunt: contra quos anno sequenti missus Q. Fabius Vibulanus, qui prius pacem cum ijs fecerat, strenue pugnauit. Verum cum se ad Volscos attraxissent, & fides Antiatum laboraret, cum ingenti exercitu iterum in Romanorum agros populandi gratia ingressi, à Posthumio victi atq; fugati sunt. Liuius & Iulius Obsequens c.13.

3502 COelum iterũ ardere visum plurimo igni, 461
portentaq; alia aut obseruata oculis, aut vanas exterritis ostentauere species, quib. auertendis terroribus, in triduum feriæ indictæ: per quos omnia delubra pacẽ Deum exposcentium virorum, mulierumq; turba implebantur. Bellum gestum est cum Æquis, contra quos Furius primũ parum feliciter, Posthumius vero prospere pugnauit. Antiates milites propter ser̃um auxilium cum ignominia sunt dimissi. Anno vero sequenti, pestis crudelissima Romę grassata est. Liuius & Iulius Obsequens cap. 14.

3503 ITerum cœlum ardere visum, & bos loquuta. 460
Æqui omissis Latinis, Hernicisq;, properato itinere Romam properarunt, vt ob iuuentutis absentiam vrbẽ caperent. qui tamen à Lucretio mox circumuenti, ac magna strage fugati sunt. Volscorũ agri à Veturio vastati sunt, quorũ etiã nomẽ fere eo ann. deletũ est. Liu. & Obsequẽs.

3504 ANno ab vrbe cõdita 202. iuxta Orosij sup- 459
putationem, dum bellũ Punicũ surrexisset secundum, multa prodigia præcesserunt: Romę bos mugitum suum in humanum sermonẽ cõuertit: in Picæno lapides pluit: In Gallia lupus

vigili

vigili gladium è vagina abstulit. In Sicilia duo scuta sudauerunt sanguinem, & à metentibus cruentæ spicæ inuentæ sunt.

APud Cerites aqua sanguine commixta fluxit, cui prodigio post Valerium Maximum, & alios, ipse etiam Augustinus lib. 4. de ciuitate Dei astipulatur, dum ait, Etiam tum natos infantes de vteris matrũ quædã verba clamasse: volasse serpentes, fœminas & gallinas, vt homines in masculum sexum fuisse conuersas: Vinc. lib. 6. c. 40. Cuius tamen numeri sunt mendosi.

3505 TErra ingenti motu concussa, bos loquuta, & cœlũ iterum ardere visum, cui rei priore anno fides non fuerat data. variæ spectrorum facies, horrendæq; voces oculis & auribus hominum obuersatæ sunt. Carne pluit, quæ niuis instar è cœlo, frustis maioribus & minoribus demissa, ab omni genere auiũ interuolantium direpta, priusquam terram attingeret, reliquũ vero, quod intercidit, in vrbe agrisq; sparsum iacuit multo tempore, nec colore mutato, nec odore, contra morem veterascentiũ carnium. Id vates indigenæ interpretari non potuerunt. Libri autem Sibyllini monuerunt, cauendum ab externo hoste, & ciuium seditionibus. Hoc autem anno lex Terentilla maximo cõnatu de Decemuiris creãdis tentata est, maximeq; suborta inter patricios & plebeios dissentiones. 458

3506 Proximo autem anno exules Romani ac serui numero 4000. duce Appio Herdonio Sabino, Capitolium occuparunt, vnde non absq; magna ciuium strage sunt expulsi. Liuius, Dionysius, Obsequens cap. 16. 457

3508 LVpi in Capitolio visi, qui à canibus fugati sunt, cuius prodigij causa totum Capitoliũ est lustratũ. Æqui, quibus superiore anno pax 455

data erat, fracto fœdere, duce Cracchо Chœlio Latinum agrum ac Tusculanũ populati, in Algido castra locarunt: contra quos L. Minutius profectus infeliciter in castris obsessus ac demum à Quintio Cincinnato liberatus est. Æqui victi, ac sub iugum missi sunt. Liuius, Iulius Obsequens cap. 17.

3527 MArcomirus Troianorũ exulum rex cum in Scythia à Gothis hinc inde vexaretur, ac de aliis sedibus quęrendis rationes iniret, facto gentiliũ more sacrificio, monitus est oraculo, vt adiret eum locum cũ suis, vbi Rhenus in mare labitur, ibi adepturus optatã quietem. Atq; vt certior esset, superuenit maga quædam Alruna nomine, quæ ad idẽ illũ est cohortata. Effecit autem mulier illa arte sua, vt noctu regi Marcomiro appareret spectrum quoddã cum tribus capitibus, nempe cum capite aquilæ, capite bufonis, ac capite leonis. Dixitq; aquila, genus tuũ ô Marcomire opprimet me, ac conculcabit leonẽ, interficietq; bufonem, quibus significauit futurũ, quod posteri eius habituri essent dominium in Gallos, Romanos & Germanos. Relicta igitur Scythia, peruenit in Germaniã & occupauit illa loca, vbi hodie est Geldria & Hollandia, vocatiq; à Saxonibus Neomagi, id est, noui affines, seu noui vicini. Annales Franciæ, Munst. lib. 2. Cos. & Func. 436

IN Italia terræmotus ingens factus Proculo Geganio Macerino & L. Menenio Lanato Cõsulibus. Fames maxima inde subsequuta est, adeo quod multi inopia coacti sese in Tiberim præcipitauerint.

3531 TErræmotus M. Cornelio Maluginensi, L. Papyrio Crasso Consulibus, pestis consequuta. Io. Funccius. 432

Dum

3538 DVm regnaret quartũ annum in Spartanis 425
Archidamus Zeuxidami filius, terræmotu tanto omniũ ante eam ætatem memorabilium maximo, ingentibus Lacædemonia tellus hiatibus soluta est. Concussis Taygetis montibus, quidã eorũ vertices patefacti, vniuersa ciuitas diruta atq; cõfusa, domos singulas, præter 5. cũ ingẽti fragore, & ruina prostrauit. Exercebãtur tũc forte in medio porticus puberes simul atq; adolescentes. Ante eam terræ concussionẽ leporẽ quendã in cõspectu eius adueniſſe ferũt. Hunc adolescentes (vt erãt) vnctos ioco extra gymnasiũ insectatos fuisse, puberes vero, qui intus se continuerant, ruina gymnasij obrutos oẽs ad vnũ pariter periisse, ea propter eorũ sepulchrũ & nunc quoq; Sismatiũ appellatũ est. Plut. in Cimone. An. sequẽti maxima siccitate laboratũ est, Plato philosophorũ Deus natus, Pericles obiit, postquã Athenienſibus præfuisset annis 40. Eusebius & Thucid. lib. 2.

GRauissimo terræmotu tota Sicilia cõcussa est, & insuper Ætna mons eiectis ignibus fauillisq; calidis agros & villas vastauit, tũc etiã Athalante ciuitas Locris adhærens terræ contigua, repentino maris impetu obscissa, atq; in insulam desolata est. Athenienſium quoq; miserabiles reliquias pestis inuasit, diuque depopulata est. Oros. lib. 2. & Vicent. li. 4. c. 59. Eusebius cuius tamen supputationem hic non sequuti sumus. Contractus, & Ioan. Func.

3542 AThenienses à sociis persuasi, cũ sexaginta 421
nauiũ classem ad Sicilienſe bellũ iam cõparassent, proluuium ignis ex Ætna quantũ ante nullum memoria hominũ manauit, corrupitq; aliquantulum Catinensis soli Ætnę radicib. adiecti ter ad summũ violenta illa vis ignium ad id tempus extitisse dicitur, ex quo Sicilia à Græcis

cęperat habitari. ſolis facta eſt eclipſis. Exiitq; cũ his ſextus Peloponneſiaci belli annus. Sabel. lib. 6. Ænead. 5. Darius Artaxerxes fil. Xerxis diem obiit, vt author eſt Thucydides in 4.

3552 CLitodemus omniũ, quotquot Athenien- 412
ſium res paruas deſcripſerunt, antiquiſſimus in Attica hiſtoria inquit, cum Athenienſes claſſem iã Siciliã verſus inſtruxiſſent, infinitam coruorũ multitudinem prouolaſſe Delphos, & mutilaſſe has ſimulachri partes, aurumq; ab eo roſtris detraxiſſe. Addit idẽ, haſtã fregiſſe coruos, & noctuas, & quicquid ad imitationẽ fructuum autumnaliũ erat ad palmam effictum. Recenſuit item Clitodemus alia complura ſigna, quæ prohibuerunt, in Siciliam Athenienſes ne ſoluerent. Pauſanias lib. 10.

3553 ANte cladem Athenienſium in Sicilia, quæ 410
accidit Olympiade nonageſima ſecũnda, Euclea Athenis prætore, cometa in Septẽtrionali parte cœli, ſole circa Hybernas verſante conuerſiones, viſus eſt. Caſp. Peucer. de meteoro. Mox Syracuſani ab Atheniẽſib. victi, obſeſſi ſunt: Lacedæmonij Syracuſanis auxiliares copias miſere. Atheniẽſes victi ac Nicias cũ aliis interfectus eſt. Thucid. lib. 6. & Plut. in Nicia.

3554 STatim poſt bellum Corcyrienſe in ipſa hye- 409
me, quæ ſequuta eſt, pernicioſa peſtis Athenis orta eſt, quę per annũ deinceps, nihil remittens, ciuitatis opes vehemẽter afflixit. Mota eſt præterea pleriſq; Græciæ locis terra, in Hiera noctu ignes extitere, interdiu fumus velut ex camino quodã redditus eſt. Circa eandẽ regionẽ crebri fuerunt terrarũ motus, qui, Lacædemoniis in Iſthmũ procedere cupientibus, & in Atticã iter inſtituẽtibus, fuerunt impedimẽto. In Eubœa circa Orobias, partẽ terræ & vrbis ẽt cũ pernicie multorũ ſubitus pelagi æſtus inundauit.

dauit. Ad Athlantã quoq; insulã apud Locros similis alluuio facta est, quæ sine motu terræ haud quidẽ accidere potuisse creduntur. In Sicilia Chariada Athenienſiũ duce à Syracusanis in pugna interfecto, Laches, penes quẽ vnum erat nauiũ potestas, Mylas Mesceniis ademit, duabus ibi hostium cohortibus oppressis. Sab. lib. 6. Enne. 3 ex Thuc. & Plutar. qui eius belli mentionem faciunt & Func.

3560 LYsandro cõtra Athenienses maritimo præ- 403
lio dimicante, Castorẽ & Pollucem in eius naue ex vtraq; parte extitisse, à Plut. memoriæ proditũ est. Quidã & lapidis casũ ad earũ rerũ euentũ prodigio fuisse ferunt. Nã vt constans multorũ est opinio, miræ magnitudinis saxum ad Ægospotamos è cœlo delatum esse. Quod post longã ætatẽ miraculi loco ostensum est, id præcipua religione prosequentib. Cherronesi incolis. Plut. in vita Lysandri. Lysander Atheni. apud Ægos flumẽ nauali prelio vicit, in quo oẽs Athenarũ vires ceciderũt. Muri Athen. ad rybiæ cantũ diruti. Tyranni triginta ad Rempub. administrandam constituti sunt,

3569 LAcus in Albano nemore sine vllis cœlesti- 395
bus aquis, causaue alia, quæ rẽ miraculo eximeret, in altitudinẽ insolitã creuit. Cũ autẽ ab oraculo scisciteretur, quid ea res portenderet? responsum est, vt aquã eius lacus emissam per agros diffunderent. Sic n. Veios, quos acri ac diutino bello vexabãt, in potestate populi Ro. vẽturos. Quod vbi factũ est, hostiũ vrbe potiti
3570 sunt. Tarquiniẽses noui hostes exorti Rõ. agros 394
quos multis simul bellis, Volscorum ad Anxur, Æquorũ ad Lauicos, & ad hoc Veienti quoq;, Valisco, Capenatique bello occupatos videbant, depopulabãtur: contra quos tamẽ Aulus Posth. & L. Iulius volũtariorũ manu profecti,

turpiter fugarũt. Liu.li.3.dec.1. Plut. in Camil. Cic.de diuin. Val.Max.li.1.c.6. Iul.Obſeq.c.18.

3571 VEiis iam poſt longã obſidionẽ expugnatis, 393
cum Romani milites in vrbis direptione, Deorũ etiã ſtatuas Romã trãsferre conarẽtur, ac quidam ſeu ſpiritu diuino tactus, ſeu iuuenili ioco ad ſtatuã Iunonis diceret, Vis ne Romã ire Iuno? poſteaquã capite annuiſſet, ſe libẽter iturã, magna omniũ admiratione reſpõdit. Vnde Romã in Auentinũ æternã ſedem ſuam ducta eſt, quo vota dictatoris vocauerant, tẽplumq; ei à Camillo dedicatum eſt. Liuius lib. 5. Dec.1. Lactan.lib.2.c.8. Plutarch. Obſequens & alij.

3574 BRennus Gallorũ rex, cum magno exercitu 389
ad Delphos properaret, vt diriperet omnia, Barbaris ſigna à Deo celeriter ſunt exhibita, omniũ q̃ ſcimus manifeſtiſſima. Omnis.n.terra, quam tenebat Gallorũ exercitus, violentis motib.maxima diei parte eſt quaſſata. Tonitrua itẽ & fulgura cõtinua coruſcarunt, quæ & perterrefecerũt Gallos, & quo minus, quæ annunciabãtur, aurib.perciperẽt, verterũt. Hæc aũt cœlitus demiſſa prodigia, nõ in vnũ tantũ graſſabãtur, ſed in vicinos etiã, & cũ homines, tũ arma incendebãt. Apparuere eis & heroum ſpectra, Hyperochus, Laodorus, & Pyrrhus. Nõnulli & his annumerant, Phylacũ, Delphorũ indigenã. Ceciderunt in acie cũ alij Phocenſes permulti, tum Aleximachus, qui in hac pugna præ reliquis Græcis, flore ætatis, corporis robore animiq; fortitudine ad necem Barbaris inferendam alacerrime eſt vſus. Pauſanias lib.10.

3576 MCeditius homo de plebe, nũciauit Tri- 387
bunis ſe noctis ſilẽtio audiſſe vocẽ clariorẽ humana, q̃ Magiſtratib. dici iuberet, Gallos & Teutonas, atq; Germanos aduẽrare. id, vt fit, ppter authoris humilitatẽ ſpretũ eſt, & q̃ lõgiaqua

ginqua tũ eoq; ignotior gẽs erat, verũ illis non ubi prouidentibus, Roma tandem à Gallis exusta, duce Brenno rege ipsorum. Camillus autem, quem antea ex vrbe eiecerat populus, hoc tempore, vt late apud Liuium ac alios leges, boni viri functus est officio. Nam omni prorsus dissimulata iniuria, quam præter meritum passus erat, collectis ex ipsa vicinia copiis, inopinato oppressit Gallos & Germanos in vrbe, seruata ab obsidione arce, & ciuibus omnibus qui reliqui erant. Cladem hanc passa est vrbs temporibus Artaxerxis Mnemonis, & sub idem fere tempus à Lacedæmoniis Athenæ captæ, & deuastatæ sunt. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 15.

3585 MAgno terræ motu Helice & Bura Pelo- 378
ponnesi vrbes absorptæ sunt. Euseb. Eutrop. lib. 1. Anno præterito natus Aristot. præceptor eximius Alex. Magni. Gell. lib. 17. cap. 21. Euseb. Eutrop. Funcci. Mausolus rex Cariæ hoc anno obiit. Cui ab vxore Artemisia sepulchrum factum est nomine Mausolum, quod postea inter septem orbis miracula à Plin. lib. 36. cap. 5. atq; aliis numeratum est.

3596 INgens vniuersam Romam pestilentia corri- 367
puit, nata quidẽ, non vt assolet plus minusue soluto tempore ex turbata temperie, hoc est, ex intempestiua hyemis siccitate, aut ex repentino veris calore, aut ex incongruo humore æstatis, vel ex autumni pinguis indigesta illecebra, vel expirata de Calabriæ saltibus corrumpente aura, quę repentinos multarum infirmitatum solet adferre transcursus, sed grauis diuturnaq; incidit, quæ in nullo sexu erat dispar, in nulla ætate dissimilis, quin cunctos per biennium iugiter tabe confecit, vt etiam, quos nulla non egit in mortem, turpi macie exinanitos, afflictosq; dimiserit. Mar. Fritsch.

3605 ROmæ in medio foro, ſiue motu terræ, ſiue qua vi alia, terra ſpecu vaſtiſſimo collapſa eſt, quam terræ voraginẽ nemo neq; terræ cõiectu, neq; vlla quauis materia explere potuit. Inficiebantur autem ex editis inde vaporib. peſtilentiſſimis multorum hominũ corpora, quæ cum remedia omnia reſpuerent, rebus iam deſperatis, deorũ monitu, Mar. Cur. ſtrenui demum equitis animoſo facinore liberati ſunt. Poſteaquam enim ſe pro ſalute patriæ in ſpecum armatus præcipitaſſet, peſtis ſtatim poſt multorum funera ſedata eſt. Liuius lib. 7. Dec. 1. Oroſius lib. 3. cap. 5. Obſequens cap. 20. 358

3606 DIon Syracuſanus quũ exul in Dionyſium iuniorem Siciliæ tyrannum bellum moueret, ſues ſine auribus natas ferunt. Tum Dionyſ. ſuis viribus diffiſus, hoſti principatum ceſſit, in exilium concedens. Ita ſignificatum fuiſſe in hominum mentibus inhęſit, vt breui tempore ciuium aures ab auditione tyrannidis vacuæ eſſent. Polyd. Vergil. lib. 3. prod. 357

3609 COmetes, in quo tubę effigies in haſtã mutata eſt, hoc anno apparuit. Plin. li. 2. c. 25. Fit hic annus alter, quo conceptum Alex. Magnum conſtat, quod ęq; mirari poteſt. Nam ea nocte, qua conceptus eſt Alexander, ferunt per quietem viſum eſſe Philippo, quod reginæ Olimpiadis vtero ſigillum impreſſiſſet, cui leonis effigies inſculpta erat, ſignificari hoc ſomnio interpretati ſunt, Olimpiadem reginam grauidam è Philippo potentiſſimum regem parituram eſſe. Eo anno Illyrici victi ſunt, atque mox bellum ſacrum ortum, de quo Iuſtinus lib. 8. Diodorus Sicul. de geſtis Philippi regis. 354

3614 PHilippi Macedonũ regis temporib. quum multi direptis hinc inde templorum bo- 349

nis

nis diteſcerent, eſſentque, qui iam Apollinis templum aperuiſſent, atque locum circa focum ac tripodem (vbi theſaurus erat) excauare cœpiſſent, magnis terræ tremoribus factis, Phocenſes valde ſunt perterriti, planeque ita deis animaduerſionem in ſacrilegos præmonſtrantibus à furto deſtiterunt. Ac Philon, qui facinoris tam impii dux ac autor fuerat, breui pœnas meritas exoluit: ſed enim pecuniæ ſacræ interuerſæ, licet crimen totum Phocenſibus aſcriberetur. Diod. Siculus de geſtis Philippi anno 14. fol. 35.

3615 CHaſma ingenti incendio decidit in terras. 348
Plin. lib. 2. cap. 27. Occhus Ægyptum, Cyprum, & Phœniciam recuperauit: Sidonemque proditione accepit. Oroſius & Diodorus.

3617 VAlerius Coruinus tribunus militum ſub duce Camillo reliquias Senonum perſequente, aduerſus Gallum prouocatorem ſolus cum proceſſiſſet, coruus ab ortu ſolus galeæ eius inſedit, & inter pugnandum ora oculoſq; Galli reuerberauit. Vnde quoque, hoſte victo, Valerius Coruinus dictus eſt. Liuius lib. 7. dec. 1. Plinius de viris illuſtribus cap. 29. Obſequens cap. 21. 346

3619 CArthaginenſes cũ magno impetu in Græcos atrociſſimos hoſtes irruiſsẽt, & armis iam gliſcentibus res geri cœpta eſſet, ſubito ex montibus ſtupenda tonitrua ſonuere, fulguraque cœlo cadentia pugnantium ſtrinxere oculos, inde imber vento permixtus à vertice Græcis illatus, Carthaginenſium ora occupat, Et iam præ nimio cœli ſtrepitu ducum imperiũ exaudiri non poterat. Degrauari interim imbrib. 344

veſtes, arcuſque & cætera inſtrumenta inutilia fieri, ſed nihil æque Pœnorum animos turbauit, quam quod tranſeuntium ſtudio refractis Cryſii aggeribus, vorticoſus & violentus amnis cœpit omnia circa loca inundare, vt iam aliis alii auxilio eſſe non poſſent. Poſtremo lectiſſima cohors à Timoleonte in hoſtem ſua ſponte turbatum immittitur, tum vero Carthaginenſium multitudo cœno & aquis fœde colluctata in fugam auertitur. Multi ipſa planitie ſunt oppreſſi, alii vi aquarum & fluminis verticibus abſorpti perierunt. Decem barbarorum milia eo prælio deſiderata, & in his tria millia Carthagi opibus & dignitate inter ſuos longe principum. Nullo ad id tempus prælio Carthag. tot viros vna pugna amiſerant. Nam cæteris bellis mercenario milite plurimum vſi fuerant, vincere q;, non vinci conſueuerant. Caſtris Timoleon, potitus quinq; millia hoſtium cepit, mille thoraces, ſcutorum decem millia, auriq; & argenti maius omnino pondus, quam pro numero hoſtium credi poſſit. Punica ſpolia Corinthum miſſa, ſolenniq; titulo dedicata. Sabel. lib. 3. Ennead. 4. ex Plut. Timoleonte & Diodoro Siculo in vita Philippi.

3621 TImoleonte in Delphum traiiciente, facta re diuina, cum in templum Apollinis atq; in adytum veniſſet, miraculū ſibi euenit. Nam vitta quædam coronis, & trophæis inſignis de ſuſpenſis donariis defluxit, & caput eius, vt à deo coronatus ad res gerendas præmitti videretur, coronauit. Cum itaque naues decem haberet, Corinthias ſeptē, Corcyreas duas, vnam Leucadam, iter ingreſſus eſt. Cui noctu pelagus aſcendenti, & ſecundis ventis mare percurrenti, repēte cœlū ſcindi viſum eſt, & ſupra 3421

nauem

nauem multum, lucidiſſimumq; ignem effundi. Deinde cũ lampas quali in myſticis ſacrificiis vtuntur, eleuaretur, & curſu Italiã verſus dirigeretur, quo nautæ maxime intenti erant, in terram veluti fulmen irruit. Plutarch. in Timoleonte.

QVum Dionyſius iunior ſuo principatu pulſus eſt, accidit prodigium, vt vno die in portu dulceſceret mare. Rauiſius Textor. Hoc autem anno Dionyſius Timoleonti ſe dedidit. Siciliam reliquit atq; Corinthum nauigans vitam miſerrime traduxit. Timoleon autem Syracuſanis libertatem reſtituit. Plutarch. Diodorus, Iuſtinus lib. 21.

3623 ALexander cum exercitum ad vrbem Thebanorum adduceret, ſigna prodigiaq; dii ipſis miſerunt, pronunciantes tantã, quantam nunquã antea, cladem. Nã palus Oncheſti ſonitũ horribilem cõtinuumq; edidit, ita vt portus & ſtationes contremiſcerent. Fons itẽ, qui ſecundum Iſmenum, ipſaq; mœnia eſt, nomine Dirce, cum reliquo omni tẽpore pura dulciq; lympha fluxiſſet, repẽte præter ſpem omnium ſanguine impleta eſt, qua de re Thebani deos Macedonib. exitiũ minitari credebant. Tum in ciuitate in delubro Cereris, aranea iuxta faciẽ imaginis, ſuã artẽ exercuit, conſueramq; telam duxit. Simulachrũ ẽt Minerue Alalcomeneidis cognominatæ, ſponranea flamma combuſtum eſt, nullo igni ſubiecto, atq; alia innumerabilia eiuſmodi cõtigerũt. Ælianus li. 12. de varia hiſt. 340

LYcomacho Athenis prætore anno 4. Olympiadis centeſimæ nonæ, cometa viſus eſt iuxta circulum Æquinoctialem. Hunc ſequutus eſt ventus horribilis prope Corinthũ, & paulo poſt Athenienſes Demoſthenis ſuaſu cum Philippo Macedone congreſſi ad Chæro-

neam cæsi sunt, amissis duob. millibus ciuium, desitque cum hac clade Græcorum potentia & libertas. Caſparus Peucerus de meteorol.

3622 CVm Iunoni Monetæ in eo vrbis loco, vbi Manlii domus fuit, ædes dedicaretur, prodigium extemplo dedicationem sequutum, simile vetusto montis Albani prodigio. Lapidibus enim pluit & nox interdiu visa est intendi. Feriæ proinde sunt indictæ, nec tantum à Romanis tribubus supplicatum, sed à finitimis etiam populis. Iudicia eo anno populi in fœneratores facta, quibus est ab ædilibus dicta dies. Proximo vero anno bellum cum Samnitibus ortũ est, gente tum opibus & armis validissima: quod bellum mox aliud cum Pyrrho rege, & cum Pœnis grauissimum peperit. Liuius & Iulius Obsequens cap. 22. Plin. lib. 16. cap. 4. 343

3628 QVo tempore ex Macedonia cum Alexandro abiit Seleucus, Pellæ cum rem sacram Ioui faceret, ligna aræ imposita, sponte sua ad simulachrum se conuerterunt, & sine igne incensa attulerunt. Pausanias lib. 1. 333

IN Abisari regione, Alexandri Magni temporibus constat dracones nutritos, vnum cubitorum 80. 140. alterum, vt à legatis eo à rege missis certo relatum est. Author est autem eius rei Onesicritus mirabilium rerum scriptor. Quod si veritati non consentaneum videatur; non mirum videbitur, si leges in Aphrica, Regulo bellante, serpentem centenum pedum ac vicenum ad Bagradam fluuium à Romanis militibus balistis expugnatum esse, cuius corium postea in Aphricam missum est. De quo infra suo loco ex Tuberone, Liu. & aliis authoribus.

ALexander autem rex Thebas captas destruxit, Asiam cum exercitu traiiciens, ad Gra-

Digitized by Google

Granicũ Perſas collatis ſignis ſuperauit, omnes regiones Ciliciam vſque obtinuit. Darius vero ad Iſſam victus, mater & vxor eius cum duabus filiis captæ, ab Alexan. ſummo honore habitæ.

3629 ALexander Macedoniæ rex omnium bellicoſiſſimus dum in India præliatur, cõcuſſis armis, viſus eſt barbaris lumen infundere & monſtrum ante ſe gerere. Alex. ab Alex. lib. 1. ca. 20. Eius expeditionis meminit Contractus. 334

3630 IN templo Cereris Theſmophoræ ſigna ſunt viſa, contraria illis, quæ ante Leuctricam pugnam apparebant. Tunc enim ſupra templi fores aranei candidam telam texebant, atram vero ſub Alexandri & Macedonum irruptionem. Dicitur & in agro Athenienſium cinerib. pluiſſe anno priuſquam, bello illato, Sylla eos multis calamitatibus affecit. Erectos itaq; nunc ab Alex. Thebanos & Athenas, pfugiẽtes, Caſſander poſtea Antipatri F. reduxit. Pauſanias lib. 9. 333

ALexander Macedo cum in Syria, Ægypto aliiſq; regionib. ſibi ob locorum difficultatem inſuetis, hinc inde cum exercitu caſtra mutaret, interdiu ex inſperato demiſſi imbres ſoluere metũ, ac humectantib. arenis, ſiccitatem inſolitam extinxerunt. Quib. in ſe condẽſatis, ac ſuaues ſpiritus, ac purior impendebat aer. Inde dum ductores cõfuſas amiſiſſent metas, iamq; errare cœpiſſent, diſperſis ex ignoratione comitibus, coruos qui præuolantes eis iter monſtrarent, ac tardius ſubſequentes præſtolarentur, apparuiſſe conſtat. Et quod longe mirabilius eſt, tradit Cliſthenes noctu palantes cantu ac vocibus ad ſequenda comitum veſtigia reuocaſſe. Plut. in Alex.

3631 ALexandro corona capiti impoſita ſacrificãti, cũ pro ritu ſacrificii libaſſet, auis quę- 332

dam ex eo genere, quæ prædæ assueſcunt, aram præteruolans, cum lapis, quem forte vnguibus ferebat excidiſſet, caput eius percuſſit. Arrianus lib. 2. de rebus geſtis Alexandri Magni.

FVit per eos dies ingẽs Lunę defectio. Quapropter Alexander lunæ ac ſoli, & item Telluri, à quib. eclipſin generari ferunt, ſacrificium inſtituit. Quã quidem rem Ariſtander cõtemplatus, Macedonib. atq; Alexandro proſperam fore, eoq; menſe cũ Dario pugnandum, extaq; victoriam Alexandro promittere aſſeuerauit. Arrianus lib. 3. de rebus geſtis Alex. Magni.

ALexandro Magno Tyrios debellante, in ipſa vrbis oppugnatione dira oſtẽta extiterunt. In vrbe quippe riui ſanguinis, follib. flare incipientib. per ignẽ fluxere: & miles in caſtris quũ panẽ fregiſſet, ſanguinis guttæ ſubito emicuere. Quo prodigio territus Alexãder ab Ariſtandro vate eſt cõfirmatus, qui ad Tyrios id ptinere oſtendit, quãdo cruor intus nõ foris fuſus eſſet. Sabel. li. 4. Ennead. 4. Polydorus li. 3.

3633 ALexandro ex Media Babylonem petenti, 329
acorui ſublimi volatu ſe mutuo inceſſentes quoſdã afflictos ac pene diſcerptos, in illius cõſpectu ad terrã demiſere. Apollodoro quoq; Babylonis præfecto pro rege immolanti, ſine capite iecur extitit, & ignotus quidã diademate & ſtola inſignis, in regio ſolio ex improuiſo reſedit, iuſſum à Serapide ſe id facere prædicans, qui augurũ iuſſu cõfeſtim neci eſt deditus. His Alexander prodigiis territus, iuxa deos hominesque ſuſpectos habere cœpit, atq; omnium maxime Antipatrum, cuius filium Caſſandrum capillis arreptum parieti affixerat, quod barbaros intuitus regem adorantes, vt adoleſcens nuper domo profectus cachinno non abſtinuiſſet. Sabel. li. 6. Enneadis 4. Cum

CVm autem castra secus torrentem quendam posita essent, circiter secundam noctis vigiliam improuisis imbribus auctus torrens, tanto sese impetu per agros effudit, vt pueros pleroſq; ac fœminas (quæ ægrè agmen sequebantur) cum regia supellectile, ac sarcinis, iumentisq; (quæ supererant) correptos abstraxerit: iis quoque, qui in castris erant, magna armorum parte amissa, difficulter seruatis. Pleriq; etiam dũ proficiscerentur, aquarum copiam nacti, calore ac siti stimulante, simul inopiæ futuræ metu immodico potu distenti, animam efflauerunt. Arrianus lib. 6. de rebus gestis Alexandri Magni.

CVm Alexander Magnus in Cabazam regionem exercitum duceret, iam biduum nubilo cœlo fœdamq; tempestatem interminante, iter egerat, cum tertia dies multò nubilior orta, totam cœli faciem horrendo atrore fulgoribus intermicantibus vestiit, sequutus fragor cadentium fulminum, fædaq; tempestate militum oculos & mentem perstringens; tum densa grando præcipiti casu supereffusa ita exercitum afflixit, vt eo, quo quisq; fuerat, loco deprehensus, humi procumberet contegens se armis. Quidam arborum stipitibus hærebant, obrigescentibus interim membris, multi eodem habitu, quo hæserant arboribus inter se obuersi exanimes reperti sunt. Fuisset eo saltu pars maxima exercitus consumpta, nisi exhortando singulos circuisset, ægrè humo attollens corpora torpore defixa, deetant q; vires ad continuandum iter, nisi toto saltu insu regis ignes confestim excitati essent, quibus refectus miles paulatim grestium remotus est, signaq; obseruauit. Sabellicus lib. 6. Ennead. 4.

ALexand. Mag. cum ad Oxum amnẽ caſtra poſuiſſet, & tabernaculum ſuum militare ſtatuis circumdediſſet, fontem manantis olei, quod dictu mirum, ſcaturiſſe apud Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12. legimus.

ALexander Magnus cum magno exercitu in Indiam penetrans, poſteaquam flumen traiicere vellet, atque quattam iam partem enaraſſet, ſubito horrendum prodigium oblatum eſt. Hippodami enim equi fluuiales inter profundos aquarum gurgites emerſi apparuerunt, raptosq; in vertice vidente exercitu abſorpſerunt. Vnde iratus rex in duces, qui exercitum in periculum duxerant, centum ac quinquaginta ex his, in flumen mitti iuſſit, quos propulſos hyppodami iuſta pœna affecerunt.

MVnitis caſtris Alexandri Magni iuxta ſtagnum, militibusq; quieti nocturnæ deditis, ad primos radiantis lunæ ortus, ſubitò arrectis caudarum aculeis, ſcorpiones conſuetam petentes aquationem, ad caſtra innumeri confluxere. Hæc prodigia inſequuta eſt immenſa vis ceraſtarum, ſerpentumque variis diſtinctorum coloribus. Nam quidam rubentibus ſquamis erant, quidam nigri & candidi coloris, quidam auri rulgore conſimiles inſpiciebantur. Sibilabat tota regio, non paruum Macedonibus inferens metum. Sed illi frontem caſtrorum denſauerant clypeis, & in manibus longas habebant haſtas, quarum ſpiculis malas beſtias configebant, & ignibus plures necabantur. Quæ res eos propè duas horas ſollicitos tenuit. Pota autem aqua minores abire cœperunt, & ſerpentes maiores

res cum ingenti exercitus gaudio, latebras petierunt. Tum ad horam noctis tertiam, Macedonibus aliquam sperantibus requiem, binorum ternorumque capitum cristati serpentes aduenerunt columnarum grossitudine aliquanto proceriores, qui ad potandam aquam ex vicinis montium speluncis processerant, oribus squamisque suis humum atterentes. Quorum pectora cum trisulcis linguis fauces exertabant, scintillantibus veneno oculis, quorum halitus quoque pestifer erat. Cum his hora amplius vna Macedones pugnauerunt, triginta ferus, & viginti militibus amissis. Post discessum serpentum, vanerī immodicæ multitudinis, crocodilorum pellibus contexti ad castra venerunt, Quæ prodigia duritia thoracis, vel loricæ ferrum respuebant. Multi ignibus vsti, multi se in stagnum receperunt.

Cumque Castrenses putarent adesse finem inquietudinis, en superuenerunt albi leones, taurorum magnis comparandi corporibus, nec minus sera nocte apri ingentes, lynces, Tigrides & horribiles pantheri miscebant prælia, illisque fugatis, vespertilionum genus columbinis corporibus æqualem infestabat exercitum. Vna præterea noui generis bestia, maior elephante comparuit, tribus armata in fronte cornibus, equo simile habens caput, atri coloris. Hanc Indi appellant Odonta. Hæc pota aqua intuens castra subito in milites impetum dedit, ne ignis quidem oppositi tardabatur ardoribus. Ad quam supprimendam triginta sex milites fuerunt occisi, atque tres &

quinquaginta falcati inutiles facti, vixq; tandem defixa venabulis occubuit. Venerunt & mures Indici in castra vulturibus similes, quorum morsibus vulnerata quadrupedia statim expirabant. Vincentius lib. 5. cap. 24.

A Beodem Alexandro in Ægypto visæ sunt nubes ardentes de cœlo tanquam faces descendere, quarum incensu totus campus ardeat. Vincentius lib. 5. cap. 55.

B Vcephalus Alexandri Magni Macedonum Regis equus, forma fuit ac natura præter cæteros equos insigni, magnitudine, q̃ mediocrem excederet, spiritu alto ac generoso, colore nigro, taurino (vt Arrianus in quinto de rebus Alexandri, ac A. Gellius in 5. noctium Atticarum cap. 2. memoriæ tradiderunt) capite albam maculam habente, ornatus regia ephippia nullum omnino prætet Alexandrum sessorem admittebat. De qua mira præterea leges apud Plutarchum in vita Alexandri, Strabonem lib. 15. Curtium lib. 9. & alios.

3647 A Bderitas regionem suam nullam aliam ob causam deseruisse, patriumq; solum reliquisse literarum monumentis traditum est, quàm ob murium ranarumq; multitudinem, à quibus tota regio longè lateq; mirum in modum infestabatur. Sabellicus lib. 7. Ennead. 4. 315

3663 IN Vmbriæ quadam spelunca duo millia armatorum fumo igniq; consumpti. Titus Liuius lib. 10. & Funccius. 299

3667 TErra de cœlo pluit, & in exercitu Appii Claudii plerique fulminibus icti sunt. Infestis eo anno armis cum Samnitibus pugnatum est. Pestis mirum in modum per totam Italiam, & in vrbe potissimum grassata est. Galli à Fabio victi, ac in fugam versi sunt. Fulvius 295

Digitized by Google

uius in Hetruria feliciter contra Thuſcos pugnauit. Titus Liuius, & Julius Obſequens, Sabellicus lib. 7. Ennead. 2.

3677 ILla tempeſtate, qua Lyſimachus intulit Heraclienſibus bellum in Helleſponti & Cherſoneſi regionibus, terra adeò horrendè mota eſt, vt Lyſimachia vrbs altero & vigeſimo anno ab eo, quo condita fuerat, magna ex parte conciderit. Fuitq; prodigium illud Lyſimacho & eius ſtirpi poſt paulò interituræ, ac malorũ omnium, quæ deinceps ſequuta ſunt. Enimuero Agathocles regis filius, haud longo interiecto tempore, ab Arſinoe nouerca veneno ſublatus eſt. Sabell. lib. 8. Ennead. 4. 286

3685 GAlli ſub Duce Brenno cum niterentur Parnaſſum montem in Græcia conſcendere, & diſpoliare Delphicum templum per excitatum à Dæmonibus terræmotum, cecidit in exercitum ipſorum portio montis, quæ multos interemit, deinde inſequuta eſt horrenda tempeſtas, tonitrua, fulmina & grando, vnde bona pars exercitus proſtrata eſt, vt cogerentur abſtinere à ſacrilegio alii, Brennus quoque Dux grauiter læſus, & dolorem vulneris ferre non potens, ex impatientia ſibiipſi pugione mortem conſciuit. Conſimile euenit Xerxi quarto Perſarum regi. Hic enim direpturus Græciam, cum magnam vim hominum in eam tranſtuliſſet, contendiſſetq; Apollinis templum ſpoliare, in maximum venit periculum. nam deuoluebantur ex monte in eius exercitum duo ſaxa, cadebantq; ignita ſpicula cũ horrendis tonitruis è cœlo, vnde, qui conſcenderant montem, ceu inſani præcipitabantur de monte, interieruntq; tunc machinatione Dæmonis, vt Trogus ſcribit, quatuor millia homi- 278

num. Delphici liberati ex illa mortalitate laudauerunt Apollinem Deum suum: vsq; adeò diabolus apud infideles potest aëris tẽpestates, quo vult, vertere, quo illos in errore & falsa superstitione contineat. Hęc Munst. & Auent.

3686 PYrrhus cum in Latio militaret, in sacrificiis cor siliens in extis defuit: vnde, cũ magnas calamitates & fortunæ minas futuras prædictum esset, Pyrrhus statim post multiplices clades Italia pulsus est. Alexand. lib. 5. cap. 25. 278

3690 INter alia prodigia fulmine est etiam deiectum Iouis in Capitolio signum, cuius caput 274

3691 per aruspices inuentum est. Pyrrhus contra Romanos bellum suscepit, qui à Curio victus, & Tarentum fugatus est. Mox Tarentini iterum noua aduersus Romanos arma mouerunt, Carthaginensium auxilia per legatos poscentes, quos tamen iterum vicerunt Romani. 273

3691 PLurimis locis scaturiens è fontibus cruor fluxit. De nubib⁹ guttatim in speciem pluuiæ lacte dimisso, vt ipsis visum est, terras vt imbres irrigauerunt. Vinc. lib. 6. c. 55. ex Oros. 271

3696 IN Græcia cum decem & sex messores quendam è sociis aquatũ misissent, reperit is apud fontem serpentem, q̃ complexus aquilam, arctissimis eam spiris implicitam suffocabat, ille, vt falce messoria armatus erat, audacter ꝓgressus, ferro serpentem dissecuit, aquilam liberam abire permisit, cumq; hausta in vrnam aqua redisset, sociis singulis poculũ ministrauit: mox cum & ipse quoq; bibere vellet, præsto adfuit aquila, q̃ poculum ab ore dispulit eiectum procul: dumq; messor factum miratur, & aquilam q̃ probè nouerat, increpat, eamq; apud socios ingrati animi ream agere meditatur, videt eos & hic & illic concidentes vitam exhalare, vnde 267

simul

simul & aquam, quam illi biberant, veneno infectam, & se periculo subductum intellexit, beneficiumq; in volucrē optimè collocatum, manifestissimè cognouit. Historiam latè descripsit Crates Pergamenus Philosophus, Stesichorus verò græco carmine prosequutus est, eius autem meminit Pierius Valerius lib. 19. Hierogliphic.

3696 OBscœna prodigia, & dira Romę visa sunt. 267
Ædes enim Salutis ictu fulminis dissoluta, pars muri sub eodem loco de cœlo tacta. lupi tres ante lucem ingressi vrbem, semesum cadauer intulerunt, sparsumque membratim in foro ipsi strepitu hominum exterriti reliquerunt. Apud Formias multis ictibus fulminum mœnia vndiq; ambusta, & dissoluta sunt. apud agrum Calenum repentè flamma sciſſo hiatu terræ eructa, tribus diebus & tribus noctibus exæstuans, quinque agri iugera, exhausto penitus succo hubertatis, in cinerem extorruit, ita vt non fruges solum, sed etiam arbores cum imis stipitibus absumpserit. Hoc anno Picentes noui hostes facti, Romana in se arma exciuere. Liuius, Obsequens, Orosius, Vincentius libro 6. capite 23.

3697 SEmpronius consul cum aduersus Picentes 268
exercitum duxisset, & iam directè intra iactum teli vtraq; acies consisteret, repentè cum horrendo fragore terra ita contremuit, vt stupore miraculi vtrūque pauefactum agmen hebesceret. verū mox in certamen progressi, bellum adeò atrox fuit, vt meritò dicatur humanum tantorū hominum sanguinem susceptura, etiam cū gemitu horrisono tunc terrā tremuisse: in quo tamē prelio Romani, quorū pauci euaserant, vicerunt. Liuius & Julius Obseq. cap. 26.

3698 DE nubibus in ſpecie pluuiæ lac deſcendit. 265
Funccius in Chronicis. Salentinis à Romanis bellum indictum, qui & ipſi armis victi, in deditionem venere, captiq; ſunt cum ciuitate ſimul Brunduſini, & de iis triumphatum eſt. Eutropius lib. 2. cap. 2. Florus lib. 1. titul. 20. Salentini Picentibus additi. Plura vide in Cuſpiniano in conſules Aurelii Caſſiodori.

3700 INter multa alia prodigia, ſanguis è terra, 263
lac de cœlo manare viſum eſt. nam & plurimis locis ſcaturiens è fontibus cruor fluxit, & de nubibus guttatim in ſpeciem pluuiæ lacte demiſſo, diri terram imbres irrigauerunt. Eo tempore Carthaginenſes, dato aduerſum Romanos auxilio Tarentinis, cum à Senatu per legatos arguerentur, turpiſſimam rupti fœderis labem præſumptam accumulauere periurio. Sequutum eſt quoq; libertinorum Volſcienſium aduerſus dominos conſpirantium nefandum ſcelus, qui tamen mox Duce Fabio gurgite pœnas dederunt. Peſtilentia etiam crudeliſſima hoc anno vrbem inuaſit. Liuius & Julius Obſequens capite 27.

3704 ROmæ columna ante Jouis ædem, vi tur- 260
binis eſt decuſſa cum aureo ſigno. Quo viſo ex aruſpicum reſponſo omnes magiſtratus ſe primo quoq; die autoritate abdicarunt. Eo anno exercitus Romanorum ingens in Siciliam miſſus, multos ad defectionem compulit. Vaſtata eſt interea & Italiæ ora ab altera Carthaginenſium claſſe, cum interim Africa ab omni hoſtili iniuria immunis eſſet. Liuius & Julius Obſequens capite 28.

3707 ATtilius Regulus Dux à Romanis contra 257
Carthaginenſes factus poſteaquam hoſtes atrociſſimè viciſſet, atq; longè lateq; per illorum

lorum agros seuagatus esset, demum ad Bagradam flumen veniens in nouum & memorabile certamen incidit. Stabulabat loco flumini proximo serpens inusitatę magnitudinis, quem cũ infesto occursu ex aquatorib. quosdam necasset, nec aliorum impune quisquam illi occurreret, consul balistis, & catapultis velut molem quandam grauissimam expugnauit. Eius exuuiæ 120. pedum longitudine & maxillæ vsque ad Numantinum bellum in publico pependisse dicuntur. Sunt huius rei authores, Gellius Tuberonem sequutus, Liuius, Plinius, & alii plerique, quo magis miror Polybium, qui id bellum diligentissimè scripsit, totum locum silentio præteriisse. Nec multi inde dies interceßere, quibus Attilius Tunes oppidum quindecim millibus passuum à Carthagine vi cœpit, vbi castra fecit Romanorum Consul, inde aduersus Carthaginem velut ex arce quadam decursurus. Sabellicus libro nono Enneadis quartæ, ex Liuio vel potius Flori epitome libro octauo decadis secundæ.

3724 TYberis insolitis auctus imbribus, omnia 239
Romæ ædificia in plano posita deleuit, & quæ segnior redundatio tenuit, madefacta dissoluit, & quæ rursus tortens inuenit, impulsa deiecit. Hanc aquarum cladem grauior ignis sequuta est vastatio. Is enim plurimas ciuitatis partes peruagatus, tantum opus uno consumpsit incendio, quantum plurimæ & peregrinæ victoriæ conferre non potuerunt. Orosius lib. 4. cap. 6. cuius tamen numeri in annorum supputatione sunt deprauatissimi. Romani eo anno cum Pœnis pacem facientes Phalisçis bellum inferunt, vt au-

thores sunt Polybius libro primo, & Eutropius, licet Orosius diuersum sentiat.

3729 IN Piceno flumen sanguine fluxit. In Thu- 234
scia cœlum arsit. Arimini tres lunæ visæ. Eutropius & Cuspinianus in commentariis in Cassiodorum. Eo anno Carthaginenses Corsos, ac Sardos in Romanos incitarunt.

3742 CAria & Rhodus ita terræmotu concus- 221
sæ sunt, vt Colossus solis, quem Chares Lindius Lysippi discipulus, duodecim annorum spacio 300. talentis precio ex apparatu Demetrii regis fecerat, rueret. Eusebius, Orosius, Vincentius libro sexto capite 40. Munsterus, quorum tamen supputationes sunt diuersæ.

EO anno Demetrius Macedonum rex fatis concessit. Cui Philippus in ordine 37. successit. Obiit & Ptol. Euergetes posteaquam regnasset in Ægypto annos 26. cui successit Ptol. Philopater. Victi sunt etiam Judæi & 60. millia armatorum ex numero eorum cæsa sunt. Eusebius, Funccius.

CFla. & Fuluius Cons. cum in Insubres copias agerent, fluuius, qui per agrum Picenum illabitur cruore fluxisse visus est: Augures verò, cum malis auspiciis consules creatos affirmarẽt, è vestigio illos per literas reuocauerunt. Liu. Plutarch. in Marcel. Volat. lib. 16. Anthro. Romani contra Gallos profecti, vt Polyb. in 2. scribit, contra Insubres, quorũ quinquaginta circiter millia erãt, fortiter strenueq; pugnarunt. Vide Cuspinianum in suis in Cassiodorum commentariis, vbi de anni ab vrbe condita 530. consulibus scribit.

IN Piceno flumen sanguine effluxit, apud Thu-

Thuſcos cœlum ardere viſum. Arimini nocte multa lux clara effulſit, tres lunæ diſtantibus cœli regionibus exortæ.

3744 Magno terræmotu Caria & Rhodus inſulæ adeò concuſſæ ſunt, vt labentibus vulgò tectis, ingens quoq; coloſſus corruerit. Eodem anno Flaminius aduerſus Gallos conflixit, & vicit. Anno verò proximo Claudius Marcellus iterum profligauit, capto Viridomaro rege, & inter multa Inſubrium, quos ad deditionem coegerat oppida, Mediolanum quoque vrbem florentiſſimam cœpit. Liuius & Julius Obſequens. licet hæc alii in annum mundi 3720. & 3742. referant. 214

3747 SAguntı eo tempore, quo Hannibalis excidium paſſa eſt, inter magna & aſſidua prodigia infantē quoq; ex matris vtero penè editū, in ipſam matris aluum reuertiſſe legimus, q. prodigium, quaſi diuinatio futuri eſſet terretrimum bellū & fatale excidium, ac imminens fatū haud dubiè oſtendit. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 31. 216

3749 HAnnibale Italiam deuaſtante, Spei templum, quod in foro olitorio erat, fulmine tactum eſt, quod prodigium perniciem Italiæ & imminens excidium, quo terra mariq; imperium agebatur, & fluctuabat, haud dubiè deſignauit. Alexand. ab Alex. lib. 2. cap. 4. ex Liuii lib. 1. Dec. 3. 215

FLamminio contra Hannibalem fortiter ad lacum Traſimenum pugnante, cum iam milites prælia conſererent, terræmotus factus eſt, q multarum vrbium magnas partes, pſtrauit, vertit curſu rapido amnes, montiumq; ardua loca lapſu ingenti proruit. Quæ prodigia etſi magnopere ſequerentur, nemo tamen pugnātium illa per tumultum atq; furentium animos

rum crepitum sensit. Liuius lib. 2. dec. 3. Plut. in Fabio Maximo, Florus lib. 2. & alii.

C. Flamminius pugnaturus ad Thrasimenum cõtra Hannibalem, cum equo delapsus esset, nihil eo prodigio inhibitus signiferis signa moueri sua sede posse negantibus, malum, ni continuo ea effodissent, minatus est, verum huius temeritatis pœnas satis dedit, cum in eadem clade 15. Romanorum millia cæsa 6000. capta, 20000. fugata sint. Liuius libro secundo de bello Punico. Cicero de diuin. libro primo. Valerius Maximus libro primo capite sexto.

HAnnibal post conflictum cum Romanis ad Thrasimenum ex hybernis cum exercitu profectus, posteaquam in Hetruriam ire pergeret, consilio eius gentis sibi, aut vi, aut voluntate adiungendæ, & iam in summum Apennini iugum venisset, tempestas subito coorta ducem & exercitum itinere auertit. Ventus enim imbri mixtus ex aduerso spirans primo agmen in vestigio tenuit, quum autem arma vis ventorum adimeret militi aut corpus turbine rotatum humi affligeret, sed quum ne deiectis quidem reciprocandi spiritus facultas esset, ventis ex aduerso flantibus, parumper procellæ auersæ consederunt: sequutus mox ingens cœli strepitus, interq; horrendos aëris fragores crebra coruscatio. Capti itaq; auribus & oculis metu torpere primo cuncti, mox deiecto ad terram imbre, conati sunt ibidem metari castra. Cæterum cum nihil omnino statui posset, omnia vento proscindente, ancipitesque adhuc consilii starent, tam densæ vis grandinis, quæ vi frigoris in montium verticibus concreuerat, stantes inuasit, vt omisso o-

pere

pere ad terram procumberent milites, magis tegminibus suis obruti, quàm recti. Obrigueré interim iacentium membra immensa vi frigoris adeo, vt, illa cœli intemperie remittente, ex miserabili strage sese ægerrimè attollerent. Postremo cum crebro conatu paulatim moueri cœpissent, perrariq; ignes accensi essent, refecti animo eo, quo deprehensi fuerant, loco esse perseuerarunt. Biduum inde inuitis omnibus, & velut obsessis, castra in Apennino habita, multiq; interim mortales, multaq; iumenta frigore consumpta sunt, & in his septem elephanti, ex iis qui ex prælio ad Trebiam commisso supererant. Sabell. lib. 2. Enneadis 5.

3749 ROmæ in foro Olitorio infans semestris triumphum exclamauit. In foro Boario bos in tertiam condignationem sua sponte ascendit, atq; inde habitatorum tumultu territus, sese deiecit. Nauium species in cœlo visæ. Lanuuii hasta se commouit. Corpus in ædem Iunonis deuolauit, atq; in ipso puluinario cõsedit. In agro Amiternino multis locis hominum species procul candida veste visæ. In Piceno lapidibus pluit. In Sardinia in muro circumeunti vigilias equiti, scipio, quem manu tenebat, & in Sicilia aliquot militibus spicula arserunt, littora crebris fulserunt ignibus: milites fulminibus icti, solis circulus minui visus est. Prænestę ardentes lampades de cœlo ceciderunt. Arpis parma in cœlo, luna cum sole certare, & interdiu etiam duæ lunæ visæ, Cærete aquæ sanguine mixtæ fluxerunt, fons Herculis sparsis hinc inde maculis cruentis manauit. Ancii metentibus cruentæ in corbem spicæ ceciderunt, Faleriis cœlum findi 214

visum, sortes sua sponte attenuatæ. Mauors telum suum quassauit, signum Martis in Appia via ad simulachra luporum sudauit. Capuę cœlum ardere visum, capræ lanatæ quibusdam factæ: gallina in marem, gallus verò in gallinam versus. Eodem anno Hannibal Hetruriam inuasit. Romani ad Thrasimenum lacum cruento prælio victi sunt. Liu. & Jul. Obseq. cap. 31.

3750 IN Auentino Romę, & Ariciæ simul lapidib. pluit, & multo cruore. ex frigidissimo fonte calidæ aquæ manarunt. in via fornicata, q̃ ad campũ erat, homines aliquot de cælo tacti, atque exanimati. Sequuta est memorabilis illa clades ad Cannas, Apulię vicum, in qua Paulus Æmilius occisus est, & quadraginta millia peditum, cum duobus millibus equitum, & septingentis, & plusquam tria Romanorũ millia capta. & Hannibal Campaniam occupauit. Liuius lib. 3. decad. 3. & Jul. Obseq. cap. 32. 213

3751 MAre arsit, ad Sinuessam bos equuleum peperit, (q̃ tamen mirũ non videbitur, cum apud Ælianum de varia historia lib. 1. ca. 29. in pascuis Nicippi tyranni ouem non agnũ nec agnam, sed leonem peperisse memoriæ p̃ditum sit, ac Nicippo, q̃ priuatam tunc vitam agebat, tyrannidem portendisse creditum sit.) signa Lanuuii Junonis Sospitæ cruore manauere, lapidib. circa id templum pluit: ob quem imbrem, nouendiale sacrum fuit, cæteraq; p̃digia cũ cura expiata. Eo anno in Galliis Posthumius cum omni exercitu delerus est. bellũ Macedonicum inchoatũ, res in Hispania feliciter à Romanis gestæ. in Italia Campani cæsi ad Cumas, Pœni in Lucania fusi ac fugati, cædes Pœnorũ quoq; ad Nolam facta est. Sardi à Manlio cæsi. Liu. lib. 23. Obsequens & alii.

In

3751 In Apulia viridis palma ardere visa est. Man- 212
tuæ stagnum Mincio amne effusum cruentum apparuit. Romæ sanguine pluit in foro Boario. In vico Istrico tanta vis aquarum repente terra erupit, vt suo impetu dolia forte obiacentia prouoluerit. Atrium publicum in Capitolio de cœlo tactum, Ædes in Vulcani campo & alia loca publica priuataq; fulmine sunt icta. Hasta Martis sua sponte Præneste mota est. Bos in Sicilia loquutus. In Marucinis infans in vtero matris io triumphe exclamauit. Spoleti ex muliere vir quidam est factus, q̃ ipsum ne quis pro mendacio repudiet, præter Liuium, q̃ prodigii huius autor est, Plinius, Licinio Crasso & C. Cassio cons. Casini puerum scribit sub patentib. ex virgine fieri contigisse, q̃ in desertam sit insulam aruspicum iussu deportatus. Licinius Mutianus visum à se Argis prodidit Aristontem, cui nomen fuisset Aristusę, ac virginẽ nupsisse, moxq; barbam & virilitatem adeptũ duxisse vxorem. Smyrnæ quoq; hoc ipsum aliquando accidisse idẽ author prodidit. Et à Plinio in Aphrica visus, q̃ die nuptiarum ex fœmina vir fuerat factus, L. quoq; Cossitius appellatus. Nunciata sunt per id tempus præter ea, quæ diximus, & alia prodigia. Adriæ ara in cœlo visa, hominumq; species circa eam in cãdida veste. Affirmabant quidam se armatas legiones videre in Ianiculo, atq; huiusmodi voce ciuitatem ad arma concitarunt. Examen apsum in foro Romano visum, quia id rarum, idcirco prodigii loco acceptum. Sabell. lib. 3. Ennead. 5. ex Liuii lib. 4. dec. 3.

LAnuuii in ęde Iunonis Sospitæ corui nidũ fecerunt. Calib. creta pluit. Tacta de cœlo, atrium publicum, nux in Sabinis, publicaq; via, murus ac porta Gabiis, q̃n & Romę quoq;

in ipſa vrbe ſecundum apum examen in foro viſum. legiones armatę in Janiculo viſæ etiam, quæ tamen mox cum ad arma concurſum eſt, euanuerunt. Eodem anno Hannibal magna militum copia ad Nolam profectus eſt: à cuius expugnatione à Marcello prohibitus, magnam ſuorum ſtragem vidit, & ex Campania fugatus eſt. Caſſilinum oppidum captum, Fabius Samnium depopulatus eſt, & multa oppida vicepit. Syracuſæ obſeſſæ: contra Philippum bellum ſuſceptum, qui ad Apolloniam caſtris exutus eſt. res in Hiſpania proſperè à Scipionibus geſtæ, & Saguntum recuperatum. Liuius & Obſequens.

3753 TItus Gracchus Conſul cum Lucanis rem 210
diuinam faceret, duo angues ex occulto prolapſi, repente hoſtiæ, quam immolauerat, adeſo iocinore, in eaſdem latebras ſe receperunt: id cum aruſpicum monitu ſacrificium inſtauraretur, atq; intentius exta reſerata ſeruarentur, iterum ac tertio tradunt libato iocinore intactos angues abiiſſe. Aruſpices igitur cum ad Imperatorem id prodigium pertinere præmonuiſſent & ab occultis hominibus caueret, prædixiſſent, nulla tamen prouidentia fatum imminens moueri potuit. Hoſpitis enim dolo præcipitatus paucorum inſidiis occiſus eſt. Val. Max. lib. 1. cap. 6. Liuius lib. 5. decad. 3. Sabell. lib. 4. Ennead. 5.

MVrus ac portæ tactæ, Ariciæ Iouis ædes de cœlo icta fulmine: nauium longarum ſpecies in flumine Tarracinæ, quæ tamen nullæ erant, viſæ: in Iouis Vicillmi templo, quod in Coſſano agro eſt, arma concrepuerunt, & flumen Amiterni cruentum fluxit. Siphax Numidarum rex contra Maſiniſſam regem

regem pro Carthaginensibus pugnans victus est. In Brutiis ex duodecim populis, qui anno priore ad Pœnos defciuerant, Consentini & Taurini in fidem populi Romani redierunt. Liuius & Julius Obsequens.

3754 TEmpestates fœdæ coortæ, in Albano mõte biduum continenter lapidib. pluit. tacta de cœlo multa, duæ in Capitolio ædes, vallum in castris, multisq; locis supra Suessulam, & duo vigiles exanimati: murus, turresq;, & quædam alia Cumis fulminibus icta, & penitus decussa. Reate saxum ingens volitare visum: Sol rubere solito magis, sanguineoque colori similis apparuit. Hannibal proditione Tarentum cepit, excepta arce. Samniorum agri à Romanis depopulati sunt. Romani bis cruentas clades acceperunt ab Hannibale. Capua à Romanis obsessa, & capta. Publius & Cneus Scipiones in Hispania ab hostibus circumuenti, & occisi sunt. L. Martius eques Romanus cum in Hispaniam litaret, orationemque ad milites haberet, felicis euentus flamma concionanti à capite, sine ipsius sensu cum magna circumastantium pauore fusa est: cuius aspectu milites pristinam recuperare fortitudinem admoniti, septem & triginta hostium millibus cæsis, magnoq; numero in potestatem redacto, bina castra Punicis opibus referta cœperunt. Hispania aliquandiu quieta reddita. Marcellus captis Syracusis, magna cum gloria Romam reuersus est. Liuius lib. 5. decad. 3. Cicero lib. 2. de diuinatione, Valerius Maximus lib. 1. cap. 6. Julius Obsequens cap. 35. Frontinus lib. 2. cap. 10. Stratag. 209

3755 IN æde Concordiæ Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta, decussaq; ad Victorias, quę 208

in ædefixæ erant, hæsit, neque inde procidit. Anagnię & Fregellis murus portæq; vrbis de cœlo tactæ. in foro Sudertano sanguinis riui per totum diem fluxere. Ereti lapidibus pluit, Reate mula peperit. Eodem anno incendium pernicioſum Romæ Campanorum malicia ortum. Marcellus in Campania Salapiã recuperauit. Romana claſſis ad Sacriportum infeliciter pugnauit. Scipio in Hiſpania nouam Carthaginem expugnauit, Marcellus Hannibalis exercitum fudit,& magna pars Siciliæ capta eſt. Tuſculi agnus cum vbere lactanti natus: Iouis ædis culmen fulmine ictum,ac prope omni tecto nudatum, iiſdem fermè diebus Anagniæ terra ante portam icta, diem noctemque ſine vllo ignis alimento arſit, aues ad compitum Anagninum in luco Dianæ nidos in arboribus reliquerunt. Tarracinæ in mari haud procul portu, angues miræ magnitudinis laſciuientium piſcium more exultarunt. Tarquiniis porcus cum ore & capite humano genitus. In agro Capenate ad lucum Feroniæ quatuor ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudarunt. Liuius, Julius Obſequens cap. 37. Sabell. lib. 4. Ennead. 5. Mox Valerius Meſſala agrum Vticenſem depopulatus eſt, & lex poſt longas contentiones de reficiendis conſulibus lata.

3757 IN Albano monte tacta de cœlo ſunt ſignum 206
Iouis, arborq; templo propinqua, Hoſtiæ lacus, Capuæ murus, Fortunæ ædes, & Sinueſſæ murus cum porta. Albana aqua cruore fluxit. Romæ intra cellam ædis Fortis Fortunæ de capite ſignum, quod in corona erat, in manus ſponte ſua prolapſum. Priuerni bos loquutus, vultur frequenti foro in tabernam deuo-

deuolauit. Sinueſſæ natus infans, ambiguo inter marem ac fœminam ſexu. Lacte pluit: puer cum elephanti capite natus. Marcellus cũ Hannibale cõgreſſus, primò infeliciter, dehinc ſecunda pugna dimicauit, hoſtemq; in fugam vertit. Fabius Tarentum recuperauit. Scipio in Hiſpania res proſperè geſſit. Liuius, Plutarchus in Marcell. Obſequens cap. 38.

3758 CApuæ duæ ædes, Fortunæ ſcilicet & Martis, ſepulchra aliquot de cœlo tacta. mures in æde Iouis aurum roſerunt. Caſſini examen apum ingens in foro conſedit. Hoſtiæ mutus, portaque de cœlo icta. Cæræ vultur in ędem Iouis volauit. Vulſiniis ſanguine lacus manauit. Peſtilentia grauis incidit vrbem, agrosq;, quæ tamen magis in longos morbos, quàm in perniciales euaſit. Marcellus cum ſtudio niteretur, vt Pœnorum exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret, in ſolenni ſacrificio, quo voluntates Deorum explorare cupiebat, in prima hoſtia, quæ ante foculum decidit, iecur ſine capite inuentum eſt: prima iecinoris duplex caput habuit. quibus inſpectis, Aruſpex non placere ſibi exta reſpondit, quoniam prima truncа, ſecunda nimis læta apparuiſſent. Ita monitus Marcellus, ne quid temerè niteretur, in ſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis ingreſſus, ab hoſtibus in Brutiis circumuentus, dum improuidè contra Hannibalem pugnaret, lancea tranſixus occubuit. Criſpinus grauiter vulneratus, etiam interiit: id quod nunquam antea acciderat, vt duo Conſules ſine memorando prælio interfecti, velut orbam Rempublicam reliquerint. Liuius libro 7. Decad. 3. Valerius Maximus 205

libro 1. cap. 6. Plinius cap. 45. de viris illuſtribus. Obſequens cap. 39.

3719 TImoleon Corinthius, adſumptus à ciuibus ſuis ad curam Syracuſanæ Reipublicæ, dum è Corintho conductis triremibus ſoluiſſet, continenti nocte fax ardens in cœlo nauiganti ei præluxit, donec in Italiam cum omnibus ſuis copiis peruenit. Diodor. Siculus de Philippi Macedo. regis rebus geſtis, anno eius 16. Apud quem tamen conſulum nomina depraua̅ta eſſe ſuſpicor. Propterea in cōputatione annorū conſultò Func. ſequutus ſum. 204

3759 VEiis de cœlo lapidauit. Minturnis ſanguinis riuus in porta fluxit. Iouis templum & lucus Maricæ, item Atellę murus & porta de cœlo tacta. Capuę lupus nocte portam ingreſſus, vigilē laniauit. in Armiluſtra ladidib. pluit. Fruſinone infans natus quadrimo par. in Auētino Iunonis reginæ ædes de cœlo tacta. Apud Metaurum fluuium Haſdrubal cum omni exercitu à Romanis deletus eſt: in qua clade quinquaginta ſex hoſtium millia à Romanis cæſa ſunt, capta quinq; millia & quadringenti: ciuium Romanorum, qui capti erant apud hoſtes, quatuor millia recepta. Liuius & Juli⁹ Obſequens cap. 40. 205

3760 TArracinæ Iouis, & Satrici matris Matutæ templum de cœlo tactum. in æde Iouis ex foribus duo angues prolapſi: ſpicæ cruentæ à metentibus viſæ. Ceræ corpus biceps, & agnus mas, idemq; fœmina natus. Albæ duo ſoles viſi. Fregellis nocturno tempore lux obortа, bos in agro Romano loquutus, in circo Flaminio ara Neptuni multo ſudore manauit. ædes Cereris, Salutis & Quirini, de cœlo tactæ. Lucani in ditionem populi Romani 204

fine

sine certamine redierunt. Brutiorum vrbes sese Romanis dediderunt. Masinissa rex à Romanis in amicitiam receptus est. Astapa vrbs à Romanis oppugnata. Scipio rebellantes Hispanos in deditionem coegit. Liuius, Obsequens, Sabell. lib. 5. Ennead. 5.

3761 CRebrò de cœlo lapidatum est. lectis igitur Sibyllinis, inuentum est, tunc demũ hostem alienigenam, qui terræ Italiæ bellum intulisset, pelli Italia posse, si Idæa mater ex Pessinunte Romam aduueheretur. Eodẽ anno cum Hannibale in Brutiis frustra bellatũ est, pestilentia vtrunq; exercitum molestante. In Hispania noui motus exorti. in Italia Locri à Romanis recipiuntur. Liuius & Obseq. cap. 42. 203

3762 DVo Soles visi, & nocte interluxit. fax Serie ab ortu Solis in occidentem porrigi visa. Tarracinæ porta, Anagniæ verò porta & murus multis locis de cœlo tactus. in æde Junonis Sospitæ Lanuuii, cum horrendo fragore strepitus editus. Scipio ex Sicilia in Africam traiecit, & euastatis agris, Hannonem iuniorem occidit. Sempronius aduersus Hannibalem, primo infeliciter, deinde verò prosperè pugnauit, cœsis quatuor Pœnorum millibus. Liuius & Obsequens cap. 43. 202

3763 AVrum in Capitolio corui non rostris tantum lacerarunt, sed comederunt etiam. Mures Antii coronã auream arroserunt. Circa Capuam Locustarum vis ingens omnem agrũ compleuit. equuleus Reate quinq; pedib. natus. Anagniæ sparsi primum ignes in cœlo, deinde fax ardens in cœlo visa. Frusinone arcus Solem tenui linea amplexus est. Arpini terra campestri agro in ingentem sinum consedit. Consulum alteri primam hostiam im- 201

Digitized by Google

molanti, caput iocinori defuit. in Africa per Scipionem iuxta Vticam Pœnorum castra sunt combusta. Romani multas in Brutiis ad se deficientes ciuitates receperunt, Hannibalemque in agro Crotoniensi cæciderunt. Magonem Hannibalis fratrem cruento prælio vicerunt. Syphacis regis fœdifragi castra incendio ac flammis expugnarunt, ipsumq; regem ceperunt. Cirtha regia vrbs à Masinissa rege capta est. Liuius & Julius Obsequens cap. 44.

3764 CVmis solis orbis minui visus, lapidibus pluit. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit, arboresque in profundum haustæ. Ariciæ forum, & circa tabernæ, Frusinone item murus aliquot locis, & porta vrbis de cœlo tacta. in Palatio lapidibus pluit, magna Tyberis facta inundatio. Claudius eo anno consul, pernicioſa tempestate ingruente, naufragium passus est. Insignis fuit hic quoq; annus incendio ingenti, annonæ vilitate, & morte Q. Fabii Maximi, qui viginti duos annos augur fuit. Hannibal magno exercitu Africam ingressus. Vermina Syphacis regis filius clade à Romanis profligatus est. Liuius & Obsequens cap. 45. 200

3765 FRumenta in arboribus nata. Plinius libro 18. capite 18. Plaut. ex Sarsina Vmbriæ Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistori se locauerat. Eusebius. 198

IVxtà Theram apparuit insula, quæ postea Hiera vocata est. Antiochus, Scopa superato, Syriæ vrbes recepit & Judæis fœdere coniunctus est. Romani Græcis libertatem dederunt. Eusebius & Funccius.

IN

3766 IN Lucanis cœlum ardere visum. Priuerni 197
sereno per diem Sol sanguineus fuit Lanuuii in templo Junonis Sospitæ, nocte strepitus ingens exortus. Animalium obscœni fœtus pluribus locis nunciati. In Sabinis incertus infans natus, masculus an fœmina esset: alter sexdecim annorum, iam item ambiguo sexu inuentus. Frusinone agnus cum suillo capite.

Sinuessæ porcus cum capite humano. In Lucanis in agro publico equuleus cum quinq; pedibus. Fœda omnia, & deformia, errantisq; in alienos fœtus naturæ vitia. Ante omnia tamen abominati semimares, iussique in mare extemplo deportari. Bellum Macedonicum cum Philippo exortum. Galli, Insubres, Cenomani & Boii, duce Hamilcare Pœno, irruptiones in agros proximos fecerunt, & oppida flammis ab incendio diripuerunt. Liuius libro trigesimo primo, & Obsequens capite quadragesimo sexto, Sabellicus lib. 6. Ennead. 5.

3766 INter Insulas Theram & Cherasiam medio 197
vtriusque ripæ, & maris spatio, ingens terræmotus factus est: in quo cum admiratione nauigantium repentè in profundo cum calidis aquis insula emersit. In Asia quoque eodem die idem terræmotus Rhodum multasq; alias ciuitates graui ruinarum labe concussit, quasdam solidas omnino absorbuit, quibus prodigiis territi homines à vatum Antistite intellexerunt orientis imperium Romanis cessurum, Macedonũ autem regnum vacaturum. Vincent. lib. 6. cap. 53. Eodem anno Antiochus Scopam ad Jordanem fluuium vicit. Liuius lib. 4. decad. 3.

Digitized by Google

3767 SVeſſæ duæ portæ, quodq; inter eas muri erat, de cœlo tactum. Forniani Iouis, apud Oſtienſes Iouis, Veliterni verò Apollinis & Sangi templa fulmina tacta. in Herculis æde capillus enatus, in Brutiis equuleus cum quinque pedibus, pulli gallinacei cum ternis pedib. nati. in Macedonia laurea in puppi nauis longè enata. Orta eſt hoc anno in Macedonia atrox militum Romanorum ſeditio. C. Bebius Pamphilus apud Gallos & Inſubres infeliciter pugnauit. Carthaginenſes argentũ in ſtipẽdium impoſitum, primũ Romam aduexerunt. 196

3768 DE cœlo tacta ſunt, via publica Veiis, forum & ædes Iouis Lanuuii, Herculis Ardeæ, Capuæ murus, turres & ædes quæ Alba dicitur. Cœlum Aretii ardere viſum, terra Velitris trium iugerum ſpacio cauerna ingenti deſedit. Sueſſæ agnus cum duobus capitibus natus. Sinueſſæ porcus cum humano capite. ſolis orbis diminui viſus. Quorum prodigiorum cauſa ſupplicatio vnum diem habita, & Conſules rebus diuinis operam dederunt. Eo autem anno Flaminius feliciter in faucibus Epiri, contra Philippum Macedoniæ regem pugnauit. Theſſalia, q̃ eſt vicina Macedoniæ, ſociis Ætolis & Athamanib. à Romanis vexata eſt. L. Quintius Flamininus conſulis frater, naual prælio Euboeam, ac maritimam oram omnem cepit. Achæi à Romanis in amicitiam recepti ſunt, & coniuratio ſeruorum de ſoluendis Carthaginenſibus obſidibus, detecta atq; oppreſſa eſt. Liuius & Julius Obſequens cap. 48. 105

3769 AEdes Vulcani Summaniq; Romæ, & Frege llis murus ac porta de cœlo icta. Fruſinone inter noctem lux orta. Aſculo agnus biceps 194

ceps cum quinque pedibus natus. Formiis duo lupi oppidum ingreſſi, obuios aliquot laniauerunt. Romæ non in vrbem modo, ſed in Capitolium etiam penetrauit lupus. In Galliis proſpere eſt pugnatum. Inſubres qui in armis contra Romanos erant, à Cornelio ſunt debellati. Minutius Genuam exercitu abducto, ab Liguribus orſus bellum oppida Claſtidium, Litubium, item Celelates, Cerdiceatesq; in deditionem accepit, atque omnia cis Padum, præter Gallorum Boios, Iluates Ligurum, Romano Imperio adiecit. Liuius & Julius Obſequens cap. 49.

3769 EO anno quo Mithridates Ponti rex, (qui Romanos bello vexauit poſtea) naſceretur, Cometa ſtupendæ magnitudinis viſus eſt, octoginta continuis diebus. Cuius Vincentius libro ſexto capite centeſimo meminit, proximo anno Judæi intolerabilia paſſi ſunt, à Samaritanis, quæ latè deſcribit Joſephus lib. 12. cap. 3. 194

3770 L. Julius equeſtris in Sabinos proficiſcens, fulmine vnà cum equo exanimatus eſt. ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta: ad Monetæ templum duarum haſtarum ſpicula arſerunt. Iupus Eſquilina porta ingreſſus, frequentiſſima parte vrbis, cum in forum decurriſſet, Thuſco vico, atque inde Æquimelio per portam Capenam prope intactus euaſit. Hæc prodigia maioribus hoſtiis ſunt procurata. Hannibal fruſtra in Africa bellum molitus, ob metum Romanorum profugus, ad Antiochum Syriæ regem, bellum contra Romanos gerentem fugit. Marcellus in Hetruria à Boiis eſt oppreſſus. Boii & Inſubres à Romanis igni ferroq; vaſtati. Philippus in Theſſalia fuſus & 193

fugatus est. Liuius & Julius Obsequens capite quinquagesimo.

3772 ROmani cum à Celtis prælio vincerentur, 191
ac vrbs ab eisdem caperetur in Palatio lituum amissum ferunt (est autem lituus inflexus baculus quoad inaugurandum sedentes cœli spacia designant.) Deinde eiectis barbaris in alto cinere intactum igni esse repertum, consumptis cæteris atq; corruptis. Plutarchus in Romulo.

ROmæ in foro, comitio & Capitolio, sanguinis guttæ visæ sunt, terra aliquoties pluit, caput Vulcani arsit. Interamnæ lac fluxit, pueri ingenui Arimini sine oculis & naso nati. in Piceno infans absque manibus & pedibus natus. in Adrianorum agro lapidibus pluit. Ea prodigia ex Pontificum decreto procurata, & sacrificium nouendiale factum. In Gallia Lucius Valerius Flaccus Proconsul, circa Mediolanum, cum Gallis, Insubribus & Boiis, qui Dorulaco duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis collatis depugnauit. Marcus Porcius Cato ex Hispania triumphauit. T. Sempronius Boios primum ancipiti Marte, tandem verò insigni strage cecidit. In Macedonia T. Quintius Romanorum præsidia è Græcia Brundusium deduxit. Liuius & Julius Obsequens cap. 51.

3773 MAximi & grauissimi terræmotus fue- 190
runt, aquæ ingentes. vnde & Tyberis loca vrbis plana inundauit. Circa portam Flumentanam quædam ruinis sunt collapsa, porta Cœlimontana fulmine icta, murusq; circa multis locis de cœlo tactus. Ariciæ, Lanuuii & in Auentino lapidibus pluit. Capuæ vesparum ingens multitudo in forum aduolauit, & in

Martis

Martis æde conſedit, quæ cum cura collecta, & igni cremata eſt. Horum prodigiorum cauſa, nouendiale ſacrum factum, & vrbs luſtrata eſt. Minutius à Liguribus in extremum periculi adductus, vix Numidarum induſtria liberatus eſt. Antiochus Hannibale ſolicitante bellum contra Romanos ſuſcepit, & in Hiſpania res feliciter geſtæ ſunt. Liuius & Julius Obſequens cap. 52.

3774 ROmæ dies duodequadraginta mota eſt terra, & ob eam rem ciuitas totidem per metum & ſolicitudinem feriata eſt dies. Quadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ ſunt, ac duodecim inaurata clypea à M. Tutio & Publio Junio ædilibus. Atq; ex multaticia pecunia fœneratoribus adempta. Incendio in foro Boario orto die nocteq; ædificia in Tyberim verſa arſere, tabernæq; omnes cum magni precii mercibus conflagrauerunt. Liuius lib. 5. dec. 4. Sabell. lib. 6. Ennead. 5. 189

3774 CApra ſex hœdos vno fœtu edidit in Piceno. Aretii puer natus vnimanus. Amiterni terra pluit. Formiis porta murusq; de cœlo tacta. bos loquutus: Roma tibi caue. Cęterorum prodigiorum cauſa ſupplicatum eſt, bouem autem cum cura ſeruari, aliq; aruſpices iuſſerunt. Tyberis infeſtiore quàm prius impetu illatus vrbi, duos pontes, ædificia multa, & maximè circa portam Flumentanam euertit. ſaxum ingens ſine imbribus, ſine terræmotu, leuiori quam alioqui ſentiretur labefactatum, in vicum iugarium ex Capitolio procidit, & multos oppreſſit. in agris paſſim inundatis pecua ablata, villarum ſtrages facta eſt. Q. Minutius in agro Piſano cum Liguribus ſignis collatis pugnauit, & nouem hoſtium mil- 189

lia occidit, cæteros fusos fugatosq; in castra compulit. Boiorum regio longè lateq; à Romanis vastata est. In vtraq; Hispania res feliciter gestæ. contra Vectones & Toletanos prosperè pugnatum. Antiochus rex in Hellespontum cum magno exercitu irrupit. Liuius & Julius Obsequens cap. 53.

1009 ANno Henrici secundi imper. 7. Eclypsis solis facta est hora diei secunda. Turci Hierosolymam ceperunt. Hungari ad Christianam religionem conuersi sunt.

1010 IN pago Bruhesate in villa Aufrede continuis 25. diebus fons sanguinem manauit ac vicinum vadum omnibus conspicientibus infecit. Eodem anno Guillerius Angliæ rex diem suum obiit: item Sergius quartus pontifex, cui successit Benedictus octauus.

1011 PAschali Romano pontifice sedente flumon Trena, per totum integrũ diem spacio mille passuum non fluxit, sed perinde quasi alio cursum flexisset, eam partem aluei adeo per id interuallum viginti quatuor horarum deseruit, vt homines yltro citroq; per siccam arenam graderentur: At postea more suo iterum fluere cœpit.

Item porca enixa fœtum humana facie edidit. pullus gallinaceus quadrupes natus. Sequuti sunt per Angliam & Hyberniam magni motus & in Nordmannia variis locis bellatum.

1011 ANno Henrici secundi imp. nono, in Lotharingia iuxta montem Castrilocum, fonticulus aquæ multis saluberrimus, in sanguinem conuersus est.

Luna cruento aspectu apparuit, & terra prodigiose mota est. Fax ardens instar turris cum magno fragore è cœlo visa est cadere. Mare latius solito euagatum, vrbes aliquot cum multa hominum pernicie inundauit. Fames & pestilẽtia dein sequutæ, tantaq; vis hominum interiit, vt pene plures vita defuncti sint, quam seruati. Per idem tempus Stephanus rex Pannoniæ, Gillæ coniugis cõsilio & hortatu, Christi fidem

fidem complectitur. Hierosolyma, Saracenis Palæstinam totam deuastantibus, mox captum est.

ANno Henrici 2. imp. 10. in villa quadam Saxo- 1012
niæ, Othoperdus quidam in cæmiterio, cum 18. sodalibus, viris 15. & 3. fœminis, choreas ducens, & cantilenas piis auribus infestas obstrepens, à sacerdote quodam execratus, per totum annum cum suis saltauit, cantauitque, sine intermissione. Pluuia non cecidit super eos, non frigus, non calor, non fames, non sitis, non lassitudo eos affecit. Indumenta vel calceamenta non sunt attrita, & primo vsque ad genua, deinde vsque ad fœmora terræ demersi sunt. Anno finito filia præsbyterii cum aliis duobus continuo exanimata est, cæteri omnes continuis tribus noctibus dormierunt, quorum alii postea obierunt. Reliqui autem membrorum suorum tremoribus huius rei testimonium perhibuerunt. Hoc scriptum reliquit Othopertus i, se, qui fuit vnus ex eis. Vincent. lib. 26. cap. 10. ex Guellerino. Antoni. tom. 2. titulo 16. cap. quarto. Boleslaus Saxonibus eodem anno bellum intulit. & Sueno Daniæ rex Angliam inuasit. Northumbros ac Mercios sibi subdidit.

CIrca Angliam Oceanus nulla cognita causa mi- 1012
randum in modum creuit. Haud multo post insula in Dacorum ditionem redigitur.

GRandine miraculosa, & fulminibus multi mor- 1016
tales interiere. Ethelredo Anglorum rege defuncto, Edmundus regni administrationem accepit.

ANno Henrici 2. imp. 15. Cometes solito mira- 1017
bilior in modum trabis maximæ per 4. menses apparuit. Imperator iterum in Polonos exercitum duxit.

SVs fœta porcellum humana facie enixa. Sequu- 1018
tus est annus pestilens. Iaroslus Russorum dux vl-

timo inuasit Poloniam, qui à Boleslao victus, magna suorum strage domum rediit.

ANno Henrici secundi imper. 16. in Frisonia Theodorico comite filio Arnulphi Gandauensis, debellante Frisones, in vindictam patris sui ab eis occisi, Godefridus dux ad eum debellandum ab imperatore mittitur. Vox in ipso prælio incerto autore audita est: quæ clamitabat, fugite fugite, vnde cunctis fugientibus à paucis Frisonibus exercitus fugatur, & dux capitur.

1020 TErræmotus magnus factus est 4. Idus Maias & eodem anno, feria sexta Herebertus Coloniensis Archiepiscopus obiit, in cuius locum Piligrinus successit. Rodolphus rex Burgundiæ insolentia Burgundiorum motus, Burgundiæ regnum Henrico imperatori dare voluit, sed simulata Burgundiorum beneuolentia victus, ab incepto reuocatus est.

1012 ANno Henrici 2. imp. vicesimo. Cum Aquisgrani conuentus generalis, vel synodus per aliquot dies celebratur, repente tanta siccitas & intemperies aeris exarduit, vt multi præ nimio ardore deficerent, multa etiam animalia subito interirent. Pauimento & marmoreis columnis tanto sudore madentibus, vt vndiquaque aqua mirum in modum defluueret.

1033 ECclypsis solis tertia Calendas Iulias hora sexta facta est. Conradus Romanorum imp. Occidentalem Franciam occupauit. Odonem Campaniæ ducem, qui regnum id inuaserat, depulit. Ioannes 20. pontifex obiit, cui Benedictus 9. successit.

1039 ANno Conradi 2. imper. 15. 8. idus Aprilis, visa est in cœlo inter Australem & Orientalem plagam ignea trabs, miræ magnitudinis, quæ currens per solem iam ad occasum vergentem, visa est in terram cadere, cuius vestigia diu videri potuerunt. Et eodem

Digitized by Google

terribiliorem te intueor, patriæ huius excidium minitantem. Henricus imperator Hungariam ingressus duas populosissimas ciuitates euertit, plures sibi subiecit ac regem restituit. Gisela imperatrix moritur 16. Calend. Martii ac Spiræ sepelitur. Petrus Hungariæ rex à suis regno exutus, iterum in regnum amoto Abba, ab imperatore restituitur.

1044 ANno Henrici 3. imp. 5. in confinio Nortmanniæ & Britanniæ, portentum visum est in vna vel potius duabus mulieribus. Duo erant capita, & 4. brachia, cætera gemina vsque ad vmbilicum, inferius singula omnia. Comedebat, ridebat, loquebatur, vna flebat, esuriebat, altera tacebat, ore gemino manducabatur, sed vno meatu per ventrem eiiciebat, vna defuncta superuixit altera, pene triennio, mortuam portans, donec & pondere molis & nidore cadaueris defecit. Putatum est & à quibusdam literis etiam traditum, eodem monstro Angliæ & Nortmanniæ figuram ob oculos positam esse. Quæ licet regiones diuisæ fuerint, sub vno tamen dominio erant, de qua interpretatione copiosius leges Vinc. lib. 26. cap. 38. ex Guillelino. Sed hæc Math. Palmerius retulit ad annum Christi 1061. Nicolaus secundus Pont. Max. moritur, in cuius locum Alexander secundus suffectus est. Anno autem proximo fames ingens per orbē & lugubris pestis grassata est.

1045 HEnrico eius nominis tertio apud Romanos imperante, in Anglia venefica quędam auguratrix à diabolo rapta est, quam horrendo clamore post se in equum tractam, per aera auexit. Cuius vetulæ clamor ad aliquot horas per quatuor fere eius regionis milliaria auditus est. Emma, Eduardi regis Angliæ mater per ignem se purgauit, falso impositi adulterii criminis. de qua leges Polydorum.

1046 SCribunt historici, quod certe non potest haberi non monstrosum, Benedictum 9. Pontificem Roma-

Digitized by Google

Romanum post obitum visum fuisse, horrenda imagine vagari, corpore vrso, cauda asino simili, rogatus cur incidisset in istam Metamorphosin, respondisse fertur, ea specie obetto, quia in pontificatu sine lege vt bestia vixi. Nauclerus & Platina.

TErræmotus magnus factus est circa Constantiam ad lacum Acroniam sitam 3. Idus Octobr. 1048
Godefridus Adelbertum ducem se deprædantem persecutus, & dimissa multitudine, cum paucis inuentum occidit. & Godefridus dux ab imperatore constituitur.

CIrca finem imperii Henrici tertii Romanorum imperatoris, porca enixa est porcellum humano capite. Gallina procreauit pullum quatuor pedibus. Et quidam nobilis in curia eiusdem imperatoris, dum in conuiuio luxurioso genio indulgeret licentius, innumerabili glirium ac murium multitudine ex insperato circumuentus, ab iisdem diu vexatus, fugatus ac deinde per mare naui vectus, adeo nihil effecit, vt muribus insectantibus magno etiam nautarum periculo sit demum deuoratus. Felix Malleolus de nobilitate cap. 26. Eodem anno Italiam imperator cum exercitu repetit, & ob Gotfredum ducem, vxorem eius Beatricem obsidem abduxit. Wilhelmus Marchio, ac Diodoricus comes cũ infinita Saxonũ multitudine à Luticiis, Vãdalis cæsi sunt. 1055

LApides mitæ magnitudinis mixti grandine de cœlo ceciderunt & nonnulli hominum fulmine petierunt. Stephanus Pontifex Maximus obiit c Ioannes, extra canones largitionibus in eius loam electus est. Conradus imperatoris filius, Bauariæ dux obiit. 1057

IN Polonia stella crinita per aliquot dies apparuit quem statim mors Cazimiri eodem anno secuta st. In Frisonia captis ab Imperatore Henrico aliquius castellis, Frisones à rebellione refrenantur. 1058

1062 SExto idus Februarii terræmotus & fulgura facta sunt circa Constantiam, & pestis mox mirum in modũ grassata est. Hanno Aggrippinensis episcopus, adnitentibus quibusdam regni principibus Henricum regem cum lancea & aliis imperii insignibus à matre imperatrice vi arripuit, secumque Coloniam abduxit.

1063 COnstantiæ ad lacum Acronium, duo infantes masculus ac fœmella, duobus capitibus, quatuor brachiis, totidemque pedibus, membris omnibus absolutis, sed circa vmbilicum coniunctis corporibus, nati sunt. Colonienſis episcopus factione facta, regem puerum dolo rapuit, & in posterum regnum administrauit.

1066 COmetes in festo paschali per totum orbem diu apparuit. Circiter 14. noctes, sequuta sunt varia mala. Eodem enim anno Guilielmus Nortmanniæ comes Britanniam maiorem, quæ nunc Anglia dicitur, occiso rege eius Heraldo expugnauit, totaque in seruitutem redacta prouincia, ac Normannis ibi positis, ipse in illa regnauit. Anno sequenti rex Romanorum (Henricus tertius, alii quartum appellant) Bertham Othonis Italici filiam vxorem ducens, nuptias apud Tryburias (oppidum fuit non procul Franckfordia ad Mœnum, hodie vicus) celebrauit. At Rom. pontifex Gregorius 7. regem sæpe vocatum excommunicauit: eiusque, vt dicitur, consilio & authoritate Rodolphus Alemannorum dux, à quibusdam principibus rex creatur. Quo non multo post in publico bello occiso, atq; Hermanno Lotharingiæ principe sibi substituto, & ipse non multo post à fidelibus prioris regis occiditur.

1070 FActus est Siracusis horribilis terræmotus, per quem vrbs sic est concussa, vt multa ædificia conciderint, cecidit quoque Ecclesia tempore quo sacra peragebantur, & oppressit omnes fere homines, qui in ea

deuicto, Græcis imperat cum tribus filiis. Boleslaus in Vngaria exul, in amentiam lapsus, à canibus suis deuoratus est.

1084 MOnstra cœlitus apparuere, visus est equitum discurrens exercitus, cuius tamen vestigia nullo modo poterant agnosci. Henricus interim in Italia diuersatur, iterum Romam tendens, castra fixit vbi ante, ad occidentalem portam castelli sancti Petri: captaque est Roma 4. nonas Iunii, feria sexta ante octauam Pentecostes. Quo tempore papa Gregorius in castello Crescentii, quod tum vulgo domus Theodorici dicebatur, inclusus, expectabat euentum rei. Rex autem in Palatino monte munitionem instituens, multos eorum quos in præsidio posuerat, ingraueſcente super eos æstatis insolito feruore, amisit: sed & alios eadem mortalitas absumpsit.

LOcustæ Russiam populantur. Alexius Nicephorum regno exuit, & in monasterium trudit, ipse vero Græcis imperat. Romani imperatorem Henricum recipiunt ac Hildebrandum de papali dignitate deiiciunt.

1085 IN Anglia sub Guilhelmo Conquæstore rege eiusdem prouinciæ, tantus fuit terræmotus, vt multa hinc inde ædificia corruerint, quo anno deinde fuit præter modum frigoris asperitas. Contra Nordmannos bellum susceptum. Henricus Francorum rex contra Anglum insurgit, & vtrinq; captis vrbibus atque arcibus, regio depopulatur.

1086 ANno Henrici 4. imp. 30. nimia aquarum inundatio, multis in locis damno & periculo fuit. Nam in Italia tanta diluuies fuit, vt etiam rupes liquefactę, plures villas sua ruina destruxerint. Eodem anno domesticæ aues, vtpote pauones, gallinæ, & anseres, &c. à domib. se extrahentes, omnes fierent syluaticæ. Cuius rei etiam Augustinus lib. 3. de ciuitate Dei meminit. Gregorio 7. defuncto Victor tertius

tertius in pontificatu succeſſit. Ordo Carthuſienſium authore Brunone magiſtro quodam Colonien. initium ſumpſit.

ANno Henrici imp. 33. poſt terræmotum ingens peſtis & maxime in occidentali parte Lotharingiæ graſſata eſt, vbi multis ſacro igne infectis, & computreſcentibus, atque exeſis membris inſtar carbonum nigreſcentibus hominibus, magna hominum ſtrages facta eſt. Gulielmus Ruſus patri Haraldo in Anglorum regno ſuccedit. Verum epiſcopi quidam conſpirationem aduerſus eum facientes, Robertum fratrem in eum inuitarunt, quos tamen vicit ac fugauit, cum fratre fœdere icto. 1089

VIolentia fulminis apud Saleſberiam tectum turris eccleſiæ omnino deiecit, multamque materiam labefactauit. Muſcarum ignotarum maximi exercitus multis in regionib. volitarunt. Eodem anno tantum fuit in Anglia diluuium, ex abundantia imbrium, quantum nullus meminerat. Mox accedente hyeme, fluuii adeo ſunt congelati, vt eſſent peruii equis & quadrigis, & plauſtris. Et ſtatim anno ſequenti, 7. videlicet regis Guillelmi, propter tributa quæ in Nortmannia inſtituerat, agricultura defecit, & ingens fames ſecuta eſt. Cui coniuncta peſtis infinitum numerum hominum pecudumque corripuit. 1091

INgens fuit terræmotus 3. Idus Auguſti, qui totam Angliam horrendo miraculo exterruit. Eo terræmotu ingentia ædificia partim corruerunt, partim ſedefunt. Secuta eſt inopia fructuum, & maturitas frugum tardiſſima, vt vix ad feſtum Andreæ meſſes conderentur. Iaculum ignitum à meridie ad Aquilonem per cœlum ferri viſum eſt Calendis Auguſti prima noctis hora. Vratislaus Bohemiæ rex equo lapſus occubuit: cui Conradus frater ſucceſſit. Brizitislaus Bohemiæ dux Sileſiam depo- 1093

pulatur. Varieque his temporibus cum Scotis, Northumbris & Wallis ab Anglo pugnatum est.

ITerum cum valido ventorum turbine, etiam terræmotus factus est media nocte 4. Idus Septembr. in multis atque diuersis regionibus. Pridie nonas Aprilis circa diluculum stellæ perplures de cœlo simul cecidisse in terram visæ sunt, inter quas vnam maximam labi in terram. Cum quidam in Francia stuperet & notato loco vbi visa est labi, aquam ibi fudisset, fumum cum feruoris sono inde exire magis stupuit. In comitatu Namucensi, panem subcinericium, quasi sanguine infectum, multi degustauerunt, & eodem anno sacro igne multi accensi sunt, membris instar carbonum nigrescentibus. Vincentius : sed Sigebertus in annum Christi 1095. retulit.

1094 IN vrbe Laudunensi mulier quædam homicidii rea, & propterea etiam in ignem missa incendium nullatenus sensit, sed consumpto igne ipsa illæsa permansit, Quod factum aduersarii lignorum materiam causantes siniſtre interpretantur, iterumque succendentes ignem circa eam fortioribus lignis, nihil promouerunt. Egressa igitur mulier ex incendio non solum carne sed etiam veste & carne illæsa omni populo applaudente abducta est, & paucis transactis diebus extremum vitæ diem clausit. Historiam copiosius describit Sigebertus Gemblacensis.

EOdem anno fuit magnus tumultus fulgurum in cœlo, & motus vrbium in terra. Idibus Octobr. apud Ibiceltumbam ictus de cœlo emissus, turris latus tanta vi impulit, vt sese ad terram mirum in modum declinaret, deiecit etiam trabem maximam per totam ecclesiam, & Christi crucifixi ibi pendentis caput, cum dextera & tibia deiecerit, secutus est fœtor intolerabilis. Fuit præterea magnus ventorum impe-

Digitized by Google

Quoniam autem ea, quæ fiunt, fiunt à quibusdam principijs, & ex quibusdam, & aliquid, & ex quibusdam principijs, & ex quibusdam, & aliquid, & ex quibusdam principijs, & ex quibusdam, & aliquid, & ex

1100 SYracusis terræmotu concussis, ecclesia maxima corruit & populi multitudinem oppressit. Guibertus & Vrbanus, qui de papatu Romano contendebant, moriendo suæ contentionis finem faciunt: & Paschalis in Vrbani secundi locum assumptus est. Anshelmus Cantuariensis archiepiscopus in exilium actus est. Balduinus fratri Godefrido in regno Hierosolymitano successit.

1101 INter multa alia prodigia, etiam cometem miræ magnitudinis tum apparuisse affirmant, qui in occasu cadente sole statim apparebat. Ingentia & multa mala sequuta esse produnt historiæ. Ericus Daniæ rex cum vxore Boltilda dum terram sanctam inuisere cupiunt in Cypro mortui sunt. Henricus primus Angliæ rex Gulielmo Ruso iam defuncto successit.

1103 HAc tempestate vixit Herluca sacrata fœmina Boioariæ, in quodam collegio flaminum Augustalium, supra Monachium quindecim millia passuum, hæc nocturnis superum inferumque congressibus, secretisque consiliis interesse consueta, narrare solita fuit, (vt refert Auentinus Historiographus) execratos flamma omnium ardentissima excruciari. Quidam etiam sacerdos expiranti similis triduo in Saxonia discubuit, is vbi ad se rediit, apud inferos Hyldebrandum, Rudolphum, Hermannum Tyrannos, æternis mactati suppliciis reuelauit. Falsi tum Prophetæ, falsi Apostoli, falsi sacerdotes emersere, qui simulata religione populum decepetunt, magna signa atque prodigia ediderunt, & in templo Dei sedere, atque extolli super omne id quod colitur, cœperunt. Plura vide de his apud citatum authorem. Fuerunt enim tum temporis tempora periculosissima, nostris pene similima.

1104 CRebra prodigia terruere mentes hominum. Cœlum ardere frequenter visum. Sol atque luna

Ad Corinthios. 1. 1. 1

signis. Hierosolyma bis capta, bis expugnata est. Diluuie, sterilitate, annonæ caritate, fame, pestilentia, sæpius laboratum, ignotis morbis, igne, flamma, ardore inuisibili, homines excruciati, atq; absque nota aduſtionis extincti.

1105 ANno Henrici quarti imper. 49. in vigilia natalis Domini factus est Hierosolymis ingens terræmotus. Et eodem anno Hierosolymitæ magnum paganorum numerum glorioſa victoria contriuerunt. Præterea duo orbes in modum solis, forma & lumine, quotidiano soli similes apparuerunt, omnium colorum specie radiantes, instar arcus cœlestis. Henricus rex patrem imperatorem persequitur. Norinbergam post duos obsidionis menses cepit ac diruit.

1106 ANno Henrici quarti imper. 50. Nonas Februarii, Cometa per diem visus est in cœlo ab hora tertia vsque ad horam nonam quasi cubito distans à sole. Paulo post Idibus videlicet Februarii, apud Barum Italiæ, stellæ visæ sunt in cœlo per diem, nunc quasi inter se concurrentes, nunc quasi in terram cadentes. Eodem anno post captam Norinbergam cum Henricus imperator licentius per Alsatiam grassaretur eius fortuna aliquantulum hæsit. Vrbem enim Rubeaquensium (quæ dulcissima mihi patria est) & tum multitudine ciuium ac armis præualebat, ingressus, dum eius satellites licentius quam hospites decebat in vrbe grassarentur, ciuium armis oppressus & in fugam cum suis actus, insignia imperialia, (coronam videlicet, vexillum cum aquila, aliud vexillum rubeo croceoq; colore distinctũ, pomum sceptrumque aureum) amisit, ac deinde pace facta, contra fidem oppidum direptum incendit atq; in cinere reliquit. Vt author est Anonius qui Henrici vitam descripsit.

Mare

Digitized by Google

MAre vicenis passibus, alii centenis scribunt, 1106
præter solitum littora inundauit. His fortasse prodigiis motus affirmare non dubitauit Fluentinus antistes esse Antichristum natum, qua prædicatione Paschalis motus in Hetruriam profectus, conuentuque super ea re Florentiæ habito, quum appareret hominem nulla alia ratione subnixum, quam vt alicuius magnæ rei author videretur, eiusmodi prædicatione vsum tantum admonuit, vt temerario incepto desisteret. Simultas inter Colomannum & Almundum fratres exorta est. Henricus quintus Germanorum imperator, Flandriam contra Robertum ingressus, Bresburgum obsidione cinxit.

IN Oriente multa signa & prodigia in cœlestibus 1107
visa sunt. Ater quadraginta dies, & eo amplius Cometa circa noctis initium visus est, longe comam trahere, & iterum ab solis ortu vsque ad horam tertiam visus est sol duos habere collaterales paris magnitudinis, sed inferiores splendore, visa est etiam Iris circa solem, suis distincta coloribus. Et eodem anno Hugo de sancto Ademaro, Tyberiadensium, cum Damascenorum copiis confligens, lætaliter confossus, sed tamen victor occubuit, in quo conflictu multi vtrinque cæsi sunt. Boamundus de Francia in Apuliam reuersus cum ingentibus copiis Græcorum fines depopulatus est, & dum in Syriam properat, relicto filio eiusdem nominis, vita decessit. Turcorum copię partes Edissanorum deuastantes cum Tancredo conflixerunt.

HEnrico primo Angliæ rege imperante, cometes 1118
in Nordmannia per aliquot dies apparuit, aliquanto post duæ lunæ suo orbe plene visæ, vna ad orientem, altera ad occidentem coruscantes. Hoc anno Alexius imp. quia proficiscentib. Hierosolymam molestus esset, à Boemundo bello petitur, cum quo ne grauiora pateretur, fœdus icit. Henricus Angl. rex

Robertum fratrem Normannorum ducem prælio vicit, Normanniamque subegit.

1109 ANno quo Philippus rex Francorum, & Anshelmus Cantuariensis archiepiscopus obierunt, in parochia Legiensi porca enixa est porcellum habentem faciem hominis, & alio loco pullus gallinæ quadrupes inuentus est, & mox multi sacro igne accensi sunt, membris instar carbonum nigrescentibus.

1110 IN mense Iunio Cometes apparuit, radios suos dirigens ad Austrum, multis coniicientibus, hoc prodigio portendi futuram regis Henrici expeditionem versus Italiam, quę statim secuta est ad sedandam discordiam, quæ erat inter regnum & sacerdotium. Qua de re copiose Vinc. lib. 27. cap. 10. Abbas Vspergensis Nauclerus gener. 38. lib. 2.

1112 ROtenburgium ciuitas iuxta Neccarum, terræmotu concidit, quæ postea anno 1271. rursum fuit instaurata, per Albertum Comitem ab Hohenburg. In Anglia natus est puer geminus à clune ad superiores partes ita diuisus, vt duo haberet capita, duo corpora integra ad renes cum suis brachiis, qui baptizatus triduo superuixit. Boleslaus Poloniæ rex Pomeranos vicit, & ad 40000. occidit. Vdalricus Saxoniæ dux obiit ob cuius bona relicta contentio orta, multos duces in imperatorem armauit.

1113 ANno Henrici 5. imp. 7. mense Iunio siliginesque & arbores sacro igne adustæ, spem sui fructus mętitæ sunt. Quædam syluæ ita arefactæ vt incenderentur natiuo calore. Et subsequuta est grauis & diuturna hominum valetudo, cum profluuio ventris, & peste perniciosissima. Henricus imperator Saxones bello domat. Cadit. Sigefridus Palatinus iam dudum ab imperatore in gratiam receptus. Pax inter Bohemos & Polonos facta est.

Impe-

Digitized by Google

[Mperante Henrico quinto in agro Hemiliano,& 1114
Flaminio, nec non apud Rauennam atq; Par mam
aliæ ciuitates in agris ac intra mœnia ſanguis pluit
lib. Iunij. Vincentius: Eo anno Veneti maximo
um exercitu in Dalmatiam nauigantes & Sibinicum
eprædantes nonnullas vrbes ceperunt. In pago Bra- 1114
hacenſi circa Tornacum nix tantæ magnitudinis
cidit 9. Calen. Maij vt etiam ſyluas fregerit. Idibus
Iouemb. in ſuburbio Antiochiæ noctu terra dehi-
ens turres multas, & adiacentes domos multas cum
abitatoribus abſorbuit. Et eo tempore Balduinus
x Hieruſalem cum Rogerio comite Antiochiæ,
ontra Turcas expeditionem ſuſceperunt.

HEnricus V. Romanorum imperator, cum con- 1115
tra Saxones ad ſyluam Guelficam confligeret
ie 11. Februarij. Goslarij arx imperatricis fulmine
cta eſt, combuſtus imperatoris clypeus & gladius.
paſchate cœlum vaſto hiatu diſciſſum fulgorem
tidum demiſit, qui cum integram horam duraret,
tendit in medio crucis imaginem aurei coloris.
umq; iterum iturus eſſet in Italiã, petiturus à pon-
ice diadema, cometa ſex menſes apparuit nuncius
lamitatum ac periculorum ſuorum. Eo anno Hen-
cus dum Saxones iterum aggreditur, prælio com-
iſſo cecidit. Hogier inſignis miles, à Saxonum au-
m partibus epiſcopus Halberſtatenſis qui prælio
æerat occubuere. Ducatus Orient. Franciæ rebel-
nem Vuirtzburgenſi epiſcopo ab imp. Conrado
teuorum ducis fratri conceditur.

HOra noctis prima igneæ acies à ſeptentrione in 1116
orientem in cœlo apparuerunt, deinde per to-
m cœlum ſparſæ plurima noctis parte videntibus,
raculo & ſtupori fuerunt. Henricus imperator ob
multum Germania excidit ſedẽ Romæ locaturus.
ncres in Germania miſere ſunt deperditæ. Conci-
m Romæ in Laterano eſt celebratum.

1117 MEnſe Ianuario 3. ſcilicet nonas ipſius, in aliquibus locis terræmotus accidit tã grauis, vt quarundam vrbium partes cũ eccleſijs corruerint. Moſa etiam fluuius iuxta Abbatiam, quod dicitur Suſtula, quaſi pendens in aere fundum ſuum viſus eſt deſeruiſſe. Hoc quoq; anno Leodiũ ciuitas multis plagis fuit attrita. Menſe enim Maio 5. nonas eiuſdem dum in maiori eccleſia veſperas celebrarent, ſubito tonitruus cum maximo terræmotu omnes ad terrã ſtrauit, & fulmen ad leuam templi ingreſſum, non modicas cruſtas de muro hac illac diſiecit. Deinde turrim ingrediens, multas trabium partes diffidit, ſubſecutus eſt fœtor intolerabilis, adeo vt multo aromatum odore vix potuerit expelli. Item Iunio menſe 7. Idus ipſius menſis circa horam nonam nubes pluuiæ ſubito rupta à monte, quæ dicitur Roberti, ſubiectã ſibi partem ciuitatis penitus oppreſſam, peſſundedit adeo, vt multas domos diruerit, & immenſam annonam perderet, & matrem duos infantes, altrinſecus in brachiis amplexam necaret, & alios 8. homines diuerſis in locis opprimeret. Pulſantib. veſperis ſabbatho, quidam dum caput lauat puero, manus rubẽt ſanguine fluido. A Calen. etiam Iulij, circa horam 6. turbo nimis vehemens, & obſcurus ciuitatẽ cooperuit, & nubes ex abrupto ſciſſa, ita omne tectum Eccleſiæ maioris deiecit, vt & imbribus pateret, & totum pauimentum perfunderet. Illico fulmen à parte Aquilonis ingrediens, quendam clericum retro altare ſanctorum Coſmæ & Damiani in pulpito legentem, & alterum ante crucifixum orantem, tertium de ſcriptorio eccleſiæ proximo egredientem, in ipſo eccleſiæ ingreſſu, extinxit. Ante fores quoq; quendam laicum extinxit. Septimo Idus Iulij, ab hora 3. vſq; ad 9. quatuor turbines, à quatuor plagis cœli vrbem circumdederunt: ventus etiam magna vi intonuit, & vrbem multo imbre alluit. Tertio nonas Auguſti primo no-

no noctis principio cum quaq; terrarum tonitruus iuditetur,& fulgura ſæpius micarent,in vrbem Leolium amplius ipſe turbo deſæuit, ita vt homines è tratis exilientes,Eccleſias triſti cœtu complerent,& ota nocte ſupplicationibus intenderent. Summo vero auroræ diluculo à parte orientis, ignis cum ingenti flamma cinxit tantus, vt omnes diuinitus crenari extimuerint. Poſt hoc magnus turbo erumpens ib occidente ipſum ignem vius eſt aliquantulũ obcuraſſe. Iterum autem quaſi victor ignis cum flamma recaluit, & iterum turbine reuertente paululum lilituit. Tertio etiam ipſe ignis recaluit, & tertio nihilominus turbine victus cecidit. Hoc ſpectaculum à olis exortu vſq; ad horam tertiã vehemẽter terruit.

GRando & glacies inconſueta Iunio menſe variaIII8
Saxoniæ loca afflixit. Lux ſolis lucem vincens, & crux in ea apparuit, ipſo Paſchatis die. Sus fœta in Gallia porcellum enixa eſt,humana facie,gallinaceus quaternis pedib.ortus. Hyems intolerandi frigoris, & mox fames ſecuta, luesq; animantium agreſtium, & domeſticorũ, innumeræ aues, aperto cœlo dimicantes,exanimes ad terram fluxerunt. Quadraginta dieb.in Italia tã horrende mota eſt terra,vt villa quædam vehementiore motu in alium ſit locum translata. Per idem tempus Portus Veneris,oppidum non procul à Luna Hetruriæ vrbe,marmore nobili, ſumma ope à Genuenſibus in Piſanos conditum, factaq; eſt Genuenſium Colonia. Piſani inſulas Baleares ceperunt. Boleslaus Poloniæ rex, cum Pomeranis bellum parauit, & Balduinus Hieroſolymæ rex 2. patruelis ſucceſſit.

MOnſtrum quoddam Namuti natum eſt,biceps videlicet infantulus,tam ſexu duplex quam ceteris,ſimplex autem compage corporis. Tertio Idus Decemb. ad mediã noctem lucentibus ſtellis, cœlo ſereno 13.luna eclypſin paſſa eſt,& contracto in orbe

multis coloribus, sed maxime sanguineo, pene hora integra suffusa est. Decimotertio cal. Ian. 1. hora noctis igneæ acies à septentrione, in Orientem vergentes in cœlo visæ sunt. deinde per totũ cœlum dispersæ, plurima noctis parte videntib. miraculo & stupori fuerunt. Et eo anno Paschalis papa moritur, cui successit Ioannes Romanæ Ecclesiæ Cancellarius, cui Gelasij nomen indiderunt. Balduinus secundus Hierosolymæ rex obiit.

1120 PLuit sanguine. Lauans caput cruore manus pollutas inuenit. Terra intremuit, vrbes, domus euersæ. Dormitantes noctu cubilibus excussi sunt. Tonitrua, fulgura crebra, mortales attonitos fecerunt. Leodij subito tranquillo aere turbo coortus, fulmine tres sacerdotes comprecantes in templo vesperi, pridie eius diei, qua Christus triumphabundus cœlos conscendit, extinxit, mœnia, ædes subuertit, fœtor pestilens subsequutus est. Nubes solutæ fluminumq; more effusæ, pecudes, casas, villas, cum hominibus aquis operuere. Nubes sanguineæ, crux, homo candens in cœlo visus. Exitium orbi terrarum tũ aduentasse credebant. talia prodigia bellum ciuile portendisse in fastos relatum est. Quæ consequuta sint, videantur annales Boiorum ab Auentino editæ.

1121 IGnis immensus in orientali plaga circa aurotam per sex horas flammas emisit, donec ex occidente adueniens turbo imbre copioso illum extinxit. Balduinus deficientibus sedulo Christianis ex Europa transfretatis multos Christ. fideles ex Transiordane conuocauit, quos simul cum suis Hierusalem inhabitare fecit. Burdunus antipapa Sutriæ captus à Calisto in exilium missus est. Balduinus 2. Hierosolymæ rex Gazi Turcorum regem cepit, regemq; Damasc vicit ac cepit.

1124 MVlta & varia prodigia passim acciderunt, quorum multitudo memoriã superauit, ne ad po-

steritatis

iteritatem peruenirent. Inter reliqua autem accidit, vt menſe poſt Pentecoſten acre gelu terras affligeret, quo arbores & vites mirum in modum læſæ. Oſtenta etiam in Sole & Luna acciderunt plurima. In pago Dullefelt puero genu intumuit maxime, quod cum aperiretur, effudit grana ſiliginis, hordei & auenæ. Henricus V. imp. Hollandos rebelles domat. Fames maxima Poloniam & adiacentes regiones mirum in modum vexat.

HYems ſolito acerbior, & aggeſtu niuis nimis horrida & importuna fuit, & adeo quidem, vt multi ardore frigoris animam efflarent, in viuariis piſces glacie abſorpti perirent. Secuta eſt peſtis hominum animantiumq; maxima ex aeris intemperie. 1125

HYems iterum fuit aſpertima, & tanta etiam fames ex fructuum penuria, vt multi fame & inedia perirent. In Albania ignobilis muliercula monſtrum bis gemini corpotis eſt enixa, auerſis vultibus, & corporibus ſibi cohærens: Ante quidem effigies hominis integro corporisq; membrorum homine diſtincta, tetro vero facies canis ſimiliter corporis & membrorum proprietate integra. In Brachbanto villa, alia mulier enixa eſt 4. maſculos vno partu. In Geblacenſi parrochia dum quidã paterfamilias mixturam ſegetum per penuriam faciens, moleret, in ſuę familiæ vſum, in ipſo opere farina cum putoris nigredine ardere penitus viſa eſt. Eo anno Henricus IV. imp. Matildem coniugem, Henrici regis Anglorum filiam repudiauit, & paulo poſt dracunculi morbo diem obiit. Et Balduinus Hieroſolymæ rex à Saracenis antea captus, redemptione facta, ex carcere liberatur. 1126

TYrum vrbem maxima ſtrage populi terræmotus fere ſubuertit. Proximo anno Honorius ſecundus põtifex Max. moritur, cui Innocentius ſecundus in pontificatu ſucceſſit. Matthia Palme. 1128

1135 OCeanus se effudit in continentem, bonamque Flandriæ, Holandiæ, ac Fryſiæ partem ſubito ſubmerſit, magna tum hominum, tum pecudũ multitudine extincta. In Anglia terra tam horride mota eſt, vt ædificia paſſim corruerint. Defectus ſolis & lunæ, quem Græci Eclypſin nominant, præter modum factus eſt. ignis in pleriſque locis per rimas terræ aliquot dies ſpirans, neq; aqua, neq; alia materia extingui poterat. ventus nimius 5. Calend. Nouemb. fuit, qui turres & ædificia multa diruit, & hoc anno Henricus primus Angliæ rex diem ſuum obiit, Stephano Franco ſiue Gallo, ſuo ex ſorore nepote, ſucceſſore relicto. Bellum cum Ruſſis fœdifragis à Boleslao reſumptum.

1137 TAnta fuit ſiccitas, vt maior hominum memoria non fuerit: in diuerſis enim regionibus, flumina quæ nauem ferebant adeo exiccata ſunt, vt ſicco pede perambularentur illorum aluei. In Francia etiam fontes & putei omnino exiccati ſunt, & multi hinc inde ſola ſitis penuria perierũt. Lotharius ſecundam expeditionem in Italiam fecit. Magnus Norueg iç rex, ab Araldo exoculatus, regno exuitur.

1141 CRebra portenta hac tempeſtate in cœlo viſa, armorumq; ciuilium ſtrepitus intonuit. Falſi Prophetæ factitiis miraculis populo impoſuere, Iudæos trucidare conati ſunt. Diuus Bernhardus eoſdem ſeruauit, ab ipſis abſtinendum eſſe cœleſti oraculo admonuit, ne ſcilicet Deum mendacij arguamus, qui ſe reliquias eorum ſeruaturum pollicetur. Carnibus pluit, Cometæ viſi, & cœlum arſit, Lupus triginta homines deuorauit. Rogerus de Sicilia poſt occupatum Calabriæ ac Apuliæ principatum, papam Innocentium II. bello capit; ac facta cum eo qualicunq; pace, vt ab eo in regem coronaretur obtinuit. Orta diſſenſione, inter Papam ac Francorum regem Ludouicum, eccleſia Gallicana turbatur.

Prodigij

cepit, ante à Sarracenis, inde à Christianis inhabitatam. Bellum ortum est inter fratres Russiæ duces, in quo Stephanus Geisæ Vngariæ regis filius Isaslao qui reliquos fratres bello fatigabat, auxilio tulit. Emanuel Constantinopolitanus imp. perfide Cõradum II. Imperatorem Germanorum & suos tractauit, gypsum farinæ miscens, ex quo exercitus misere perit.

CONrado III. Romanorũ imp. & Ludouico Gallorum rege, in Asiam magno cum exercitu proficiscentibus, dira prodigia visa sunt, quib. varia belli incommoda, prædicta sunt. Vespere enim quodam nebula densissima, cooperiẽs castra, maxime obfuit. Præterea, vniuersa papilionũ tegmina quę sub diuo fuerant, adeo sanguine respersa comparuerunt, ac si sanguinem compluisset. Quod videns rex cæteriq; principes, coniecerũt, se ad maximos labores & mortis pericula euocatos. Nec fefellit eos coniectura. Non enim multo post, appropinquante nocte audita sunt in montis supercilio fragor tonitruum, sonitusq; tempestatis: Et in medio noctis torrẽs auctior erumpens, quicquid vallis humilior habuit, in momento eluit, & in mare proiecit.

1148 LAuduni, tertio nonas Iulij factis tonitruis, in monasterio S. Vincentij monachis diurni officij cursum complẽtibus, duo ex his subito fulminis ictu corruentes expirauerunt, aliquidam tacti vel tanto periculo territi in morbos inciderunt, & demũ post longam ægritudinem obierunt. Fulmine etiam altaris lintheum vrente, & sacrarium penetrante, in aliis etiam locis hominibus, animalibusq; fulmine pereuntibus. Eodem tempore Hierosolymis in templo Domini, & in monte Oliueti, fulmina esse certum est. In territorio Gebenensi lupus quidam corporis magnitudine, & animi ferocitate aliis dissimilis, sua rabie in ipso hominum cõspectu, triginta diuersi sexus & ætatis homines dilaniauit, atq; deuorauit. Eodem anno.

Digitized by Google

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

[illegible] Dr. Hall's Treatise on Diseases of the Nervous System, Pregnancy, Childbirth, and Disorders of Infancy and Childhood, 8th edition, 1 vol. 8vo. Lea & Blanchard.

nus Hierosolymæ rex qui è viuis excessit quinto Calendis Octobris. Massamuti (quos quidam Moabitas vocant) post vsurpatum Mauritaniæ regnũ, regemq; patibulo affixum, etiam regem Bulgiæ occidentes, regnum eius inuadunt, ipsamq; Siciliam, Apuliam, Romamq; ipsam inuadere minantur.

1154 RObertus de Botua vir omni plenus nequitia, spiritu Zelotypiæ succensus, cum virum quendam sibi familiarissimum cum vxore intra domunculam comburendos includi imperasset, Illic instar puerorum trium antiquorum, ardente domo, & flamma super capita eorum, in modum lucidæ nubis volitante, illæsi homines manserunt. Sol per totum diem Cal. Octob. obscuratus est.

1155 IN Burgundia factus est terræmotus nocte vna, quo multa ædificia corruerunt. Anastasius quartus pontifex obiit. Henricus Normannorum dux in Anglorum regem à Theobaldo Cantuariensi Archiepiscopo inungitur. Anno autem sequenti rex Francorum Ludouicus Henricum Nordmanniæ, cum quo bellauerat, in amicitiam recepit.

1156 REgnante Henrico secundo Angliæ rege, Calendis Octobris, per tres fere horas visi sunt tres circuli circa solem quibus subinde euanescentibus, duo soles creari videbãtur. Quo prodigio dissidium regis, & Thomę Beketti Archiepiscopi Canthuariensis pronunciatum est portendere. Præterea signum crucis apparuit in luna, & statim Albericus miles Beluacensis vir sanctiss. pro fide Christiana passus est martyrium. Et Fridericus imperator Mediolanum fere per septem annos obsedit, atq; destruxit. Vitalis Michael Venetorum dux, Vlrichum Aquileiæ patriarcham in bello, & 700. ex Foroiuliana nobilitate cepit, atq; Foroiulienses tributarios fecit. Mediolanum à Friderico Barbarossa imperatore oppugnatum atq; in fidem receptum est.

Nis

acutiſſimos. Paulo enim poſt cõtra Alexãdrum Romanum pontificem Maximum, quatuor alij non ſine maxima populi ſeditione eligebantur, durauitq; annos 17. Subſequuti ſunt quoq; non pauci terræmotus, à quibus non tantum ciuitates & caſtra, imo etiam nationes quaſſatæ, concuſſæ, & penitus in quibuſdam quoq; locis euerſæ ſunt.

CAnutus Vualdameri Magni filius, poſteaquam cum cognatis ſuis Suenonæ, & Vualdemaro de regno Daniæ dimicarent: Viſa ſunt magna ſigna in cœlo, verſus Aquilonem, ſpecies quaſi ignearum facularum, & humani cruoris ſimilitudo rutilantis. Nec fefellerunt portenta, ſtatim enim Sueno rex vaſtauit Vuagiorum terram, & omnia longe lateque bello vaſtata ſunt.

1158 SAbbato infra octauas paſchæ in Abrincatio villa quæ vocatur Landa Aronis, circa meridiem quaſi de terra emergens turbo maximus, quæq; proxima inuoluit & rapuit. Ad vltimum quaſi quædam columna rubei & cærulei coloris ſub turbine aſcendente in ſublime ſtetit, & videbantur, & audiebantur quaſi ſagittæ & lanceæ in ipſam columnam defigi, licet non appareret intuentibus quis eam agitaret, & in turbine qui ſtabat, ſuper columnam apparebant quaſi diuerſæ ſpecies volucrum in eadem volitantiũ. Subſequuta eſt illico in eadem villa peſtis hominum inter quos & Dominus villæ occubuit. Nec ſolum in illa villa, ſed etiam in multis locis Normanniæ, & finitimarum regionum, hoc anno graſſata eſt. Eo anno Mediolanenſes iterum rebellant, quos Fridericus imperator denuo obſeſſos in deditionem redegit, & interea Laudam muris firmauit. Agareni ciuitatem Almariam in Hiſpania quam amiſerant, obſidione cum nonnullis caſtellis, iterum ceperunt, fugato Auforſio imperatore Hiſpaniarum.

Facta

FActa eſt eclypſis lunæ & ſtatim regina Franciæ 1160
vxor regis Ludouici, filia imperatoris Hiſpaniæ diem obiit, in cuius locum rex Adelã comitis Theobaldi filiam ſibi aſſociauit. Fridericus imperator expugnato iam Mediolano, Papiæ etiam ac Placentiæ turres deiecit, Longobardiamq; fere omnem ſibi ſubiecit. Sueno tertius Silandiæ rex, à Canuto regno pulſus, poſt triennale exiliũ, per Henricum Leonem Saxoniæ ducem, in regnum reducitur.

FActus eſt terræmotus Calend. Ianuarij in pago 1161
Conſtantino caſtro ſancti Laudi circa horam primam. Hoc anno menſe Maio pax facta eſt inter Henricum Angliæ, ac Ludouicum Galliæ reges, renouatis prioribus pactis. Philippus Ludouici Francorum regis frater obiit. Mortua & Conſtantia regina Franciæ labore partus ſuperſtite filia cuius cauſa mortem acceleratat.

MEnſe Iunio in Britannia minori ſcilicet in Re 1163
cello, ſanguine pluit: & de ripis cuiuſdam fontis ibidem effluxit, nec non etiam de pane. Guillelmus rex Siciliæ tranſiens de Sicilia in Apuliam cum magno exercitu, Roberto de Baſeuilla fugato cum complicibus ſuis, ciuitates & caſtella quæ à ſe defecerant recuperat. Fame ac peſte maxime laboratum. Rainaldus de Caſtellione Antiochiæ, dum incaute in terram Agarenorum intrat, multis ſuorum occiſis & captis, ipſemet quoq; captiuus abducitur.

APud Senonas die Paraſceues, cum ageret Ale- 1164
xander pontifex Romanus diuinum officium, horribiles factæ ſunt tenebræ, & dum lector paſſionem Dominicam perſonaret, peruenireturq; ad eum locum, Conſummatum eſt: fulgur tam ſtupendum cecidit, & tantus fragor intonuit, vt Alexander diſſolo altari, & lector omiſſa paſſione, ac omnes qui aderant fuga ſibi putarent conſulendum. Quo etiam tempore Archiepiſcopus Colonienſis, Padeburnẽſis,

Mindenſis,& Monaſterienſis epiſcopi, & Henricus dux Saxoniæ,obſident arcem Arnsbach, quod Henricus comes multa aduerſus ſingulos commiſerit,& fratrem puerum in carcere tenuerit,in quo mortuus eſt. Capitur arx &euertitur,Henricus autem exulatũ abit. Poſtea tamẽ reuerſus in gratiam,recepit arcem: quam poſt obitum conſignauit eccleſiæ Colonienſi, quæ totam hodie tenet ditionẽ antiquæillius nobilitatis. Boleslaus Poloniæ rex Brutenosbello domat.

1165 OCtauo die Auguſti in epiſcopatu Dolano de cœlo pluuia ſanguinea decidit. Eo anno bellum Vandalicum iterum iuuante Henrico Leone Saxonum duce,à Vualdemaro fortiter geſtum.

IN Ruthenenſi pago, quædam tempeſtas graui flagello caſtigauit populum. Lupi etiam feroces ab vberibus matrum paruulos rapiebant, & diris morſibus deuorabant. Valenſes Henrico regi fidem non ſeruantes,terras promiſſas latrocinio infeſtant. Richardus de Hummer Coneſtalus Henrici regis conuocatis Baronibus Normanniæ,& Britanniæ menſe Auguſto caſtrum Combore in Britannia cepit.

1168 STellæ duæ igneicoloris quarum vna erat magna, altera parua apparuerunt in occidente, fueruntq; quaſi cõiunctæ,poſtea diſiunctæ, longo deinde ſpatio apparere diſtantes, in vigilia natalis Domini. In octauis Pentecoſtes, inter Angliæ ac Franciæ reges, in Vilcaſmo fruſtra de pace tractatum eſt, re infecta ac inteſtinis odiis gliſcentibus diſceſſum eſt, ventum ad arma,igni ferroq; vtrinq, ſæuitum maxime.

1169 TRes ſoles ſimul viſi ſunt in occidente nonis Septemb.& poſt duas horas deficientib.duobus,u qui medius fuerat ſolus occidit, ſimiliq; modo annis proximis tres lunæ apparuerunt.

TErræmotus multas vrbes, & eccleſias, oppida& villas ſubruit, & multa millia hominum terræ hiatus deglutiuit. Maiorem autẽ partem ædificiorum

caſu

Anglia per alluuionem detecta sunt, cuius corporis longitudo 50. pedum erat. Saladinus Calypham Agyptum dominum suum interemit & regno suo potitur. Florentini Senenses ad Ascianum vicerunt. Canutus olim Angliæ Daniæq; rex, inter diuos relatus.

1173 C Alend. Ianuarij crebra audita sunt tonitrua, & diuersa loca, sacra & prophana diris fulminibus tacta sunt. Et eodem anno & die sequenti S. Thomas Cantuariensis pro Christiana religione, & fidei sanioris confessione, martyrio coronatus est, Qui tamen anno sequenti ab Alexandro Pont. summo canonizatur, & hinc totum Angliæ regnum Papæ seruile factum est.

1175 A Etna mons igneus iterum arsit, quando sonantibus ruinis, terra adeo fuit cõcussa, vt ipsius diuæ Agathæ domorum lapsu sacerdotes omnes obruti sint, Hoc tempore Alexander Pontifex, Fridericum primum imperatorem, qui alias Barbarossa dictus est, calcat pedibus, cuius collum pede comprimens, ait: Scriptum est: Super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem, actum demum eum absoluit. Fridericus cõtra dixit, exhiberi à se eam humilitatem non Alexandro, sed Petro. Ad quæ respondit Alexander: Et mihi & Petro, ac sic inter Imperatorem & Pontificem pax constituta est, Verum Icio hæc Robertum Abbatem Montensem Sigeberti Gemblacensis cõtinuatorem ac Stumpfium in annum Christi 1177. retulisse.

1177 F Acta est eclypsis solis hora sexta, Idibus Septembris. Ortum est bellum Emanuelis imperatoris Constantinopolitani cum Sultano. Circa festũ Pentecostes Longobardi & maxime Mediolanenses magno cum exercitu insectantur Fridericum imperatorem, qui cum in vrbe Papienti esset, fugiendo euasit. In nocte sancti Andreæ factus est ventus vehemens & in ipsa festiuitate, ac in prædicta vigilia apparui

parabit hæc mutatio & Ostensa quæ est? Quæ dicetur, qua die progrediuntur Christiani cum Pagano apud Indos? Gregorius Nonus Papa 9. anno 12. ultra finem 2. sextanni mandavit fieri, ut Christiani, & Saraceni, & Judæi, & Pagani, & Gentiles, &c. conviverent.

Quocirca Anglia in mente, & studio meo 13. hæret mentalis. Hæc autem Solutio Regum est Gardinum Haroldi; nomen regni, Solutio dextella est regum, & non Christianum. Ecce principium in medium effectus. Augustinus Steuchus Eugubinus Bibliothecarius Vaticanus, & Canonicus Regularis, cum Theologiæ sacræ tum literarum peritia apprime Pontificiarum Romanus professor, & assertor, & Ecclesiæ maximus.

Duo Regnum Colitur, Septembris fidei 1577 Scripsit Lunæ pro Christianis homines nulla Religione imbuti, & Christianis Regibus Subditi, quia Idololatræ? eligo ut Christianos Subditos, quia Fides Romanæ ex quarum textuum, & patrum quæ colitur Christianorum Religionis, & Fidei Catholicæ fonte, ubi potest Romanus regis ac subditi Romanæ ex cum regis ad hæc nostra nomen assent. Erat enim imperator Constantinopolitanus, vindicare & 3. domum Romæ, & potestatem figura erat. Novum evangelium quo ex Christi Salvatoris, ubique Romanæ Ecclesiæ Catholicæ, & haud videtur ecclesiæ Romanæ Ecclesiasticæ regnum.

Ob eam Solus eft in Anglia videtur cum Romana ista Solutio. Quæ enim Solutio regna dicitur Solutio Isthæ Anglorum Regum Haroldi Regis quem occidit Guilielmus Conquestor, quidem Studio Andegavus. Richardus tertius dictus Pictaviensibus in eam Solutio Regum Haroldi Regis quem occidit Guilielmus Conquestor, quidem Studio Andegavus. Richardus tertius dictus Pictaviensibus in eam

turrem Rhedonenſem & ceperunt, ac combuſtam reædificarunt, & munierunt. Præterea Comes Britanniæ magnam partem ipſius ciuitatis combuſſit: & abbatiam ſancti Georgii & Becherel caſtrum Rollandi de Dinam.

1185 IN media quadrageſima factus eſt terræmotus in Gothia, & in ſequenti menſe Aprili eclypſis lunæ. Orta eſt diſcordia inter Philippum Francorum regem, ac Philippum Comitem Flandrenſem propter comitatum Viromandenſem. Fridericus imperator Henricum filium ſuum Italiæ ciuitatibus præfecit. Bela tertius Hungariæ ac Bohemiæ rex, capto Vladamiro duce Halicienſi, mittit Andream filium, qui Halicienſem ducatum occupauit.

1186 ECclypſis Solis facta, quam maxima peſtis in Polonia & Ruſcia ſubſequuta eſt. Lucio tertio pontifice mortuo, Vrbanus quartus in ſede Romana ſucceſſor factus eſt. Hyems huius anni fuit calidiſſima, quo factum, vt terræ fructus ſolito maturius prouenerit. Meſſis enim in Maio, vindemia autem in Auguſto erat.

1187 ECclypſis Solis facta in die Ioan. Baptiſtæ, hora ſexta diei. Balduinus Hieroſolymæ rex à Saladino Aſiæ ac Syriæ rege cum multis nobilibus captus eſt.

1190 IN Anglia crux circiter meridiem, in cœlo apparuit, quum Ricardus rex Anglorum ac Philippus Francorum in Saladinum bellum comparabant. Hoc anno poſt Friderici Barbaroſſæ imperatoris mortem, Henricus 6. filius in imperio ſucceſſit. Colonienſes autem ac alii rebellarunt. Luneburgum Germaniæ, ac Berna (Heluetiorum hodie) Vchtlandiæ, ciuitates ædificatæ ſunt.

Solis

Digitized by Google

Sollis eſt magna fulſa diſcidia. Salutem poſt ſe
Sangus Chriſtianorum fulſum petitionem
de cathe perpetuam ſuſcipiendi. Sed & mi-
rogum diſcidia. Quippe ſuperſtitioſus
Sacerdotum Sacerdotum Sacerdotum
non ille Salutem religionis ſuſcipiendi
pondo, & ſpiritus ſanctum regnum. Hinc
regnum autem Dei Sacerdotum Sacerdotum
exercitum cauſam, & Apoſtolum mutat, & labo-
rum regnum. Per principium Poloniæ & Ve-
gentes ad Romam Sedis Poloniæ eſſe.

Ad Romam Sedis Poloniæ eſſe. Romanum 81194
Et compendium ex plures contentionibus
mixibus impoſſibilis, fulſa ſint, ut omnes hi-
minum meminit ſuperſtitioſus regnum eſt
quamvis non autem quidquid in omnibus de-
ex multis calamitates, ſtatim ſuſcipiendi
ſuperſtitioſus Sacerdotum. Vide quoque pla-
Hinc Sedis Poloniæ ſuſcipiendi ſuperſtitioſus
ex ſuperſtitioſus ſuſcipiendi ſuperſtitioſus
ex ſuperſtitioſus ſuſcipiendi ſuperſtitioſus
dorum cultores partem eſt illis, quibus
incredulum. Ex ſpiritum dum ipſi quæ libri
diamond cilium quæ ſuperſtitioſus ſuſcipiendi
minibus de cathe perpetuam, diſſolvat eſt. Et eandem
meo Hominem imperator nostri Apoſtolus. Con-
brium atque Scribere? quæ vero haec dolores pa-
nostris non cauſa quæ ſuperſtitioſus ſuſcipiendi
ſuperſtitioſus.

De Martia modo ſolitis & omnia quarum Rami 1196
magna quandoque fulſa, ſuperſtitioſus ſuſcipiendi
ſtrare, repudiandi, & habuerunt in ea magna ſi
pore nimiis. Eadem ſuſcipiendi ſuperſtitioſus
Deinde Franciſcum ex duæ vocem Mexico,
Mexicum, & Mexicum, Mexicum, & Mexicum
fiui Iordanis ex his Franciſcanis ac Lauchan in

die S. Sixti obiit, cui ſucceſſit filius Henricus qui & comes Palatinus Rheni fuit.

1197 EXortę tempeſtatis vi, lapides cum pluuia de cœlo ceciderunt. Henricus imperator Chriſtianis ſubſidia in Syriam mittit, quę proximo deinde anno, mortuo Rom. Henrico reuertuntur. Quapropter Chriſtiani qui in Syria remanſerant, deſtituti omni auxilio eius prouinciæ dominium penitus amiſerunt. Bellum inter Conradum Sueuiæ ducem ac Bertholdum ducem Zeringenſem ortum, in quo Conradus obiit. Henrico imperatore procurante, Fridericus imp. filius in cunis vagiens, Rex Romanorum conſtituitur.

1198 PLeraque prodigia hac tempeſtate in annales relata ſunt. Terræ tremor 4. nonas Maii, orbem terrarum afflixit, vrbes, caſas, ædes, templa ſubuertit. Apud Longionas, pagum Boiariæ, qui, cum Hercinio iugo ad Bohemiam pertinet, annum & ſex menſes continuatus eſt, incolæ relictis ædificiis, ſub dio atq; Ioue frigido manere coacti ſunt. Apud Roſſetum, dum ſacrificulus ſolito more miſſam celebraret, vinum in hominum cõſpectu mutatum eſt in ſanguinem, & panis in carnem, ſic olim Auguſtæ Rhetorum hoſtia ſacra in carnem cruentam verſa eſt. In Vermendeſio miles quidam, qui mortuus fuerat, reuixit, multaq; futura multis prædixit, & poſtea etiam ſine cibo & potu longo tempore vixit. In Gallia circa feſtum Ioannis Baptiſtæ, ros in nocte de cœlo cadens, mellis dulcedinem ſuperabat. Menſe autem Iulio, orta eſt tempeſtas valida, tantæq; magnitudinis lapides de cœlo ceciderunt, vt ſuo impetu à Tremblaco vſq; ad monaſterium Chale, & loca adiacentia non ſegetes modo, vineas, ſed ipſa etiam nemora, & hominum precioſa ædificia, deſtruxerunt. Et eodem anno menſe Iulio, Philippus Auguſtus Deodatus Franciæ rex contra omnium opinionem, ipſiuſque

regis

regis edictum Iudæos in pristinum statum Parisiis restituit,& ecclesias Dei grauiter persecutus est. Philippus Barbarossæ filius contra quem electus est,& à Papa confirmatus Otho dux Saxoniæ, & regnarunt magna discordia annis decem, & Otho ad Mosellam demum fugatus est.

TErræmotus ingens meridiano tempore excitatus,aliquot diebus consequentibus,multa ędificia in Polonia,&in vicinis regionibus conquassauit. Quæ res inaudita propemodum in his regionibus, prodigii loco habita est. Eodem anno Constantinopolis à Gallis,& Venetis capta. Imperator Constantinopolitanus Alexius, regno pulsus, Haliciam ad Romanum confugit. Alsatiam vastauit Philippus imperator Barbarossæ filius,ac munitiones quasdam expugnauit Rubeaquensium, ab Ferriburgi arcis, quæ in ipso oppido est,muros fregit, ferroq; ac flammis infestauit omnia, vt copiose in vrbis Rubeaquensis dulcissimæ patriæ descriptione alibi annotauimus. 1200

DIe trigesima Maii mensis fuit terræmotus quo vox etiam terribilis audita est incerto authore. Magna quoq; pars vrbis Achonensis cum Palatio reis corruit. Tyrus pene subuersa est. Archas oppidum munitissimum ad solum vsque diruit. Tripolis maxima pars ruit, & magna hominum pars suffocata est. Hunc terræmotum secuta est magna agrorum sterilitas, apud exteros ingens fames, famem autem horrenda pestis. Innocentius tertius Pontifex excommunicat Philippum imperatorem bis, ac imperatoria maiestate priuat, subditos autem suos absoluit. 1202

TEmpestas horrenda per loca plurima, prosligat segetes & vineas. Philippus imperator Oonem contra se à Pontifice Innocentio tertio ectum bello insectatur, cum Coloniæ Agrippinæ 1205

obsidione cingit, Verum Otho in conflictu quodam cum Colonienſibus habito clam fuga elapſus, ad Angliæ regem ſe contulit. Philippus autem Colonienſes ſubegit, ac Aquiſgrani ab Archiepiſcopo, rex coronatus eſt. Lituani, quorum nomẽ hoc tempore primum agnoſcitur, Ruſſiam magno exercitu inuadunt, ſed victi diſcedunt. In Germania Conradus Epiſcopus Herbipolenſis, à ſuis miniſtris occiſus eſt.

1206 PRidie Calen. Martii, fuit eclypſis ſolis hora 9. diei, & ſequenti menſe Adela regis Philippi mater obiit, Quæ in Burgundia ſepulta eſt iuxta patrem ſuum Theobaldum. Menſe Decembri pernicioſa in multis Italiæ ſimul & Galliæ locis, facta eſt fluminum inundatio, quæ non pontes tantum, & laquearia hinc inde ædificiorum fregit, ſed quam plures etiam domos, ac lapidum moles euertit. Ioannes Richardi frater Normanniæ dux & Angliæ rex, Anglia egreſſus, contra Philippum Francorum regem bellum ſuſcipit, iterum ob militum peſtem factæ ſunt duorum annorum induciæ.

1207 INfeſto ſancti Nicolai, in Gallia magna audita ſunt tonitrua, quorum impetu, multa ſacra & prophana ædificia, fulminibus incenſa, atq; proſtrata ſunt. Sequuta eſt, aquarum mirabilis & pernicioſa inundatio. Eodem anno Satellia ciuitas munitiſſima à Paganis capta & deuaſtata eſt. Philippus Barbaroſſæ filius imperator Germanorum Babenbergæ occiditur, in cuius locum Otho quartus ſubſtituitur, qui ſolus imperauit annos quatuor Philippi filiam in vxorem ſibi copulans, magnam Germaniæ partem ad ſe traxit.

1211 APparuit in Polonia grandis Cometes menſe Maio, 18. diebus durans, & ſupra Poloucos, Taniam & Ruſſiam gyrans, caudamque in occaſum porrigens & aduentum Tartarorum ſignificans.

Vnde

Vnde sequenti anno gens Tartarorum in diem illum ignota, occiso, vt fertur, proprio rege Dauid, de submontib. Indiæ confluxisq; pluribus nationib. septentrionis ad Polucos (quos alii Gothos appellant) venit. Vtraque Sarmatia grauiter multis bellis afflicta est. Poloucii & Russi à Tartaris victi sunt, in clade Conradus Crispus Henrici Barbati Vratislauiensium ducis filius interiit.

IN prouincia Colonienſi, & diœceſi Monaſte- 1218
rienſi, in villa, Ledon Fryſiæ, menſe Maio crux triplex apparuit in aere, vna candida verſus aquilonem, alia verſus meridiem eiuſdem coloris, tertia vero medio colore depicta, habens crucis patibulum, & figuram hominis in eo ſuſpenſam, eleuatis brachiis, & extenſis, cum infixione clauorum in manibus & pedibus. Capite autem inclinato; quæ media erat inter alias. Eodem tempore in villa quadam Fryſiæ apparuit crux cærulei coloris iuxta ſolem, item alia huic plane ſimilis, ſed paulo poſt in diœceſi Traiectenſi. Et ſtatim contra Saracenos Chriſtiani nominis hoſtes, ſuſceptæ ſunt grauiores expeditiones, ad Chriſtianæ fidei defenſionem. Vinc. lib. 31. cap. 73. Otho imperator naturæ debitum ſoluit, & Fridericus mox in imperio confirmatus eſt. Conradinus Hieroſolymæ & Syriæ rex Sarracenus, omnes Chriſtianos Hieroſolymæ degentes miſere occidit.

IN Anglia & aliis regionibus finitimis multa viſa 1219
ſunt prodigia. Apparuit enim Cometes immenſæ magnitudinis, terra vehementer mota eſt, audita ſunt cum magno cœli fragore, crebra tonitrua, quæ cum raro in Anglia, æſtiuo etiam tempore audiantur, eo fit vt quoties cientur, loco prodigii habeantur, item imbres continui, cum tanto flatu ventorum, vt multis deiectis ædificiis, mare latius ſolito euagatum ſit. Imbres toto vere fuere in Polonia, quos deinde fames maxima adeo vexauit, vt magna

hominum pars ſola fame ac penuria rerum perierit. Fuere hoc anno magni motus, & bellici tumultus in Anglia, ſub Henrico eius nominis rege tertio. De quibus leges Polydo. Vergil. libro 16. Anglicæ hiſtoriæ, ac Lilium in ſua Chronologia. Philippus Francorum rex è vita migrauit, Ludouico filio ſucceſſore relicto. Fridericus imperator, ab Honorio Pontifice imperii dignitate priuatus eſt, vnde multa bella exarſerunt.

1223 COmeta crudelis per totam Franciam viſus eſt. Fratrum minorum ordo per Honorium Pontificem maximum inſtitutus ac confirmatus eſt. Damiata iterum militum oſcitantia amiſſa. Waldemarus, Daniæ rex, ab Henrico Suerni comite per inſidias captus eſt.

1225 SVb Honorii tertii Pontificis exitum terra adeo grauiter in Alpibus in Saluiorum gente mota eſt, vt quina hominum millia ſint ædificiorum ruinis obtrita, ex lateribus montium, molibus auulſis, atque in ſubiectas valles cultu frequentes, cum pernicie hominum & pecorum prouolutis. Ludouicus dux Bauariæ Henrici regis procurator & tutor per imperium efficitur. Henricus Barbatus Vratislauiæ dux Lenskoni rebellat, & pax paruo conſtitit.

1230 ORta eſt tempeſtas maxima ventorum, procella fulgurum, coruſcatio, & fragor tonitrui, quæ paſſim multas ædes vel incendit, vel ſubruit. Inſuper tanta maris inundatio eſt ſuborta in Phryſia, quanta à Noæ temporibus non fuit, quæ inuoluit omnem terram maritimam Phryſiæ & Hadeleriæ, & omnem terram limoſam atque paluſtrem. Albis & Viſurgi, ſubmerſa. Tunc perierunt hominum multa millia, & iumenta ſine numero. Diuites ac potentes euis loci, dum ſecure deliciis ac voluptatibus indulgerent, ſubita tempeſtate correpti atque abſumpti ſunt, erat autem decimus dies Februarii, quando hæc tempe-

tempestas omnes aggeres manufactos disrupit, & maris intemperiem in mediam terram effudit. Eo anno Vladislaus Leskonogy, à Vladislao Otthonis fugatus, regnoq; maioris Poloniæ exutus est. Franciscus nudipedorum monachorum patronus, circa hæc tempora à Gregorio nono Pontifice canonizatur.

HAc tempestate prodigia pleraque futuras cala- 1233
mitates portenderunt. Magna pestis in homines, pecudesq; iuxta debachata est. Vniuersa flumina gelu constiterunt, acuto, vernoq; demum calore soluta, casas, horrea, pontes, mœnia, arbores subuerterunt. In Rathstadio oppido in Alpibus Noricis, quas Taurum incola vocat, infans cornutus natus est, vagitus atq; ploratus eius quatuordecim ante dies quàm ederetur auditus. In agro Fruxinensium meridiem versus murium agrestium ingēs vis, examen subitò natum messes populatur, segetes, herbas, fœnum, radicitus depascitur, inde fugatis accolis, execratum locum mutare, auitos lares deserere agricolæ coacti sunt. Tertio Nonas Julii, Sol interuentu Lunæ duas horas continenter occultatus est. Luna sex angulis, versus Orientem protensis visa est. Pridie quoq; Nonas Octobr. rursus Solis radios Luna interpositu suo auferente terræ meridie stellę quasi noctu colluxere. Pleraq; alia huiuscemodi prodigia in annales fastosq; relata sunt. Factiones, fraudes, scelera, cædes, bella ciuilia, quibus omnia diuina humana commixta, Respublica Christiana discordiæ malis contusa, prædæ paucorum libidini facta est, consequuta sunt. Videantur annales Boiorum, quæ diligentissimè Auentinus exequitur.

SOlis magna est facta defectio. Anno proximo 1239
Gregorius nonus Pontifex maximus cum annos quatuordecim sedisset, mortuus est, cui successit in pontificali dignitate Celestinus quartus. Factiones

Gibelinorum pro Imperatore, ac Vvelphorum pro Pontifice in Italia ortæ, multarum calamitatum causæ fuerunt. Episcopus Colonienſis ab Imperatore captus est.

1240 IN Saxoniæ ſyluis verſus Daciam, in deſerto muricæ (nemore) quædam animalia capta ſunt monſtrola, ferè in omnibus habentia figuram hominis. Ex quibus fœmina quidem mortua eſt canũ morſib. ac venatorum vulnerib. Maſculus aũt captus eſt domeſticus, ſuper pedes interdũ erectus gradiens. Didicit loqui imperfectè valde & non multa verba, habuit vocem exilem ſicut Capreolus. Rationẽ nullã habuit de ſeceſſu & egeſtione ac aliis talib. verecũdabatur. Appetiit aũt coire cum mulieribus, & has publicè qualeſcunq; eſſent, tẽpore libidinis opprimere tentauit. Albertus Mag. & ex eodem Geſnerus lib. 1. hiſtoriæ animalium de quadrupedibus.

IN Saxonia viſus eſt Cometa iuxta polum Septentrionalem, q ſuos proiiciebat radios inter orientẽ & meridiem, magis dirigendo eos ad orientem. Sequenti anno Tartarorum rex in Polonia magno exercitu incurſione facta, igne & cæde omnia complet. Poſtea per Morauiam in Vngariam iter capiens eam tribus annis miſerè afflixit.

1241 IN Anglia ſub Henrico tertio rege in ipſo Januario apparuit Cometes, diro aſpectu per triginta dies ferè continuos & hoc anno Henricus rex in Vvalliã cũ expedito exercitu, contra Dauidem proficiſcitur, ac ſeditionis autorib. captis, pœnaq; affectis, Vvalliã in ſuam poteſtatem redegit. Eodem etiam anno Iſabella Friderici Imperatoris vxor, eademq; Henrici ſoror, moritur, cum mira fuiſſet etiam Solis defectio. Gregorius nonus Pontifex obiit, in cuius locum Celeſtinus quartus ſuffectus eſt. Fridericus Fauentiam, Parmam, & Bononiam munitiſſimas Italiæ ciuitates expugnat, Bononienſe ſtudiũ Paduam trans-

transfer. Reis Tomarenses, Pastoresque magni vicinorum gregum, populorum, igni, cædi, prædæ exponebat.

Quo quidem tempore in Burgundia, præsertim in Comitatu, Ludovicus Francorum Rex humanis negotiis ablatus est: quibus, utinam prorsus per malum nihil attulisset! Nam Ludovicus, ut natura, ita studiis pacis amicissimus nihil minus quam bellum cupiebat. Ante igitur proximum Septembrem, quo Comitia Francofurti agenda erant, ad quæ ipse quoque Rex præsentia sua ornare decreverat, Ludovicus Germanus Francofurtum quid sibi vendicaret, præscribit, ut statim dilucidum fiat. Ad quæ Carolus Calvinus gravate Francofurtum ad Ludovicum ferri sibi, & in alia Ludovicum quærere dictitavit. Hæc per Ludovicum Germanum comitia ei ut Christo fabulam exercuerunt. Quibus Ludovicus Germanus, ut ad Christum, patrem hæreditatis, Matth. 19. Augustinus ait, ita ad Deum, patrem regni, Psal. 2. suum ad exercendum quæ temporaria sunt, fratrisque usurpationem, cum ea sua propria non sit, ad Deum fidelis mittit gentis ea lites facturi. Anno igitur Ludovici Francofurtum, in quo comitia Germanicorum celebrari, Vvilhelmus Longipons in Alsatia undecimo, Ludovicus Balbus duodecimo Francorum Principatum.

Comitia Germanica per aliquot mensium tempus. Varia per ea deliberata, ibique decreta, Ludovici, Caroli, Lotharii, Vvenilonis, & proceruum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Aquitaniæ, Francofurtensium. Cum ad hæc comitia Ansbaldus Turonicorum & Filiensis Rex Normannorum

est, monstrum in agro Veronensi æditum, ex equa quadrupedem fœtum humano capite. Ad cuius murmur, vagitum & confusum humanæ vocis sonitum occurrens turis illius accola, & nouo attonitus spectaculo, exacto ingenti gladio monstrum occidit, quam ob causam ad iudicium tractus & de monstruosi partus origine, & de accidendi causis interrogatus, horrore atq; abominatione rei tantum se feciſſe respondit, quo audito suspicionem omnem ademerunt.

1355 IN Anglia mare præter solitum excreuit, apparuit Cometes ingens, ac crebrò loca eminentiora de cœlo tacta sunt. Quæ prodigia sequuta est statim in Anglia mors Gualtheri Eboracensis Antistitis, viri magnæ virtutis, qui annos 40. eam prouinciam pontificalem obtinuerat. Genuenses Pisanis iuncti, armata classe Venetias obsident ac illorum naues & litora deprædantur.

1260 A Dolescens quidam Friburgi in Misnia vt suis potiretur amoribus, à Mago in locum ædium desertum deducitur, cui cum spectrum puellæ illius, quam amabat imagine, per malefici incantationes se obtulisset, amator ille perditus, manum ei porrigens, à malo dæmone parietib. alliditur, & miserabilem in modū necatur: qui eius quoq; cadauer tanto in Magum impetu proiecit, vt semianimis longo tempore iacuerit. Hoc horrendum punitæ libidinis exemplum, ad deterrendos stultos adolescentes, refert Siffridus Presbyter, qui Alberti primi Imperatoris temporibus vixit. Eo anno Bela quartus Vngariæ Rex Othacaro Bohemorum Regi bellum infert, & ab eo victus Hamburgum fugit, in Italia Guido Nouellus Florentinorum Dux factus. Vvelforum sectatores Florentiam relinquunt, Florentia autem Manfredo subditur.

Stella

Stella, quam Cosmus Etrus recens, longa cauda magnitudine ligna tres menses apparuit, & ut dicit ipse, ante quo Urbinum veniret, Romæ fuit. Romanorum Pont. Max. obiit, cui subdit. Sixtus Quintus, qui Pontificatum gessit annis quinque, & mensibus tribus, & ante quo moreretur, Cometa ter apparuit. In Polonia Cracovia ante bellum ubi, quem ibi habuit cum Sueco, Cometa apparuit, ut ibi in Palatio ipsemet Sueco. Mediolani à Cæsarianis Basilicum est. Mense Galliam ornatus Cometa, Ligurum, Mantuæ, Ferrariæ, regnum Hungariæ, Bohemiæ, Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Britanniæ, regnum, dein Indiarum, maxime Regnum est, in Hispania, quod magnificentissimum, ac pulcherrimum est, Cometa, & Comæta, Basilicus & Basiliscissimus erat. Africam, Asiam, totum quoque Orbem terrarum, Basilicum regnum est, Regnorum, Ingeniorum Basiliscissimum. Vide plura de Cometis, quæ in Cometographia Cometis accidentia Pelarius Cometographus Cometarum Cometographiæ 1618 Cometarum multorum apparitiones, & effectus refert. Henricus Eglesius Basiliensis, ac Rodolphus Hulpergius pulcherrimos Cometas annis apparuisse, eorum quæ hi scribunt Cometas ita esse vere, ac quæ nobiles fuerunt gladiatores, ac alter Basiliscos fuisse confirmat. Plinii vero Epistolæ Cometa, quem Basiliscum vocat, ut ipse ait, ante quo post Imperatores in Palatium ivit, Cometa.

Cometæ tempora in suo percurrentis anno 1618 ac Basilisci fuisse quos à Basilisco Cometa differant explicavit, quæ ipsemet publice scripsit, dicit ante, ut videtur inde anno 1618 Basiliscum non fuisse.

In Cometam Regiomo. (ex) Martius Cometes 1619 Feb. 9. Polonus Scriptor Scriptor est: Iacobus

quædam matrona Margarita Virbos|ai comitis vxor triginta ſex pueros viuos vno partu edidit, vigeſimo die menſis Januarii. Sexta verò die Decembris crepuſculo nouus & inſignis ſplendor, in figuram crucis effoꝛmatus, cœlitus non modò vrbem, ſed omnẽ circumcirca regionem illuſtrauit. Caliſſæ intra octauum diem natalis Chriſti natus eſt vitulus cum duobus caninis capitibus atq; dentibus, & ſeptem pedibus vitulinis: capitum autem maius quidem in loco ſuo, minus verò ad caudam ſitum erat. Ab eius cadauere canes atq; volucres abhorruere. In Sileſia vero apud Machalouum pagum, & inter Odram & Nyſſam fluuios, triduo ſanguine pluiſſe dicitur. Hoc anno graue bellum inter Boleslaum Ducem Polonię & Caliſſienſem. Item Saxones, ſiue Marchiones Brandenburgenſes, recruduit, Sulentia expugnata, & incenſa, & æſtas eius anni tota ferè continentib. pluuiis, & inſolita aquarum inundatione, non modo ſegetibus, verum etiam pecudibus & iumentis pagisq; & oppidis, plurimum incommodi attulit.

1274 IN Anglia poſt terræmotum, quo multa ædificia corruerunt, ſanguine in Vvallia pluit, quaſi prodigium exitiale illi genti, cuius ſanguine breui tempore poſt, ea regio paſſim maduit, ſub Leolino Griffinigio, qui nouas ſeditiones in Anglia fecit, & Francos ſibi ſocios fecit.

1274 IN Germania prope Lauffenburgum oppidum in finibus Heluetiorum ad Rhenum fluuium ſitum, natus eſt infans manibus ac pedibus anſerinis, horrendo capite.

1276 RHenus fluuius ex vehementioribus imbribus adeo intumuit, vt alueum ſuum prætergreſſus, multa hinc inde in planicie auulſerit atque auexerit, Baſileæ pontem fregerit, ibidemque circiter centum homines magno impetu ſubmerſerit. Grandinis impetu circa montem Boccetium in Heluetiis non

non terræ fata tantum sed pecudes ac armenta infestata sunt.

IN Cracouiensi territorio puer quisquam dentatus eodem quo natus est die, distinctè & articulatè locutus est, donec religioni Christianæ initiatus, & dentes, & sermonis vtum amisit. Alius vero semestris in vrbe Cracouiensi proloquutus, Tartaros aduenturos, & Polonorum capita præcisuros esse prædixit: Rogatusq;, diuinitùs id se scire, & sibi quoq; illud malum impendere, respondit, Quod post annum duodecimum demum euenisse satis constat. Hoc anno fuit bellum Silesicum. Polesliensis terra & Prussia à Masouiis, & Cuianiis deuastata est. Postea Rudolphus Imp. bellum Boemis intulit. 1275

IN Polonia circa Cracouiam apparuit in ea nocte media, in qua initium anni est, cœlum clara & nõ iniucunda luce ad breue tempus resplendens, in lacu deinde quodam dæmonem quendam à Piscatoribus exemptum fuisse, memoriæ proditum est. Ad eum hyberna glacie concretum, vicinis cum Sacerdotibus vexilla, cruces & reliquias sacras, quibus vis dæmonum propulsaretur, ferentibus piscandi gratia, conuenisse. Immisso autem reti, primo quidem tractu, contendentibus piscatoribus, tres piscículos, altero nihil nisi rete conuolutum, tertio deniq; mõstrum horrendũ, caprino capite, & in speciem ignis ardentibus oculis extractum esse fertur. Feritis autem & diffugientib. cunctis, spectrum illud sub glaciem sese immersit, ac toto lacu discursans terribilem strepitum & sonitum edidit: afflatiq; ab eo nonnulli homines fœda vlcera retulerũt. Obiit hoc anno Boleslaꝰ Pudicꝰ Polon. rex. Boleslaus itẽ Pius Calisiẽs. dux, itẽ Bolesl. Caluus seu Rogatra Legnicienſ. dux. Ottocarus II. Bohemor. rex in Austria, cõmisso cum Rodolpho Cæsare, & Ladislao rege Vngarorum prælio, proditione suorum, occubuit. 1276

1278 IN Argoia Heluetiæ prouincia, nobilis quædam matrona leonem crudeliſſimum animal peperit, quod quidem Joannes Stumpfius in Heluetiorum Chronicis, anno qui à natiuitate Chriſti 1278. eſſe factum ſcribit, licet alii hiſtorici in aliud tempus reiiciant. Eo anno defuncto Joanne XXI. Pontifice, Nicolaus IV. in eius locum electus eſt. Bellum inter Rodolphum Cæſarem & Otacarum Bohemorum regem ortum, ac in campis Auſtriæ trans Danubium cruento prælio conflictum. Rodolphus victor Sueuorum Alſatumq; virtute factus eſt. Otthocarus verò ſtrenuè pugnans occubuit.

1278 SOl defecit, quum Luna triduo ante idem paſſa eſſet, & Mercurii ſtella viſa eſt in medio Sole, velut macula nigra. Per idem tempus, Carolus Magnus ex Hiſpania victor rediens ad Pyreneos montes, Vaſconum inſidiis exceptus, ingentem accepit cladem. Cæſar Pontifici Romandiolam & Exarchatum Rauennatem conceſſit, qui Bertholdum Vrſinum nepotem ſuum Romandiolæ comitem declarauit. Senatorium munus ſibi Papa retinuit.

1280 ALphonſo Arragonum Regi huius nominis ſecundo, in Quitenſi templo crucem auream ſine humano artifice apparuiſſe memoriæ proditum eſt. Eo anno rex cum Caroli magni auxiliaribus copiis, ſuperatis Sarracenis, fines Auſtrum depopulantibus, Vlyſſiponam Luſitaniæ ciuitatem, ſuæ ditioni ſubiecit.

AD populum prædicante plebano Thuricenſis Eccleſiæ apud tumbas martyrum ibidem patronorum, lapis violenter nullo mouente confractus, tantum legitur feciſſe ſonitum atq; fragorem, vt omnis populus concuſſus metu tremuerit, ac ſi teſtudinis arcus corruerint. Eodem anno tertio Octobris maior pars Turegi igne conſumpta, ac inſuper diſſenſionibus ciuium ſeditione populi, irruentibus cenſu-

nsuris ecclesiasticis siue excommunicationibus
mirum in modum concitata, ruinæ patuit.

EOdem anno cum in Traiecto homines vtriusq; sexus, in ponte fluminis choreas licentius ducerent, ac Sacerdotem, qui sacram synaxin ad ægrotantem deferret, contemnerent deriderentq;, ponte fracto, in Mosam præcipitati, circiter 200. ex illis diuina vltione absorpti, contemptæ simul religionis, ac leuitatis suæ pœnas dederunt.

FErunt Tyberinum amnem Romæ adeò insolen- 1281
ter auctum, vt ad Pantheum, quod nunc diuæ virginis ac omnium sanctorum est templum, aram maximam quaternis pedibus & amplius supergressa sit fluminis alluuio. Nicolaus quartus eius nominis Pontifex Maximus, anno sui Pontificatus tertio mense octauo obiit, cui successit Martinus quartus. Hamburgum Saxoniæ incendio maxima parte consumptum est. Anno sequenti Pisæ à Germanis diruta.

IN Martini quarti Papæ Pontificatu ex illustri qua- 1282
dam fœmina Pontificis necessaria, natus est puer villosus, & in speciem vrsi vnguiculis armatus, quo monstrifico partu permotus Pontifex omnes vrsorum imagines, quæ fortè in eius domo fuerunt, iussit deleri, manifesto argumento receptæ ab ea imaginationis in conceptu. Incidit id monstrum in 1. Martini Pontificis annum, quo tempore in Tyrrhenæ ora apud Centumcellas captus est piscis, absoluta leonis specie, qui mare extractus, humanam vocem vlulatu expressit, ad Pontificis conspectum delatus est, qui in vrbe veteri tunc fortè erat. Obstupuit Pontifex & omnis multitudo quæ illi apparebat insuetam beluæ formam, præsertim Pelagicæ, sed ita vulgò persuasum video, nihil nasci in aliqua naturæ parte, quod non idem & in mari cernere sit. Genuenses & Lucenses à Cæsare libertate sunt donati.

Tartari Pannoniam inuadunt omnia vsq; ad Pestum vastantes. Pisæ à Germanis dirutæ. Siculi Gallorum insolentiam ac lasciuiam non ferentes, Joanne Prochitio authore (qui à Petro Arragonum rege ad hoc paratus erat) omnes Gallos, ad campanæ pulsum, vno vesperi interfecerunt. Apud Forumliuium eodem tempore Galli cæsi sunt.

1285 IN Italia grauissimus terræmotus factus est, quo multa ædificia hincinde penitùs ad terram prostrata sunt. Durauit terræmotus sua concussione, per aliquot dies, erat tum Bonifacius Pontifex Reate, vnde Columnius antistes aliquanto prius eiecerat, hic veritus rectorum ruinam, patenti atrio sibi casam construi iussit ex materia tenuissima, vt ne casus quidem multum timeri posset, perseuerauitq; in aperto esse plures dies. Apparuit inde Cometes magnitudine insigni, & hæc in cætera Italia. Veneti per id tempus, aut certè non multò prius posteriusve, exeuntibus induciis quas in aliquot annos cum Genuensibus pactas habuere, confestim ad retinendum maris imperium publicè classem instruunt. Pisani nauali prælio à Genuensib. victi 50. triremes & 12000. viros amisere. Tartari iterum Pannoniam inuaserunt, omnia vsq; ad Pestum deuastarunt.

1285 DVm Carolus Gallorum rex cum exercitu Hispaniam inuadens, cum Petro Aragonum rege bellum gereret, grandium muscarum agmen varii coloris, Gallos imperèns, aculeis non secus ac gladiis occidebant. Multis præterea aliis malis oppressi, de victoria desperantes, discesserunt ac in itinere passim cateruatim conciderunt. Inter quos & ipse Carolus languore confectus, lectica delatus, apud Ampuras defecit. L. Marineus Siculus lib. 11. de Hispaniæ regibus.

1290 IN agro Constantiensi, mulier humano capite leonem peperit. Rudolphus Imperator Comes

Hab-

Habſpurgenſis per ſuos milites arces Clanx & Vvilberg in Abbacella Tubertal, atque caſtrum Yberg in Turtal contra Abbatem Vvilhelmum Sangallenſem occupat.

HOc anno tertio Nonas Aprilis, quo die tum Paſchalia erant, nix alta terras operuit, grandines inſolitæ attriuere fruges. Pridie Nonas Septembr. tellus intremuit. In Alpibus Rheticis quindecim caſtella, arces euerſæ, fames Boios afflixit. 1295

COmetes futuræ maximę cladis indicium in cœlo apparuit, afflictionem Chriſtianorum indians. A Judæis ſacra Chriſtianorum furto ablata, lulibrio habita, atq; in mortario piſtillo contuſa, crorem emanaſſe, memoriæ proditum eſt. Judæi Noinbergæ ac in Francia Orientali, gladio ac incendio extincti ſunt. Scoti Vallaceo duce ad libertatem aſpirantes, Anglos Scotia deturbarunt, caſtra oppidaq; ab eis receperunt. 1298

ITerum Cometa viſus eſt, hoc anno quo à Pontifice annus Jubilæus reductus eſt. Varii motus in Italia fuerunt. Concitata apud Belgas multitudine opifices & infimæ conditionis homines à Francis deceſſerunt, & domini prouinciæ facti, ingentes regis Francorum copias ſuperarunt & crudeliſſimè interfecerunt. Bonifacius Pontifex eius nominis octauus Philippi Francor. regis auxilio à Scarta Columnen-, Ananiæ captus & in carcerem coiectus eſt, quem imen Ananienſes ciues tertia die liberarunt. Albertus Imperator in Heluetia magnum conſcripſit exercitum contra Hollandos. 1300

HOc anno Calend. Decemb. ventus vehemens ædificia, caſas euertit. Subſequitur maxima aëris tranquillitas, cœli ſerenitate & calore inſolito, adeò vt in Januario arbores frondeſcerent, poſtea aquarũ eluuies ingens fuit. In Italia ortæ ſunt factiones Alborum ac Nigrorum, vt prius Vvelforum & 1301

Gibellinorum. Stumpfius, in ſuo Chronicorum opere, iterum Cometæ meminit, quem magnam cladem in Flandria factam deinde, portendiſſe ſcribit.

1304 COmeta tribus menſibus verſus Septentrionem apparuit. Hoc anno Danubius Reginoburgi verſus Aquilonem exoſa fluctibus tellure, curſum intendit, aggere ingentis molis ex lapidum cumulis, tignis, & arborum truncis congeſto, ad priſtinum alueum coactus eſt. Bonifacio octauo Pontifice mortuo, Benedictus vndecimus ſucceſſit, qui Philippum Pulchrum Franciæ Regem excommunicatum à Celeſtino, abſoluit. Edoardus quartus Anglorum Rex Scotiam ſubiugauit, cui Odomarum Valentinianum Pembruchi comitem præfecit.

1305 ITerum Cometa in hebdomade paſſionis Chriſti apparuit, quem peſtis per vniuerſum ferè orbem ſequuta eſt. Curia Romana Auinionem in Gallia translata. Venceslaus Bohemorum rex Olomuncii interfectus eſt.

1307 ECclypſis Solis facta eſt III. Idus Februarii ſtante vtraq; ſydere in 25. parte Aquarii, & IV. Calend. Martii Eclypſis Lunę facta eſt, & eadem nocte apparuerunt acies, in cœlo miræ magnitudinis. Iterum XII. Calend. Septemb. Eclypſis Lunæ facta eſt hora noctis tertia. Eodem anno ante cædem Alberti Romanorum Regis (qui ad Ruſſam fluuium prope Vindoniſſam ac Bruck Ergouiæ oppidum, dolo Joannis Rodolphi fratris filii confoſſus, in gremio mulieris militiam ſectantis expirauit) eques aulicus impetitus à crabronibus, ab equo deſiliit & euaſit, equus verò à crabronibus occiſus eſt. Eques autem Badenam Ergouiæ oppidum, Heluetiorum comitiis hodie nobilitatum, veniens, malum omen Alberto expoſuit, quod cum loco cedens, vitare conaretur, iam dictis inſidiis occubuit. Paulò pòſt eo-

der

dem anno Hoſpitalarii S. Joannis Rhodum à Sarracenis receperunt.

POlis perpetua ardens per cœlum delabitur. Henricus ſeptimus Imperator Italiam intrauit, omnẽ Longobardiam accepit, ac Mediolani ferrea corona coronatus eſt.. Vngari à Clemente quinto excommunicati eò quod Carolum non recepiſſent. Donaldus Dux inſulanus Robertum Briſæum Scotorum regem bello laceſſens, captus eſt. 1309

CIrca hæc tempora in agro Florentino puer natus bicorpori effigie, geminis capitibus, quaternis manibus, circa genitales partes connexus, ſicut non niſi in geminos pedes deſineret, & hic quidem partus diebus (vt perhibent) paucis vixit. 1310

COmeta per 14. dies apparuit, qui à Septentrione verſus meridiem diſceſſit iuxta motũ Martis. Milichius in ſecundum librum Plinii naturalis hiſtoriæ. Mons maximus in Burgundia imperiali, à monte dehiſcens, valleſq; coartans, multa agricolarum millia oppreſſit, ac currens per multa milliaria, circiter quinque hominum millia ſuffocauit, ac tandem ad alios montes, mirabile dictu, reuerſus eſt, vt refert author Faſciculi temporum, ac Chronicorum etiam Norinbergenſium. Eo anno Florentia ab Alberto Imperatore obſeſſa. Robertus Britanniæ rex Scotorum ſylueſtrium loca ſubegit, & fames maxima per totum triennium Lituaniam & adiacentes regiones grauiter afflixit. 1313

COmeta horribili ſpecie, tres continuos menſes flagrauit, poſt Henrici ſeptimi mortem, is bellum deſignauit ciuile, quo Ludouicus Bauarus, & Fridericus Auſtriacus diſſentientib. electorum ſuffragiis ſimul electi, de imperio 8. annos decertarunt, donec tandem Friderico in prælio capto, ſolus Ludouicus imperium retinuit. Eo regnante mox alii effulſerunt duo, alter anno 1337. alter biennio 1314

post. Secuta hos est præter atrocem pestem, pernicioſa diſſenſio Electorum, qui à Clemente Pontifice incitati, depoſito Ludouico Carolum quartum crearunt, mox & eodem amoto, Guntherum Comitem Schvvartzburgenſem accerſiuerunt, quæ res nouos peperit tumultus, & iterum ad arma concurſum est, breui post tamen veneno ſublatus Guntherus imperium Carolo conceſſit.

TRes Lunę apparuerũt in cœlo, Eodem anno rex Franciæ Philippus obiit, De Imperatore deligendo contentio facta est post Henrici obitum, in qua quidam Ludouicum Bauarum, alii Fridericum Auſtriacum delegêre. Quamobrem inter eos bellum fuit, durauitq; annos octo, quo tandem Ludouicus obtinuit, & regnauit ſolus annos 24.

1316 IN pago vallis ſuperioris Arni nomine Tertanio monſtrum est natum habens duos pueros vno vmbilico ad inuicem inunctos, cui ab vno latere & genitalia erant membra, & bina quoq; pendebant inualida crura, ab altero verò latere crus ſolum exibat imperfectum, vixitq; diem vnum. Ludouico Francorum rege mortuo ſuccedit Joannes eius filius adhuc puer diebus 20. post quem Philippus Ludouici frater annis quinque. Eodem quoq; anno Joannes vigeſimus ſecundus eius nominis Pont. Max. in Pontificem est electus cum vacaſſet Sedes annos duos & menſes tres.

1322 IN ipſis Junii Calendis factus est in Germania terribilis terræmotus. Die verò eiuſdem menſis quinto viſus est circulus rubeus circa orbem Solis, & propè comparuere duæ cruces eminentes. Eodem autem anno per omnes Sueuię ciuitates imperiales incendia ſæuierunt, aquarum inundationes, latrocinia, ſeditiones.

1329 HAc tempeſtate factis quatuor profundiſſimis hiatibus, magnum prorupit ignis flumen ex

Ætna

Ætna monte. Ignis eius noctu horrendum habet aſpectum, nec lucet vt alius ignis, interdiu autem obſcurè ardet; haud ſecus quàm accenſum ſulphur, qua materia mons eſt plenus. Veteres multa de hoc monte ſcribunt. Strabo verò potiſſimùm, qui & in cacumine montis ſe fuiſſe aſſerit, & omnia diligentiſſimè luſtraſſe. Aiunt nonnulli in ſumo apice mirabiles eſſe mutationes. Interdum n. eructat igneum flumen, aliquando flammam ignis, aut obſcurum fumum; quin & hoc maximè eſt mirandum, de illius ignis calore, quod ille nullo frigore temperari poteſt, neq; frigus per calorem illum diſſoluí. Superior enim pars montis plena eſt cinerum, qui hyemali tempore cooperiuntur niuibus, ſupremum faſtigium montis eſt planum, comprehenditq; per circuitum, circiter viginti ſtadia, hoc eſt dimidium milliare germanicum, in cuius medio conſurgit colliculus quidam, ex cineribus congeſtus, vnde aliquando ignis, & aliquando fumus exhalat, noctu videtur ignis in vertice montis, interdiu ferè fumus quidam obſcurus aſcendit, noſtro tamen æuo, quando materia cõbuſtibilis putabatur per ignem conſumpta, nihil viſum eſt ex monte aſcendere, præter caliginoſum vaporem.

SOlis & lunæ facta eſt defectio. Græci Teutones eodem anno inuadentes ingens bellum excitarunt, q; proximis annis ſæpius renouatum eſt. Piſani Petrum Corbonenſem falſum Pontificem: quem Imp. Ludouicus in Germaniam tranſiens Piſis reliquerat capiunt, & ad Joannem Pontificem Auinionis tum degentem mittunt, apud quem ſuum errorem confeſſus, vitam ſuppliciter exorauit, donec triennio pòſt, honeſto carcere aſſeruatus interiit. 1330

SEptimo Calendas Julii, continua fulgura atq; coruſcationes terruere mortalium mentes, multosq; extinxere, ſacris atque victimis, vici, vrbes 1333

luſtratæ, quidam equo vectus, reclinato capite in collum equi, fulmen euitauit. Eluuies quoq; aquarum præter ſolitum agros inundauit. Eodem anno Conſtantiæ ad lacum Acronium propter læſos ac malè tractatos Chriſtianos, nouem Judæi interfecti, ſex aquis ſubmerſi, atque duodecim combuſti ſunt.

ARnus continuis imbribus immenſe auctus, tres Florentiæ pontes cum murorum vrbis parte ac proximis fluuio ædificiis, maximo ciuium terrore proſtrauit. Anno proximo Joannes viceſimus ſecundus Pontifex & Philippus Francorum rex vnà cum Venetis in Græcorum defenſionem claſſem armarunt, qua ſuperatos Turcas repreſſerunt.

1335 TAntæ magnitudinis piſces, ſeu cete fuerint, ſeu alterius generis, Lubecum appulerunt è mari, vt nonnulli eorum viginti, aliqui decem & octo, quidam etiam viginti quatuor pedum longitudine viſi ſint, idq; prodigii loco, ac ſi aliquid portenderet, habitum & obſeruatum eſt. Hamburgæ ſub idem tempus fuit ſeditio atq; tumultus non mediocris ex eo quod Eccleſiaſtici magiſtratui aduerſantes, ſua opinione ac voluntate in omnia adulteria cenſuram agere animaduertereq; vellent. Quam controuerſiam tamen ac litẽ Bremenſis Epiſcopus compoſuit.

1337 DIrus Cometes per quatuor menſes apparuit, cui acceſſit alius, qui cum hoc per tres amplius menſes Junium, Julium, Auguſtum, effulſit. Quippe alias ſanguine etiam pluiſſe traditur. Locuſtarum quoq; tunc ingens vis ab Orientis ora etupit, ſenas alas habebant, dentibus gemmarum in morem nitentibus armatæ erant, nubium in morem Solis conſpectum auferebant, longitudine quinq; ac triginta millia paſſuum, latitudine decem occupabant, acie inſtructa aëra ſulcabant, in terra caſtra metebantur, antecurſores itinere vnius diei locum aptum

aptum castris occupaturi, legiones anteibant, quæ in cohortes distributæ, cum ortu Solis proficiscebantur, nona demum super tellure sedebant, vbi annona deficiebat, aliò migrabant. Hyemis frigore coactæ latebris, æstate redituræ, se condebant. Quarto demum anno Ciconiarum, Graculorum, Cornicum, Monedularum, & huiusmodi volucrum agmina illas devorarunt, herbas, arborum frondes, segetes, fœnum, per vniuersam, qua longè lateq; porrigitur Germaniam, tres æstates depastæ sunt, frustra cœlum æris crepitu, tintinnabulis arcessitum. Rotvvila nobilis ac Consistorio Imperiali nobilitata ciuitas, fulmine incensa ac miserè vastata est, licet cœlesti flamma 60. tantum homines consumpti sint; Pestis Norinbergæ multa hominum millia absumpsit.

COmeta vel stella crinita iterum in cœlo visa. 1340
Franci ab Anglis superati decem millibus trucidatis. Pestis Florentiæ 15. millia vrbanæ multitudinis extinxit & per agrum fœda strage desæuit. Sarracenorum 200000. ab Hispanis in Granatæ regno occisi.

FRigus in hyeme tantum fuit, vt militantibus 1341
Cruciferis in Liuonia, nares, digiti &c. ex frigore perierint. Constantiæ ad lacum Acronium eodem anno grauis ac pernitiosa ciuium erga Magistratum fuit seditio. Norinbergæ diro incendio 400. ædificia consumpta sunt.

IN graui & atrocissimo Venetorum cum Genuen- 1345
sibus bello, cum nauali iam vtrinq; prælio confligerent, coruorum vim ingentem aiunt supra classem aduersis agminibus inter se conflixisse, ac partem alteram adeò vexatam, vt plumæ cruorq; fusus Venetas triremes respersérit, remigem adhæc ex sua in proximam nauim transilientem, ab immani pisce exceptum & deuoratum. Genuenses à Venetis ad

Corsycam victi Mediolanensi Archiepiscopo se suosq; submiserunt.

1344 IN mense Septembri, coruorum pulli implumes in nido reperti sunt, quod Auentinus in rebus Bauaricis magni prodigii loco obseruatum putat. In oppido Veldkirch non procul à lacu Acronio sito, chasma vel ignis de cœlo in vrbis plateas cecidit, verũ cum magno omnium stupore ac metu intueretur à ciuibus, iterum à terra in cœlum absque vllo detrimento, (vt Stumphius in Chronicis refert,) sublatus est. Fame hoc anno in Sueuia potissimum ac Heluetia maximè laboratum.

1345 TErræmotus ingens in die Conuersionis Pauli Germaniam quassauit, pagi & arces multæ corruere. Item bufones pluuiæ immixti, ceciderunt.

INgenti etiam eodem die motu terræ ad octauum scil. Calend. Februar. pleraq; ædificia publica & priuata Venetiis corruere, aliqua terrifico aspectu acclinarunt, & in his sacratum ædium turres, vno atque altero loco, inde dies quindecim plus minusue terra mota est, quo contigit, vt omnes ferè grauidæ mulieres, quæ tum in vrbe erant, abortum fecerint, inde fœdissima pestilentia inuasit vrbem, inguinariam dixere: fuit ea vis morbi adeò letalis, vt ex omni languentium numero vix centesimus quisque mortem euaserit. Ex Scythia primum orta dicitur, inde per oram Pontici maris, & Hellespontum grassata, per Græciam demum & Illyricum Italiæ insinuatur. Sabell. lib. 8. Ennead. 9. Gualtherus Athenarum Dux appellatus, decem menses Florentiæ tyrannidem obtinuit. Angelus Acciolus Florentinos liberauit. Philippus Francorum rex, Vsurariorum bona fisco tradidit.

1348 INgens vapor magnitudine horribili boreali mouens regione, magno aspicientium terrore, per cœlum visus & delapsus est in terram. Et eodem anno be-

Digitized by Google

ho beſtiolæ quædam multiplicato numero in oriente de cœlo ceciderunt, quarum corruptione & fœtore execrabilis peſtilentia ſubſequuta eſt, quæ per tres integros annos per totum ferè mundum debachata eſt. Primo enim in Aſiam apud Indos paſſim per prouinciam irrepens, vſque in Britannos, & omnes gentes adeò deſæuit, vt vix decimus quiſque ex milleſimo homine ſuperſtes manſerit, & pleraque loca prorſus derelicta ſint. Florentiæ autem ſexaginta hominum millia abſumpſit. In Germania autem hoc anno tanta fuit peſtis per Europam graſſans, qualem in hiſtoriis nemo legerat fuiſſe inter mortales. Fuerant autem de ea infamati Judæi, quod eam prouocauerint fontibus infectis, & propterea cremati ſunt vbique locorum, quidam inuenti fuerunt, ceu omnium maleficiorum authores, atque in Hiſpania de veneficiis conueniſſe. Item de nece multorum puerorum, de falſificatione ſuper debitis inſtrumentorum & monetæ, vnde plebs furẽs omnes traxit ad ſupplicium. Cremati multis ſunt in locis Judæi, & cum euadere ſe non poſſe viderent, incluſerunt ſe in domibus, & ſeipſos cremauerunt vna cum locis vicinis. Dicitur Moguntiæ hinc tantum excitatum ignem, vt magna campana in Eccleſia ſancti Quintini ex igne defluxerit, etiam inuenti fuerunt ſacculi in fontibus veneno pleni, quapropter fontes & putei obſtruebantur, & loco aquæ putealis, homines vtebantur aqua fluuiali & pluuiali. Multi etiam ex Judæis vtriuſq; ſexus baptizati ſunt, pauci amore Dei, ſed potius timore pœnæ. Ciuitates Imperiales diruerunt domos Judæorum, & ex lapidibus earum, atque cæmiteriorum ipſorum conſtruxerunt turres & muros. In ſumma, omnia erant plena tumultibus propter Judæos.

OCtauo Calend. Febr. in Norico quà Pannoniæ, Illirico, Dalmaciæ, Carnis, Hiſtriq; contiuna- 1349

tur, maximus terræmotus, veſpertinusq; fuit, durá bat, nec ante dies quadraginta ſiſtebatur, varieq terra quatiebatur, miraq; edebantur opera: Mora uia Boiaria ſuperior ſenſit: ſex atq; viginti vrbes & caſtella proſtrata eſſe, in acta eius anni relatum eſt, homines cum pecoribus interierunt. Mœnia, tem pla, ædes ſubuerſa ſunt, totæ vrbes corruerunt, vr bibus deuoratis, agrorumq; tractu hauſto, villæ eli ſæ, animalia permulta, quæ intra fuerant, exanima ta ſunt, hiatus ſubſequutus, partim remanſit, partim cuncta ſorbuit, ita inducto ſolo, vt nulla veſtigia ex tent. Quinquaginta amplius homines vaccas villi cas mulgentes, cum vaccis extinctos diriguiſſe, & corpora à Spiritu terreno in ſalarias ſtatuas redactas apud Charinos. Hæcq; ſimulachra ſibi & Cancella rio Auſtriaco conſpecta eſſe, refert Conradus de Meydenberg eius tempeſtatis inſignis Philoſophus & Mathematicus, ſæuiſſima mox in vniuerſum or bem terrarum graſſabatur peſtilentia, pleriq; mor talium extincti ſunt, quarta pars vix ſuperſtes fuit, & ſubitò lue rapti, dicto citius interiebant, pueri puel læ læti mira referentes, animam afflabant, pagi, vici, ad ſolitudinem redacti ſunt, quidam iræ cœleſti hæc attribuebant, vulgus à Judæis fontes in perniciem populi Chriſtiani intoxicatos credidit, quamobrem in pleriſq; vicis, oppidis, Judæi igne concremati ſunt. Duodecim millia Judæorum pœnas crudeliter de diſſe in regionibus dictis, horum temporum ſcri ptores referunt. Bueſſarii (vulgò Pœnitentiarii di cuntur) tum hominum genus dirum, ſuperſtitio ſum ſubitò apparuere, quingenti nonnunquam, ali quando mille viri, mulieres contiolabant, oppida tim bini procedebant, nudi ſupetiora vſq; ad vmbi licum ſe verberibus duriter cædebant, tot dies quot quiſq; annos natus erat. Sanguine quoq; pluit hiſce diebus, & riui cruenti manarunt. Apud Kelhaim in

ripa

ripa Danubii torrens sanguinolent⁹ (qui iuxta conscios secretorum naturæ nil aliud est, quàm vapor vvidus, qui confusus halitu terreno igneoq; rubescit) erupit, nunc temporis ad rei memoriam extat ibi templum lapideum, cui est à sacro sanguine cognomen.

VIlacum Germaniæ vrbs terræmotu corruit, & per Pannoniam atq; Italiam nonnullæ ciuitates nutarunt, in quibus multa ædificia funditùs corruerunt. Philippus Francorum rex obiit, & Joannes primus filius eius regno successit. Jubilæo Romæ celebrato, vix decimus ex mille, peste superstes fuit. Gunther comes Schvvarceburgensis Imperator factus Francofordiæ veneno periit. 1350

COmetes sub ipso Septentrione, mense Decembri apparuit, quo extincto graues ventorum æstus subsecuti sunt, & cœlestis trabs priore ardente parte per cœlum labi visa. Lodouicus Philippi Tarentini principis filius, postquam contra Ludouicum Pannoniæ regem Apuliæ regnum obtinuit, atque Clementis Pontificis nomine Neapoli inunctus, regiam potestatem accepit. Præterea hoc anno Frignanus Mastyni filius ex pellice natus, dum pater Belzamum Teutonicorum oppidum recreandi animi causa se contulisset: conspiratione inter ciues excitata, ipse vrbis dominium occupauit, & Canem ipsum patrem cum omnibus aliis filiis exclusit. Canis verò aliorum auxilio adiutus congregato exercitu vrbem obsedit & post multas oppugnationes demum recepit, & de ipso filio Frignano aliisq; seditiosis ciuibus supplicium sumpsit. 1352

COelestis flamma post Solis occasum inter Zephirum atque Austrum latissimè excrescens, terribileq; ostentans incendium, tandem murmure magno per cœlum ruit. Anno item proximo flamma cœlestis longum per se trahens extinctum licui- 1353

rem à Septentrione in austrum repetè ferre visa. Infinitus prope locustarũ numerus in Africa Cyproq; apparuit, quæ herbarum & arborum depascentes succos, magnam frugum sterilitatem fecere. Solis eodem anno magna est facta defectio. Joannes Vicecomes Mediolanensium præsul & bellicosissimus tyrannus moritur. Marinus Valerianus Venetiarum Dux, cum vsurpare sibi vniuersam Reipublicæ licentiam quæsiuisset, securi percussus dignum suæ vitæ exitum inuenit.

1356 IPsa die S. Lucæ Euangelistæ, hoc anno per Germaniam factus est horrendus terræmotus, in quo etiam Basilæa Rauracorum decies grauissimè concussa est, circa horam autem noctis vndecimã templum Cathedrale, ac multa alia vrbis ædificia corruere diuersis in locis, in quibus circiter 100. homines miserè periere. Ortum est etiam (ne vna calamitas sola esset) perniciosum vrbis incendium, quod cum nulla ratione extingui posset, aliquot diebus edax flamma impunè (quasi in ciuium perniciem coniurasset) hinc inde vrbem magno incommodo affecit. Liechstallum oppidum quod duabus à Basilæa milliaribus distat, eodem tempore corruit, cum multis finitimis Ecclesiis. Corruere etiam ad aliquot milliaria diuersi generis arces, vtpote Homberg, duę Telsperg, 3. Vvartenberg, Farnsperg, Gilgenberg, Münchensperg, Leuvvenberg, Herrenberg, Mersperg, Tierstein, Leuvvenstein, Bischoffstein, Vvildenstein, Neuvvenstein, Engenstein, Richenstein, Birsseck, Hagenbach, Brombach, Froburg, Haselburg, Landoser, Munstral, Steinbrun, Biettingen, Hertvviler, Dorneck, Pfefficken, Büren, Landtskron, Münchenstein, Vvaldeck, Berensels &c.

1357 SIc etiam in Hispania & præcipuè Sibyliæ & Cordubæ plurima ædificia terræmotu conciderunt.

Angli

Angli à Petilani agri hæreditatem per Iuuenem exem rapti regem cum Philippo filio capere. Eodem patrono anno Sidonius Apollinaris Claudiopolitanus Carmen de Panegyrico Anthemio Augusto dicto, & Romæ recitato Regem capi non potuit à Claudio Paterio patrono, & Tetricum in urbe Caesarea à Calonio Callisiano.

Eundem magno agrarum in Syria. Iulium 138
Cæsar Iudæam de Cornificio Gallo dat. Cornificius ei bellum Acontius pellit, ut ego conicio, Iulium Alexandrum, qui Iudæam Cæsaris nomine tenuit à Cornificio.

Vae sint dies festivi, tanta fuit pervasa 139
per Germaniam libido cruenti, ut magno numine prospexerit, qui bellum, quo pridie nullis facilis hominibus in Germania. Euenit autem Germanicis bellis, ut Romani ad Rhenum plus clades obtulerit fortuna, quam victoriæ: & opulentiam eius plures rebus quæsitam, quæ perirent, ciuilibus.

Hadgelo per Hadarrum tum ciuitatem 140
Syriæ, vrbibus tum commercium eligentem, vrgente Iudæa bellum excitat. Eodem anno Iugurtha Numidiæ rex Romam ad Senatum, ut Augustum accusaret, Mauros bellum facturos nuntiat. Sempron.

Hæc primum ciuitas Romanis bellum 170
fuit, quæ omnes annos bellum facit. Reliqui enim ut ex tempore quisque, ita quæque gentes aut ciuitates, quæ ciuiles vrbes vicinæ, quæ ciuiles contentiones exercebant. Ita Senonibus Italicis Romanis bellum fuit, quia ciuitas Senonum Romanis bellum fecit. Cumanis quia Cumani bellum fecerunt.

1371 COelum tota nocte crebrò ardere visum. Sydus crinitum effulsit. Carolus quartus Romanorum Imperator migrauit ex hac vita. Clades ingentes subsequutæ. Ciuitates Italiæ Florentinorum ductu à Pontifice Romano pleræq; defecerunt.

1374 BAsileæ Rauracorum doleatoris cuiusdam seruus, ob furtum apud Magistratum accusatus, atque lata sententia in patibulo suspensus est. Verùm cum paulò pòst iudex à carnifice interrogatus, num latæ sententiæ satisfactum esset. Judex satisfactum coram omni populo (vt fieri solet) affirmauit, ac suspensum iterum deponere iussit, vt facto sepulchro terræ mandaretur. A patibulo igitur in feretrum depositus, dum ad sepulturam defertur, reuixit. Verùm ciuis qui suspensum accusauerat ob furtum sibi ablatum, dum fraude ac fuco non casu hoc accidisse iudicat, indignabundus carnificem confodit, & sic suspendens in suspensi sepulchro tumulatus est.

POsnaniæ basilica cum adhærente sibi turre, dextra de cœlo tacta, ita vt perrupto culmine, & angulo turris, parua fissura facta in fornice, in sacellum regium fulmen penetraret: ac cæteris rebus intactis, solas Præmislai regis, & Rixæ vxoris eius imagines confringeret. Hoc anno in Polonia & Posnaniæ pestis mirum in modum grassatur. Zemouitus Masouiorum Dux, diris deuotus, quod non bonorum ecclesiasticorum inuasores exercuisset. Iaroslaus postea diem suum obiit.

IN Heluetia fluuiorum diuersorum inundationibus, multa depopulata sunt. Rhenusq; fluuius adeò intumuit, vt suo impetu Basileæ Rauracorum duo pontis iuga auexerit, atque inferioris Germanię vrbes multis damnis affecerit. Eodem anno locustarum inæstimabilis multitudo mense Augusto ab Oriente veniens totam fermè deuastauit Galliam,

quæ

quæ maiores erant quàm cęterę locustæ, habebantque sena alarum remigia, & mirum dictu est, vt castrorum acies, distinctis ordinibus per aëra ferebantur, vel terræ incumbentes castra metiebantur. Duces cum paucis exercitum itinere vnius diei præibant, quasi loca apta multitudini prouisuri. Circa horam nonam vbi Duces pridie venerant, insidebant. Nec à loco occupato mouebantur, quousque Sol suum repræsentaret ortum. tunc per turmas suas proficiscebantur, vt in paruis animalibus disciplinam militarem cerneres. Segetibus vescebantur, quæ ab eis ita depastæ sunt, vt veluti immani tempestate consumptæ viderentur, spacium diurni itineris quatuor aut quinque milliaribus extendebantur. Peruenerunt autem vsque ad mare Britannicum, superficiem terræ cooperientes, in quo, dante Deo, violento ventorum flatu impulsæ, atque in profundum asportatæ, demersæ sunt. Æstu verò atque refusione Oceani reiectæ, littora maritima repleuerũt, tantaq; congeries facta est, vt instar montium cumulatæ coaceruarentur. Ex eorum autem fœtore ac putredine aër corruptus diram pestem finitimis generauit, ex qua multi perierunt. Fames maxima Italiam annis duobus pressit.

CAlendas Junii, magnus atque horrendus ter- 1387
ræmotus fuit in Heluetiis, vbi etiam paucos post dies, ingens circa Solem circulus diro aspectu visus est. Sequuta sunt diuersi generis bella, fames, ac pernicioſæ hinc inde inundationes, quæ incolis damnum inferebant.

ORtis in Heluetia multis inundationibus, Rhe- 1378
nus Basileæ lacerans Rheni pontem, duo eius juga quibus fulciebatur, auexit. Birsus præterea ibidem adeò intumuit, vt in foro piscario cimbis hinc inde ac nauibus ab vna domo in aliam ciues vehe-
rentur. Eodem anno bombardarum machina-

rum bellicarum vſus à Monacho Germano inuentus eſt.

1381 IN Anglia ſubitò ortus eſt terræmotus, quo multa paſſim ædificia corruerunt. Hoc anno ſequuta eſt ſub Richardo ſecundo Angliæ rege, pernicioſa ſeditio. Totus Occidens ciuilibus odiis gliſcebat, tota Anglia peſte mirum in modum afflictata, magni motus fuerunt etiam in Flandria ob noua vectigalia à Ludouico Comite mercibus impoſita. Altercationes pernicioſæ, non ſine mutuis odiis factæ ſunt, inter Vrbanum VI. Pont. Rom. & Cardinales Gallos numero 13. ob Pontificis electionem, quam non ritè factam arbitrabantur.

1389 EO anno quo inter Venetos ac Genuenſes (qui denuò arma reſumpſerant) pax certis conditionib. facta eſt, eo ipſo die quo pax firmata, infans natus eſt cruta brachiaq; quaterna habens, vixitq; quoad ſit ex ſacro Baptiſmi fonte ſublatus. Leopoldus Dux Auſtriæ ab Heluetiis victus, magna cum nobilitate occubuit. Galeacius vicecomes Mediolanenſis, interfecto Barnaboue effertur.

1391 COmeta apparuit, qui Verù appellatur, ſatis ſingularis cum coma & radiis ſurſum erectis, capite deorſum pendente. Hunc inter cæteros Cometas qui apparere ſolent, aſtronomi peſſimum dixerunt. Sed quia non manè ſed tempore veſpertino apparuit, ſignificabat tardè euentura illa quæ communiter mox eueniunt. Fortaſſis idem ipſe eſt quem ſub Carolo ſexto Francorum Rege, in Septentrione apparuiſſe Gaguinus lib. 9. de Francorum Regibus memoriæ prodidit. Eodem anno 22. Martii, grauis terræmotus concuſſit Heluetiam. Septem annorum pax inter Duces Auſtriæ ac Heluetios in viginti annos extendebatur. Proximo verò anno, clades Sigiſmundi Hungariæ Regis cum Gallis fuit.

In

IN Gallia Belgica non longè ab vrbe Leodio, con- 1391
ſtanti fama geſtum ferunt, ꝙ Æneas Syluius, qui deinde pius Pontifex dictus eſt, in ſua Europa literis mandauit. Nidum ſiue in arbore, ſiue in rupe falco ſibi parauerat, ouaq; fouens pullos auidus expectabat, hunc corui ſuperuenientes loco deturbauere, ouis eius effractis ac voratis. Spectauerunt id è proximo bubulci, fugientemq; trepidum falconem annotauere. Poſtridie (mirabile dictu) falcones coruiq;, quaſi ex toto orbe ad pugnã vocati, iſti Septentrionalem, illi meridionalem partem tenentes, ordinatis aciebus, & tanquam rationis capaces eſſent aliis qui cornua obſeruarent, aliis qui media ducerent agmina diſpoſitis, atrox ac ferociſſimum prælium in aëre commiſerunt. In quo cum modo corui, modo falcones cederent, & iterum reſumptis viribus, certamen inſtaurarent, totus vndiq; ſubiectus ager & pennis & cadaueribus obtectus eſt. Ad extremum victoria penes falcones fuit, qui non ſolum roſtris, ſed etiam vnguibus acerrimè decertantes, coruos omnes ad internecionem deleuere. Exin paruo tempore interiecto, cũ duo de Leodienſi Eccleſia contendentes, alter à Gregorio XIII. alter à Benedicto XII. in Epiſcopum electus: erant enim inter illos de Romano Pontifice diſceptationes, & ambo cum copiis in eundem locum pugnaturi venerunt. Joannes Dux Burgundiæ alterum armis iuuit, alterum Leodienſis populus ſequebatur. Pugnatum eſt collatis ſignis, ſumma vtrinq; contentione, horrendum cruentumq; prælium factum. In quo tandem victor Joannes Dux triginta millia hoſtium cæſit.

IN quadrageſima apparuit horribilis Cometa lõ- 1400
gam habens caudam. Sequutæ ſunt ingentes calamitates, varii & inauditi morbi. Homines correpti ſunt puſtulis quibuſdam, leproſi nolebant,

vt hac multa alterâ cum ipsis confecerint. Sed hortabar eos. Hoc annum esse Saturninum. Sequenti vero anno pejora fore. Et tamen ex Alphas Prutenicis quibus ea vtebantur, magnam iacturam malorum abesse. Ita demum fundo, quin Alsatum filium Boethi nequaquam

1602 Cimbrum, quem Nobilem vocant, in Scholam Caroli vetus academiæ, mox inclinatis in te vita nullum habiturum. Si autem Saturnum ceteris præsentem crudelissimo Tarandum Saturnum ceteris præsentem, & in Tarandum & Saturnum ceteris præsentem, & in Tarandum & Saturnum ceteris præsentem, & in Tarandum &

quatuma brachia, totidem manus & pedes habuit. Et Hebræa tamen inſcriptione asinum ſignificat, uti ex eodem alio, ſibi ſplendor obtrudit, cum barbaſcholaſtici Latinitas Aquilam ex ea interpretati eſſe dixit. Hadrianus etiam, Romam occupaturi Turcæ, ſomnium ſuum ſimile ſomniarunt. Nam

Augufti hoc Romæ templum Adriano in templo Carthaginis duo cum tertio ſupra campanilia erecta, ſimilitudine ſua, Turcicum fuiſſe & exhauſtum grande denotant, in cubitus & brachia autem tot cum totidem capitibus, & Turcharum carnem pauci ex priſtinis ſeſſitarunt. Vici quippe Turcæ, & ſuperbi, ſed ſuperbiæ ſuæ ſupplicia. Atque quidem ſuperbiæ ſuæ ſupplicia ex ſuiſpectant eſt.

Pergens ſcilicet Sulla ſtatu ferus poſt proſcriptis 1493 Claudii Iulii. Iuuenes Mali ſtatim in eſſentiam veritatis adeuntibus Pontificum, cuncta ſimul ſuperbiæ duabus, acſibus à Sigiſmundo Vngariæ Regeadmonitis Conſtantinopolitanis Turcharum ſuperbiæ conſiſtentem conſultus eſt, & ſuperbiæ ſuæ ſupplicia. Ex quibus ſuperbiæ ſuæ ſupplicia ſuperbiæ ſuæ ſupplicia ſuperbiæ ſuæ ſupplicia

rium Romanum contra Bohœmos quasi hęreticos, bellum suscepit, auxiliantibus Tigurinis ac aliis quibusdam Heluetiæ ciuitatibus.

DEcimotertio Calend. Decembris noctu subitò Oceanus ventis fluctus & procellas tollentibus, inundauit, vniuersam Suithollandiam aquis operuit, pecora simul & homines interiere, pagi tribusq; ecclesiasticæ, quas Parrochias nominant, amplius septingenta cum templis, collegiis, monasteriis, sacerdotibus, monachis vnda obruti sunt. Sigismundo Bohœmiam repetente magno cum exercitu, arx Zollerensis per integrum annum à ciuitatibus imperii obsessa, dedita ac destructa est. Bellum inter Bauariæ Duces fuit.

1422 MAxima Tyberis exundatio. Mox concilium generale Papiæ indictum, ac deinde Senas translatum est.

1424 VIgesimaquinta Julii tanta est facta Rheni inundatio, vt Basileæ in ipso Rheni ponte manus lauare ex profluente licuerit: vbi etiam pontis ædificia magna lapidum mole ædificata auexit, & minoris Basileæ mœnia superauit. Eo anno Basilienses cum 1000. selectissimis militibus ad Ludouicum Palatinum Rheni contra Marchionem Badensem profecti sunt.

1427 HYems sine frigore, qua circa festum Nicolai arbores & fruges floruerunt, sequenti æstate pestis vehementissima inualuit. Veneti cum Florentinis fœdus iecerunt. Carnignola ad Venetos defecit.

1428 DEcimotertio Decembris, Basilæa Rauracorum terræmotu iterum adeò fuit concussa, vt non tantum domorum tegulas de tectis, sed magnam etiam caminorum partem in terram deiecerit, aliquotque in vrbe ædificia lacerauerit. Niuis deinde copia per Germaniam quædam ædificia in terram prostrata

strata sunt. Eo anno Joanna puella 20. annorum arma arripiens Carolum Regem Francorum septimum, contra Anglos ac Burgundiones magnificè defendit, capta tandem ab Anglis Rotomagi crematur.

ALbis hoc anno bis effluit. Sexto Cal. Martii alueus Misenæ pontem superat, quæ inundatio durauit quatriduum. Iterum XI. Cal. Augusti cataracta cœli totum pontem euertit, muros meridiem versus deiicit, durauit ea vis aquæ vsq; ad diem quintum. Fit harum inundationum mentio in Vandalia Crantii,& in Georgii Fabricii Chemnicensis Misniacis. 1432

MAgna Solis facta est defectio. Paulus Guinisius qui Lucæ dominabatur, dolo suorum captus ad Mediolanensem Ducem deducitur, & vnà cum filiis diuturno carcere maceratur. Mediolanẽsis classis Genuæ comparata in ipso quoq; Genuensium litore Venetis Florentinisq; superantib. profligatur, vndecim nauibus longis in fuga interceptis. 1432

WYlæ in Turgauiæ oppido vitulus biceps procreatus est, & eiusdem oppidi portis per dies plures, spectaculi gratia, affixus est. Eodem anno in Turgauia fame laboratum est maximè & adeò quidem vt eius earuium ciuibus à sacerdotibus contra leges ac cæremonias pontificias sit diebus ieiunii concessus: quo latrantem fame stomachum facilius reconciliarent. Vnde etiam Constantienses 1700. personas publica eleemosyna singulis diebus ex Turgauia aluere. 1433

IN Polonia Cometes non obscurus, plus q̃ per tres menses pernox, face ad occidentem versa, comparuit,& eo anno Vlatislaus rex obiit. In Germania secuta quadriennis frumenti penuria. Eodem anno nascitur Henricus postremus Friderici Saxo-

niæ Ducis Electoris filius, qui obiit adolescens. Cõcilium Basilienſe auſpicatum. Sigiſmundus Vngariæ rex Imp. Rom. iamdudum factus hoc anno ab Eugenio Pontifice coronatus eſt.

HOc præterea anno contigit, mirum dictu, ꝙ Æneas Syluius in ſua Europa ſcribit. In agro enim Bononienſi pirum quandam aridam ex minoribus formicis paſtus cauſa, complures aſcenderant, ſuperuenere maiores non paruo numero, quæ illas partim occiderunt, partim deiecerunt. Poſt duas fermè horas, tanta minorum formicarum vis exorta eſt, vt totus ager nigro tectus agmine videretur. Acceſſere ſtipatæ omnes, & arboris vndiq; ſtipitem circumdantes paulatim aſcendere cœperunt. Maiores formicæ vbi hoſtes adeſſe animaduerterunt, conglobatæ ſupernè pugnam expectauerunt. Poſtquam ſimul acies conuenere, commiſſo prælio maiores morſu rabido, modo illas modo iſtas è minoribus interemere, totasq; breui ſpacio confecerunt, vt cadentium morientiumq; cumulus, ad piri radices non paruus in terra ſuccreuerit. Sed cum pertinacius inſtarent minores, ſemperq; acies aciem premeret, vigintique aut plures vnam ex hoſtibus circumdarent, & à tergo & à fronte pugnantes, vndequaque latera confoderent, victæ tandem maiuſculæ, & ad vnum omnes necatæ, illati prius temerè prælii pœnas dedere. Hæc acta ſunt ſpectantibus Romanæ Eccleſiæ copiis, cum Petri Cathedram Eugenius quartus teneret.

1434 ITerum in Germania ripam tranſcendit Albis 8. Calend. Julii, multorum pecorum hominumq; ſtrage & interitu. Jan. Viteleſcus Patriarcha, Romam omnemq; Eccleſiæ terram recepit. Vnde Genuenſes ſpreto Philippo, ſe in libertatem vendicarunt. Genuenſes Alphonſum captum Philippo Mediolanenſi mittunt, qui illum liberè dimiſit.

In

IN Heluetia prope caſtrum Mellingen in fluuio Ruſa viderunt incolæ cruoris riuulum erumpentem. Sequutum eſt per Heluetiam epidimia labes, quæ Tiguri breui circiter 3000. homines abſumpſit. In aliis vero eiuſdem regionis locis dira incendia, aliæque calamitates ortæ ſunt.

SIgiſmundus Vngariæ rex ac Germanorum impe- 1337
rator cum Vlmam Sueuorum magna ſolennitate ingreſſus eſt. Eodem die quoddam genus piſcium Vngaricorum in Germania incognitum à piſcatoribus ad imperatorem delatum eſt. Miratus eſt imperator. Hi ſunt inquiens, regni Vngariæ veri regnicolæ nobis obuiando cateruatim occurrentes, ac nos in regnum noſtrum requirendo nunciantes. Ipſo autem imperatore inde recedente, piſces diſparuerunt, & nunquam in Germania poſtea viſi ſunt. Sigiſmundus vero eodem anno die Lunę vigeſimonono menſis Decembris defunctus eſt.

COmeta in Polonia apparuit. Functius in conci- 1439
lio Baſilienſi contra Eugenium quartum hoc anno pontifex creatur Felix quintus Conſtantiæ ad lacum Acronium decem menſibus peſte 400. hominum perierunt.

IN eccleſia Thuricenſi apud Heluetios Cathedrali, 1440
duodecimo Septembris in ipſa eccleſiæ dedicatione, auditus eſt ingens ſtrepitus ac clangor incerto authore. Secutum eſt bellum Tigurinum cum Suitenſibus ac Glaronenſibus.

TErræmotus Poloniam, Hungariam, & Bohe- 1443
miam vaſtat. Alphonſus Arragonum rex Neapolim cepit, & Apuliæ regnum obtinuit pulſo Renato. Ladislaus Vngariæ rex Hunadis auxilio Turcas vicit, & anno ab hoc altero à Turcis cæſus interiit.

HOc temporis tractu Cometa ſolſtitio æſtiuali 1444
viſus, mentes mortalium perterruit, excidia,

bella, cladesque futuras portendit. In Boiaria rubigo, cœleste frugum malum, nullo minus noxium, silginem exussit. Erucæ dirum animal visæ, quæ erodunt frondem & florem arborum, & depastam arborem turpi facie relinquunt. Romæ quinto decimo Cal. Octob. pons Tyberinus corruit, aquis obruti interierunt quingenti sexaginta homines, qui eo Sæcularibus ludis, quos Nicolaus contra decretum Constantiensis senatus aperuerat, confluxerant.

1444 IN Rauracorum agro circa leprosorium S. Iacobi, prope Basileam, magnus armatorum atque confligentium strepitus, clamorque bellicus ad triginta noctes continuas sine authoribus auditus est. Post menses igitur duos, Ludouicus Delphinus magno Armeniacorum exercitu ad dissipandum Basiliense concilium irrumpens, cruentissima cum Heluetiis, eodem loco quo ante strepitus nocturnus auditus erat, strage conflixit. Eodem anno medio mense Augusto, in montibus & pascuis intolerabiles & grandes niues vltra triduum durantes violenter irruerunt. Multa pecora frigore perierunt. Basilea iterum terræmotu vigesimo Nouembris, in festo S. Andreæ concussa est.

1445 ALbis inundans prid. Id. Maii, multas villas perdit, ex agris greges & armenta abripit.

1446 DEcima septima Aprilis mare in tantam rabiem excitatum fuit, vt post Dordracum eruptionem sibi fecerit, dissoluerit factos aggeres, liberumque in terram acquisierit ingressum, perdiderit terras & homines, oppida & vicos, submersæ tunc fuerunt sedecim Parochiæ, & interierunt circiter centum millia hominum vna cum pecoribus, & rebus suis, sensit tunc Dordracum non vulgare malum. Fridericus tertius Romanorum imperator Heluetiis bellum indixit, cui ciuitates imperii, quia res tota ad domum Austriæ & non ad imperium pertinebat, auxilia denega-

negarunt. Eodem anno ars Typographica in Germania inuenta est, præclarum Dei donum, quo non minus religionem quam omnia artium ac facultatum studia in primis promouere Deo placuit.

VIcesimo septimo Ianuarii circa Zofingen, Lenzburg, Sutsee, Araw intempesta nocte est visa instar meridiani diei fulgurosa claritas ad moram vnius horæ, intonantibus, fremendis tonitruorum coruscationibus, & ventorum validis concussionibus: mox iterum tenebræ secutę sunt. Primo Februarii in oppido Sursee, dum homines primo diluculo ecclesiam visitarent, in cæmiterio & alias in duabus domibus, multum coagulati sanguinis reperierunt. Februarii tertio die in monasterio ibidem vicino Eberseg prope Sursee mane ambitus monasterii plenus iacuit mortuorũ cadaueribus, quo tremende cognito disparuerunt. Item mense Iulio quidam Suitenses circiter viginti de oppido Zug exeuntes, Thuricensibus damnum illaturi, Merops auis duobus præ cæteris præeminentibus appropinquabat, & capitibus eorum morsu cohærens continuo, insedere laborabat, qui violenter ipsam abiicientes, & demum occidentes, versus montem pergebant. Thuricenses in insidiis latitantes, eos aggressi duos illos interfecerunt. In fine huius anni die videlicet Mercurii, post natiuitatem Christi Basileæ Rauracorum Birsus fluuius, adeo suo impetu vrbem inuasit, vt in foro piscario sex domorum ædificia cum multis bonis auexerit. 1446

IN Germania circa diui Georgii festum, ex crebrioribus niuibus decem dierum spatio omnia ita glacierum asperitate obducta sunt, vt frigidissimam alioqui hyemem facile superarent, quæ tamen, mirum dictu, terræ fructibus nequaquam 1447

obfuerunt. Eodem anno bellum inter Albertū Marchionem Brandenburgenſem & Noribergenſes ortum eſt, in quo principes Marchionem, ciuitates vero imperii Noribergenſes defendebant. Inuicem autem plurimæ cædes, rapinæ, atque pernitioſa incendia facta.

1448 NEapolis in Campania, nobilis illa & vetuſta ciuitas, quæ olim Parthenope appellata eſt, paſſa eſt horrendum terræmotum, in quo aliquot millia hominum perierunt, & graue damnum ſuſtinuerunt. In Sueuia ac præſertim circa Auguſtam Vindelicorum ingens grando circa diui Matthei feſtum bis in die ingens damnum dedit, cum lapides ſua magnitudine gallinarum oua longe ſuperarent. Ortum eſt in Heluetia bellum inter ducem Sabaudiæ ac Friburgenſes. Rinfelda ciuitas à nobilitate Auſtriaca aſtu capta eſt. Caſimirus Poloniæ rex in feſto Ioannis Baptiſtæ in regem coronatus: ac Chriſtiernus comes Aldenburgenſis, in Daniæ ac Nortuegiæ regem electus eſt. Anno vero proximo Tartari Podoliam ac Ruſſiam inuaſerunt.

1449 QVarto Calend. Septemb. diei hora ſexta, ſolis facta eſt defectio. Alphonſus Arragonum, Apuliæ & Siciliæ rex obſidione Plombini maritimi oppidi ſuper tres menſes fatigatus, cum ex ſuis multos amiſiſſet, & cæteri labore & æſtu maxima ex parte languidi, imminentem Florentini populi exercitum formidarent, obſidionem diſſoluit, & totum exercitum in Romanum agrum reduxit. Franciſcus Sfortiæ filius Mediolanenſium copiarum dux, Venetorum exercitum in quo quindecim fere bellatorum erant millia, non longe à flumine Addua iuxta Carauazium oppidum ſuperat.

1449 TErra non vno in loco valide commota eſt, quibus acceſſit terroribus minaciſſima prædicatio Roberti Minoritanæ obſeruationis. Nunciabat is Roma-

Romano populo cæteriſq; Italiæ populis iratum numen, cuius voce prophetica tanquam è cœlo miſſa, tota commota eſt Roma, aliæq; ciuitates quam plurimæ, in quibus ſupplicationes ad deorum iras placandas inſtitutæ ſunt. Amadeus dux Subaudiæ, qui in Baſilienſi concilio in Pontificem maximum electus erat, Friderici Cęſaris autoritate motus, ob publicam pacem honori renunciauit, ac ſe in monaſterium contulit. Quare ſublatum eſt ſchiſma quod decem iam annis durauerat. Tartari Poliam & Ruſſiam populantur, occupatis Polonis bello Valach.

EQuuleus anno Iubileo ante portam apud Vrbe- 1450
tellos, quæ Romam vergit, prægnans, frequenti aſtante populo dum pareret expirauit. erat autem Hermophroditus, quamuis fœminei ſexus nullum in eo veſtigium cerneretur. Mox oppidum à Iacobo Picinino per proditionem (in bello Senenſium) captum, & multum in eo bello hinc inde cruoris effuſum eſt, multiq; in perpetuum exacti exilium. Angli à Francis ad Formianum victi. Normannia vniuerſa poſt triginta annos demum in Francorum poteſtatem rediit. Angli Aquitania expulſi.

BIzantium antequam in ponto ab immaniſſimis 1453
Turcis, terra mariq; oppugnaretur, compertum eſt apud Comum citerioris Galliæ vrbem, vergente ad occaſum die ingentem canum multitudinem per aera ferri, poſt quam diuerſorum pecorum armenta, ſpecies peditum, primo leuis armaturæ, deinde haſtatos ſcutatoſq; ſubſequi, equiteſq; in turmas diuiſos ingenti inſtructa acie proſequutos, horis fere tribus imaginem aduentantis exercitus prębuiſſe. Quo de prodigio copioſe Alex. ab Alex. libro tertio capite decimoquinto. Eodem anno Vngari Bohemi ac Morauii Fridericum Imperatorem in Noua ciuitate Auſtriæ obſederunt, regemq; eorum Lanislaum ab eo receperunt.

1456 VAria ſunt nunciata prodigia. In Sabinis mẽſe Februario vitulum capitibus duobus, Romæ ſanguinem apud Veneris portam, in Liguria autem carnes pluiſſe referebant. In agro Piceno eodem tempore, ortus infans dentibus ſex, facie inſolitæ magnitudinis, futuræ calamitatis, quæ poſtea ſecuta eſt magna profecto indicia. Militum quorundam in Auſtria conſpiratio orta eſt, qua decem annis Auſtria mirum in modum vexata eſt.

INter Florentiam & Senam apud oppidum quod Caſſiam appellant, anno poſt Iubileum ſexto, viſæ ſunt nubes viginti cubitis à terra ſublimes, inter ſe mirabili ventorum impetu agitatæ, depugnare, & alteræ alteras pellere & mutatis ſæpe vicibus pelli quæ pepulerant. Interea ſumma & incredibili ſpiritus violentia domorum tecta per inane iactari, muros deiici & ſaxa ingentia loco moueri, vetuſtiſſimas oliuas & antiquiſſima quercuum robora radicitus conuelli atque confringi, homines & iumenta non paruis ſpaciis per cœlum ferri, ac raptari. Æneas Syluius in deſcriptione Europæ cap. 54.

1456 MEnſe Iunio Cometes gradu decimoquinto Cancri in oriente per menſem viſus. Auguſto menſe ventorum vis ingens in Florentino ac Volaterrano agro, plures villas diruit, Caſſianumque oppidum magna ex parte deiecit. Terræmotu Campaniæ, Samnitum, Apulorum, Polignorumque vrbes omnes multis cum oppidis contritæ, plurimæ funditus euerſæ. Mahumetes Turcarum imperator contra Chriſtianos exercitum ducens, ad Taurinum oppidum, quod nunc Albam vocamus, ad confluentes Sauum Danubiumque ſitum, fugatus, caſtriſque exutus eſt.

1457 AD lacum Benacum (haud procul à Salodio) mons magna apertura ad imum dehiſcit. Cometes quem nigrum appellant Iunio menſe, gradu vige-

vigesimo Piscium per mensem visus. Venetiis patricii nonnulli ambitu damnati. Alphonsus Arragonum & Siciliæ rex classem triginta triremium Genuam ad exules reducendos parans aduersarios confregit. Petrus de Monte Brixiensis præsul Romæ moritur. Ladislaus Vngariæ rex dum se ad nuptias parat, veneno extinguitur. Christiernus Daniæ rex, Suetiæ regnum suis adiicit. Casimirus rex Mariebur-gum occupat.

VEnetiis magna est atque crudelis orta tempe- 1460
stas, in qua turbo insolitus, naues pleraſq; intra ipsas pene domos submergit. Et eodem anno Mahumetes Turcarum imp. expulso Thoma Paleologo & fratre secum deducto, Peloponnesum occupat: & Trapezuntio rege capto & interempto Pontum obtinet. Et proximo anno Genuenses electo Prospero adurno principe à Gallis deficiunt.

IN Polonia minore quadam die sol, cum ad occi- 1462
dentem vergeret, plus quam duabus horis imago Christi crucifixi, cum gladio ab occidente, ad meridem in aere tendere visa est. Caput siue calua diui Stanislai aliquoties dum in solenni supplicatione circumferretur, sudasse dicitur. Hoc anno sequuta sunt duce Borruoio Scrimino, grauia latrocinia pur Poloniam. Gandauenses Sambiam vastarunt, & Pomerania multis aduersis rebus vtrinque vexata Securum est etiam prælium cruentum à Polonis ad Puscum factum, & alia mala quamplurima.

QVinto Decembris circa horam noctis vndeci- 1466
mam in regno Neapolitano, Apulia, ac Beneuento tantus factus est tetræmotus, vt templa deorum, Palatia, aliaque ædificia multa, magna hominum & animalium strage deiecerit.

SEptimo Augusti apud Heluetios in Walesia ma- 1469
gna ac insolita facta est Rodani inundatio, quæ

eius regionis incolis hinc inde multum damni intulit, pontesq; omnes non lacerauit modo, sed penitus etiam auexit. Tiguri eo anno viginti quatuor domorum ædificia diro incendio periere.

ROmæ sol trigeminus visus multorum mentes turbauit. Eodem anno Georgius Scanderbous vir bellicis artibus clarus, vi proruentes in se Turcas cæde ingenti prosternit. Franciscus Sfortiæ filius Mediolanensium dux moritur. ob Mediolanensis ducis obitum bellum excitatur in Italia ; Florentiæ enim dum primores ciuitatis de honore cõtendunt, vulgus conspirat & partibus adhæret, aliis Petro Medices Cosmæ filio, aliis Lucæ Picio fauentibus, ad arma igitur concursum, mox reconciliatis inter se Luca Picio & Petro Medice nobiles plures vrbe pelluntur. In Germania inter duces Brunsuicenses ac ciuitates Hansæ vocatæ bellum ortum. Seditiones & bella ciuilia Angliam deuastarunt.

1470 ROmæ in principio Iunii grando insolitæ magnitudinis, quorum grana vncias duodecim apperderunt, cecidit, quo anno Mahumetes Turcarum imperator cum magna nauium classe & equitum 100. millibus Euboeam adortus, Chalcidem trigesimo die expugnant. Mathias Pannoniæ rex Bohemos magno prælio afflixit. In Galliis magnum beli incendium inter Ludouicum regem & Carolum Burgundiæ ducem excitatur.

1471 IN quibusdam Germaniæ locis ex grandine lapides in terram cecidere, qui sua magnitudine anserina ouа superabant, quibus vrbes, ac aruorum sata magnum incommodum acceperunt. Eo anno rex Portugaliæ magna classe in Mauritaniam traiecit. Tingam Argillamq; oppida expugnauit.

1471 MVlier quædam Brixiæ canem, aliaq; Papiæ catum peperere, & hoc ipso anno & mẽse in Brixiana ciuitate 15. Augusti die, hora vigesima secunda,

magnus

magnus terræmotus in ipſa vrbe fuit: & adeo grandis, vt ciues ædium & mœniorum ruinam extimuerint. Quo quidem anno, & grandines multæ, ibidem & aliis multis in locis ſtrutionum ouis groſſiores cecidere.

BErnæ in Italia puella nata eſt vno capite duabus posterioribus corporis partib. totidemq; pudendis. 1472

Cometa in principio anni circa feſtum S. Agnetis apparuit, igni rutilans, crinibus longis nigrisq;, in occidentalem vergebat plagam, cuius quidem corpus primum circa Libræ principium fuit, poſtea ſe in ſeptentrionem flexit, durauit diebus 80. Verum iſto nondum diſſoluto alter apparuit, cui erat coma ignita quæ in Arietis ſigno poſita videbatur, & caudam in orientalem plagã porrigebat. Sequenti anno ſiccitas incomparabilis ſequuta eſt, & peſtis, bellaque cruentiſſima plurimis in locis euenere. Hoc anno Carolus Lotharingiæ dux apud Nanſeium peſte abſumptus eſt. At Carolus Burgundiæ dux morte eius accepta, Lotharingiam armis tẽtat. Non multo poſt, Vſſonus Caſſanus Parthiæ atq; Armeniæ rex, ad Euphratem profectus, eo conſilio vt Aſiam inuaderet, collatis ſignis cum Mahumeto Turcarum rege ita dimicauit, vt qui ingentẽ inferret & acciperet cladem. Duo enim potẽtiſſimi exercitus, duo maximi duces, in paucis diebus bis conflixerunt. Eodem tempore Alphonſus Portugaliæ rex, ſatis magna claſſe in Africam traiiciens, duas vrbes Tingin & Argillam vi cepit, oramq; Tingitanam armis ſubactam imperio ſuo adiecit. Carolum quoq; Burgundionum ducem aduerſus finitimos quoſdam populos regulosq; eo impetu mouiſſe arma, vt multorum etiam annorũ bellum excitauerit, quod nuper eius morte finitum eſt. (Cæſus autem eſt ad Nanſeium 6. Ianuarij, quo die & anno etiam ducem Mediolanẽſem in templo cæſum eſſe ſcribunt.) Hunc Cometam in ſuis commentariis

in Centum ſententias Ptolemæi nõ tantum, ſed carmine etiam doctiſſimo deſcripſit Pontanus cum iis rebus quæ ſecutæ ſunt, interpretatus eſt eum etiam Eberhardus Schleuſinger Phyſicus Tigurinus in libello ſuo de Cometis.

1473 A Eſtate ob ſiccitatem & æſtum nimium ſyluæ incenſæ, flumina ſiccata, ita vt Danubius in Hungaria meabilis fieret. Iacobus Cypri rex obiit, relicto filio infante, ſub cuius tutelæ nomine Veneti Cypri regnum occuparunt.

1474 D Ie Petri ac Pauli apoſtolorũ qui erat vigeſimus nonus Iulij, nimia ventorum vehementia in Germania multa ædificia ad ſolũ vſq; proſtrata ſunt, Auguſtæ autem Vindelicorum S. Vdalrici templum deiectum, in quo Parochus, cum triginta aliis interiit. Lacerauit tantus ventorum impetus, non tantum Germaniæ arbores ac ſyluas cum reliquis, ſed à Rheni tractu in Hungariam irrumpens, eius terræ accolas multis damnis domi ac foris, affecit. Carolus Burgundiæ rex Nuſſiam obſedit. Ludouicus Francorum rex, contra Carolum Burgundiæ ducem, primo cum Heluetiis confœderatur. Petrus de Hagenbach eques, ob ſuam tyrannidem Briſaci accuſatus, degradatus, ac poſtea, vt meritus erat, decollatus eſt.

1475 I N Veronenſi agro infans fœmina orta eſt binis genitalibus, duplici ventre, quaternis brachiis, id monſtrum parentes multum diuq; per Italiæ vrbes, quæſtus cauſa, circumtulere. Bartholomæus Pergamas dux clariſſimus eodem anno moritur. Carolus Burgundiorum dux Lotharingiam occupat. Ferdinandus Magnus Hiſpaniæ rex, Hiſpaniæ regnũ cum Alphonſo Portugalliæ rege diuidit. Matthias ac Vladislaus reges pacem firmarunt inter Vngaros ac Bohemos. Chronicon Poloniæ. Craçouia inſigni incendio deformata eſt. Eduardus Angliæ rex, à Carolo

Bur-

Burgundiæ duce in Galliam vocatus, cum Ludouico rege amicitiam iniit, ac cum eodem fœdus fecit.

LOcustæ & exundatio Isulæ, totam vastauerunt Poloniam. Hoc anno ipso in Franconia, atq; in confinibus syluæ Othonicæ, fuit timpanista quidam adolescens, nomine Ioannes Behem, homo illiteratus, pastor pecorum, apud vicum Niclashausen, qui sectatores plures nactus, simulatam quandam religionem confingens, docere cœpit vulgus mobile, vitam cleri esse ignominiosam, scandalis plenam, & Deo abominabilẽ, telonia & vectigalia, census, reditus, decimas & tributa non esse persoluẽda, omnes aquas & nemora omnibus esse libera, ac nõnulla alia spargebat in populum, eaq; sibi à virgine Maria reuelata esse prædicabat. Quamobrẽ magna plebis multitudo sequuta est eũ, creditumq; est vulgo, cœlitus hominẽ doceri à Deo, vt qui nullas didicerat literas, disputabat cũ sacerdotibus, nec de sua sententia cedebat, doctrinam Dei esse asserens: Populus qui nouitate gaudere solet, vndiq; factis votis concurrebãt, & pastor ille in diebus festis maximo concursu hominum, longum sermonẽ in odium cleri deducebat. Aiunt vna concione ad eum supra 30. millia confluxisse, artifices ex officinis, arator à stiua, puellæ à falce & colo, quasi numine quodam rapti, nesciis & inuitis parẽtib., dominis, & magistris, abeũt recta ad Niclashausen, cõmunitates oppidorũ & vicorũ, cereos, priuati annulos aureos, redimicula, armillas, pecunias, puellæ plerunq; alterum crinium plegma offerebãt. Verum Rodolphus Herbipolẽsis Episcopus, mature doctrinæ serpenti occurrendũ existimans, quodã die cũ nemo circa eũ esset discipulorũ, missis exploratoribus, iussit eũ captũ Vuirtzburgum duci, & in carcerem coniici, & condemnatũ ad ignẽ comburi vt hæreticum, post cuius mortem hęc peregrinatio virorũ & mulierũ cessauit, & Episcopi Herbipolensis atque 1476

Moguntinus diuiserunt inter se dona ab imperiti plebe oblata.

1478 STella Veneris solito decentior, decurrere visa est. Locustæ per Italiam vagatæ, Brixiensem agrum penitus deuastarunt, vnde maxima lues per totam Italiam vagata est adeo, vt Venetiis supra triginta hominum milia perierint. Alphonsus Calabriæ dux vni cum Friderico Vrbini duce Florentinos debellat, eorumq; agros ac vrbes igni ferroq; longe lateq; depopulatus est.

EOdem anno secũdo idus Iulij Luna eclypsi laborauit, nec minus totum ferme lumen Solis quarto Calendas Augusti latuit, quod Astronomiæ imperitis maximo miraculo pauoriq; fuit. Veneti graui Hetruriæ bello impliciti, in Macedonia & foro Iulij, magnis Othomanni copiis vexati magno reipublicæ detrimento ac totius Italiæ aperto periculo bellum gesserunt. Ioannes Philippus Maria Mediolanensium dux, amissis suorum octo millibus infeliciter cum Roberto Seuerina regis Ferdinandi duce conflixit.

HYems fuit horrida, quæ sæuiebat magnis & assiduis imbribus. In Hispania dum Ioannes Arragoniæ rex 18. magno cum exercitu hinc inde varias vrbes adoritur, ingens variusq; serpentum numerus actus frigoribus, è proximis syluis, & montib. egressus, ad stationes militum & ipsa castra perrepsit. Serpentes autem quamuis admirabilis magnitudinis, innoxij tamen in castris oppressi nimio frigore, inter homines versabantur. Lupi quoq; gregatim milites è castris non procul egressos sæpius inuasere. Multorum etiam fontium, quibus milites in castris vtebantur aquæ, paludis & lacuum qui aderant exhalatione corruptisq; vaporibus infectæ, nonnullis nobilibus opinatæ mortis causa fuere. Postremo perhorrenda vox & humanæ persimilis, noctibus fere singulis auditur, quæ nihil præter horrorem mœsticiamque porten-

portendens, magnum timorem militibus fortissimis incutiebat.

IN Heluetiæ variis locis, in aere pugnantiũ magnis viribus acies. Post aliquot deinde mẽses diuersi generis cruces ac globi ignei, qui in terram cadentes rerum vestigia conspicientibus multis reliquerunt, visa sunt, quod in Basilienſium annales memoriæ publicæ retinendæ causa, relatum est Eodem anno Heluetij contra ducem Mediolanensem qui peditum equitumq; selectissimorum 15000. eduxerat, circiter diui Martini festum, ad Tesinum amnem manus conserentes, interfectis Mediolanensium 1400. victores non tantum euaserunt sed præda etiam opulentissima potiti sunt.

IN Arabia cometa in modum trabis acutissimæ, ac 1479
variis quasi punctis distinctæ, cum falce phœnaria visus est. Eodem anno totam Carinthiam vastarunt Turcæ. Cruciferi contra Polonos bellum parauerunt. In Vngaria fœdus inter Matthiam ac Vladislaum renouatum.

IN Creta insula (vt à Coccio Sabellico lib. 1. Æne. 1. 1480
Rapsod. traditum est) & ea quidem parte qua ad meridiem obuersa est, operarij quidam dum immanis arboris truncos ad nauale fabricá radicitus eruerent, inuenerunt humanum caput terræ reconditum, instar dolij magnitudine, idq; imperiti homines quum temere attrectassent, confestim putri vetustate solutum, in puluerem abiit. Verum dentes stupendæ magnitudinis, ad insulæ magistratus delati, rei fidem fecere, quorum vnus Venetias missus, etiam hodie in priuata domo, pro miraculo ostẽditur. Hoc anno Turci classe Apuliam inuadunt, Lidrutum expugnant, & magnam calamitatem Calabriæ cultoribus adferunt. Rheni inundatione periculosissima, Scafhusiæ, Keyserstulæ, Lauffenburgi, Seckingiæ ac Rinfeldiæ ciuitatibus Rhenanis pontium omnium

ædificia demolita sunt. Basileæ autem tria iuga de ponte ablata.

1482 HOc anno ventus nullus fuit per totam Germaniam, & annonæ abundantia magna. Graculi & Ficæ magno numero ad aliquot miliariorum spacia in aere confligentes, eius belli quod Galli cum Britannis gesserunt ostentum præbuere. Verum hoc ipsum alij in annum Christi 1484. referunt.

1485 IN die diui Gregorij, duodecimo Martij videlicet, adeo propter Solis eclypsim sunt omnia obscurata, vt deficiente iam die, candelæ accenderentur, in vrbibus gallinæ, foris vero diuersi generis aues, ad solita ac nocturnæ quietis loca, sese reciperent. Durauit autem hæc eclypsis ad quartam horæ partem, quam statim secuta est ingens rerum omnium penuria, fames, ac pernicioſi hinc inde tumultus. Sixtus quartus Pontifex obiit cui successit Innocentius octauus. In Vualesia Heluetiæ pestis 1400. arripuit breui admodum tempore.

1486 IN Palatinatu non procul ab Heydelberga in pago quodam Rorbachio, gemini vtriusq; sexus obuersis tergorib. annexis, nati sunt: Maximilianus Henrici filius, in Romanorum regem coronatus est. Albertus Bauariæ dux, Ratisbonam Germaniæ vrbem munitissimam ad Danubium sitam occupat.

1487 BIceps infans Patauij natus est, in quo præter naturæ luxuriem nihil alioqui fœdum aspectu. Omnia magis tetra in puero, qui per eosdem dies Venetiis editus est, ore plurium ariâ scisso, & præter multa fœdiora relatu, genitale membrum habuit vertici agnatum, atq; ob eam rem non placuit in apertum referri. Et (vt sæpe euenit, vt animis semel religione imbutis omnia aurium oculorumque ludibria pro portentis habeantur) percrebuit rumor, gallinam ad Apostolorum ædem gallinacei cantu infausto omine sedisse, extincto confestim eius domino, qui leuiter ægro-

ægrotabat, eaq; interfecta repertum aiebant ouum in proximo, in quo Basiliſci, ſpecies eſſet inchoata. Affirmabãt alij natum in parricidæ domo Basiliſcum, quem pertinaci incubatu gallus excluſiſſet, ſed hæc vulgo credita, tanquam parum conſtaret Aphricæ id malum eſſe, nec totius, vt quidam ſcribunt, ſed Cyrenaicæ tantum. Patauij horrende terra concuſſa eſt, conciditq; eo motu a des Carmelitanæ virginis. Et res Italiæ per id tempus ita ſe habebant, quum ad ortum & occaſum ſolis, & ad ſeptentrionem externæ gentes, magnis quatiebantur bellorum motibus, ac neſcio an grauius etiam quam nuper in Italia. Circa Syriam Baiazetus Othomannus res Meruphitici regis infeſtabat bello, bisq; intra annum, in finibus vtriuſque regni eſt inter barbaros acie dimicatum, fuitq; vtrumq; prælium Turcis infeſtum. Maximilianus Brugis dolo captus ac obſeſſus, ſed breui aduentantibus copiis patris, liberatus eſt. Regnum Granatæ ab Hiſpanis bello obtentum, eiectis Sarracenis.

IVxtá Lucernam nobile Heluetiorum oppidum in villa quadam cui Emmen nomen eſt, ex ouo galli monſtrum (cuius effigiem ex Sebaſtiani Brandi collectaneis mutuauimus) procreatum eſt. Magna inſolitarum auium copia in Turgoia ac aliis Heluetiæ partibus apparuit. Eodem anno ab Alecuuico principe à Saltz, Yſtetenſe caſtrum muniriſſimum (quod in Klettgoia ſitum) obſidione cinctum. Maximilianus Rom. rex à ſuis in Flandria captus, & mox à Friderico patre Romanorum imperatore liberatus eſt. 1488

CVm Iacobus quartus, Scotorum rex (is regnare cœpit anno ſalutis 1489.) legatos ad regem Gallorum mitteret, eſſetque inter eos primus, Iacobus Ogiluius gymnaſij Aberdonenſis alumnus, 1489

per transuersum naue acta tempestate ad litora Norwagiæ (sunt qui Northuegiam vocãt) compulsi sunt. Vnde in montibus ab his conspicati homines pilosi quales syluestres esse feruntur, discurrentes. Scisciati ab incolis quinam essent, responderunt beluas esse humana forma, homines insigni odio prosequentes, verum die nil mali his intulerunt, sed ab eis fugerũt: noctu vero gregatim villas inuaserunt, & homines trucidantes deuorauerunt. Effregere quoque ostia. Adeo enim robustæ sunt, vt mediocrem arborem radicitus euellant: truncos etiam magnarum arborum manibus ab arboribus ipsis detrahentes, inter se pugnant. Magnis itaq; tum temporis excitatis circumquaque ignibus, excubiisq; dispositis absq, noxa trãsegerunt noctem, mane facto, & vento fauente, in Galliam quo iter erat, iuerunt, vt Cardanus lib. 1. de rerum varietate cap. 4. nobis memoriæ tradidit.

1490 FVit anni huius hyems citra omnium hominum memoriam rigida, & niualis, iacuerunt insolubiles niues vsq; ad initium æstatis, in quibusdam locis vrbanis, concretumque est circa vrbem Venetorum stagnum quam longe lateq; patet vsq; ad mare, tam alta glacie, vt ex Margaria vico & aliis circumiectis locis pedibus curruq; ad vrbem iretur, differenaut post casum niuium in plures menses, circumuehebantur venales aquæ, vt assolet, in cymbis, verum rigore concretæ ac securibus diffractæ, vt magis oculorum æstimatione venderentur, quam mensura. Palustres & marinæ volucres in paludibus deprehensæ, minoraque animalia intolerandis frigoribus passim interiere. Quiescebat per id tempus Italia pace vbiq; parta, quum Venetis nouus terror à mari ortus est. Otthomannica classis quum minime expectaretur, Hellespontifaucibus egressa, præterq; Græciæ oram vehens, haud procul Corcyra tumultuose consedit. Nec ita multo post Baiazetes rex cumin-

genti

genti exercitu terrestri ductu in Epirum venit. Mathias Hungariæ ac Boemiæ rex apoplexia obiit.

POntanus testem citat, qui affirmarit allatum sibi arietem exenteratum, qui præcordia & intestina geminata habuerit.

COmetes & eclypsis Solis, hoc anno fuit, quam 1491
pestis pecorum sequuta est. In cōuentu Norinbergensi, ciuitates imperij Licum occupant, ac Albertum Bauariæ ducem, qui antea Ratisbonam occuparat, vrbem imperialem, in integrum, ad ipsorum confœderationem, restituere compellunt. Vladislaus Casimiri Poloniæ regis filius, in regnum Hungariæ ascitus est.

SEptimo Nouembris in Suntgoia Alsatiæ superio- 1492
ris limitibus prope Ensheimū oppidum, iudicio imperiali vel consistorio Ferdinandi Romanorum ac Hungariæ regis nobilitatum, lapis ex cœli nubibus ingenti cœli fragore in terram cecidit, duorum centenariorum pondere cum dimidio, qui effossus deinde ac in eiusdem oppidi templo catena in locum sublimem suspensus, etiam hodie miraculi loco conspicitur.

POst medium Decembrem in Polonia tres Soles in meridie visi sunt: deinde Cometes duorū mensum spacio post occidentem Solem apparuit. & hoc anno Hanselicus & Maximilianus Cæsar à Vladislao Hungarorum rege victi sunt. Cazimirus Poloniæ rex animam exhalauit. Cracouiæ magna pars vrbis ad occidentem Solem vergens fortuito incendio conflagrauit, diraq; lues & pestis pecudum atq; pecorum Poloniam peruasit.

ANtequam apud Florentinos Laurentius Medices insignis, atq; ob multas animi dotes nunquam satis laudandus princeps obiret, mortem feriæ hæc antecesserūt, quanquam & alia quoq; vulgo narrantur. Nonis Aprilibus hora ferme diei tertia, tri-

duo ante quam animam edidit Laurentius, mulier nescio quæ, dum in æde sacra Mariæ Nouellæ, quæ dicitur, declamitanti è pulpito dat operam, repente inter confertam populi multitudinem expauefacta consternataq; consurgit, lymphatoq; cursu, & terrificis clamoribus: Heus Heus, inquit, ciues, an hunc non cernitis ferocientem taurum, qui templum hoc ingens flammatis cornibus ad terram deiicit? Prima porro vigilia, cum cœlum nubibus de improuiso fœdaretur, continue Basilicæ ipsius maximæ fastigium, quod opere miro singularem toto terrarum orbe testudinem supereminet tactum de cœlo est, ita vt vastæ quæpiam deiicerentur moles, atq; in eam potissimum partem, qua Medicæ conuisuntur ædes vi quadã horrenda, & impetu marmora immania torquerentur. Qua autem nocte obiit Laurentius, stella solito clarior suburbano imminens, in quo is animam agebat, illo ipso temporis articulo decidere extinguiq; visa est; quo compertum deinde eum è vita emigrasse. Quin excurrisse quoque faces trinoctio perpetuo de Fesulanis montibus, supra id templum, quo reliquiæ conduntur Medicæ gentis scintillasse nonnihil, moxq; euanuisse dicũtur. Quid quod leonum quoq; nobilissimũ par, in ipsa qua publice continentur cauea, sic in pugnam ferociter concurrent, vt alter pessime acceptus, alter etiam leto sit datus. Arreti quoq; supra arcem ipsam geminas per diu astisse flammas, quasi Castores feruntur: ac lupã identidem sub mœnibus vlulatus terrificos edidisse à Politiano scriptum est.

1493 ROmæ gemini nati, simulq; vno corpore coniuncti aduersis inter se manib. ac facie, qui paucos vixerunt dies. Et non multo post puella virgo filium semicanem peperit. Quæ sane prodigia significarunt cædes & flagitia quæ postea sub Alexandro sexto Romano pontifice facta sunt.

Berbe-

BErheldiæ in ditione principis illustrissimi Palatini electoris, in villa non procul ab Heydelb. 14. Cal. Ianuarij nati sunt gemini pectoribus sibi affixis, vnico vmbilici dependentis vinculo constricti. 1494

RVbeaci in vetustissimo Alsatiæ oppido, ex quo natus sum, cum Episcopi Argentinensis (qui suo iure ex Dagoberti Francorum Christianissimi regis liberalitate hoc oppidum vt adiacentem regionem, quam inde Munusdatum nuncupant, obtinet) Epitropos vel dispensator, ob rationes male redditas in ius capitale traheretur, ac ipsum iudicij tempus iam instaret, ab amicis atq; cognatis apud Episcopum ita supplicatum est, vt libere dimittendum hominem sit ab eo impetratum. Verum cum hæc sententia literis ad Senatum Rubeaquensem tardius quam conue[illegible] esset declarata, eodem quo nuncius venit die iam suspensus erat. Verum cum id contra Episcopi sententiam ignoram tum temporis iudici, factum esset, Senatus iussu, à carnifice iterum de patibulo depositus, ac sacra processione monachorum Franciscanorum à loco supplicij in vrbem magno cum ciuium etiã luctu, ac lachrymis deportatus, in eorundemq; cæmiterio honestissime sepultus est. Visa sunt tum temporis ad octiduum à vicinioribus, ac iis potissimum qui Pfaffenheimum pagum inhabitant; nocturno tempore varia circa supplicij locum spectra, ac ad summam infimamq; patibuli partem non tantum sine authoribus lumina, sed flammæ etiam è terra erumpentes, ac alia quædam quæ sæpenumero à sanctissimæ memoriæ viro D. Conrado Pellicano auunculo meo charissimo (qui Franciscani etiam ordinis in patria fuit) recitata nobis sunt. Eodem anno dum Maximilianus solus regnaret, magna Gallorum strages apud Salinas Burgundiæ à Germanis facta est.

1494 IN oppido Germaniæ Rotvvil, ad Hirciniã ſyluam ſito, infans duobus capitibus, quatuor manibus, duobus pedibus natus eſt. Cracouiæ menſe Septembri mulier quædam in platea, quæ à ſancto ſpiritu nomen habet, infantem exanimem peperit, cuius dorſo ſerpens viuus inhærebat, arrodens ac depaſcens cadauer. Altera vero in ſuburbana villa, cui Nigræ nomẽ eſt, ad duodecimum Cal. Nouemb. monſtrum edidit, cætera quidem humana figura, ſed collo & auribus leporinis, & vno grandiore inteſtino, totum ventrem occupante, diducto rictu ſpirans. Hoc anno Fridericus imp. obiit. cum Turcis immaniter graſſantibus ſemel iterumque conflictum. Cracouia horrendo incendio edaci vulcano conſumpta. Tartari Podoliam & Volyniam depopulati ſunt.

1495 MAgna nobilium falconum vna volantium copia prope Pfird in Suntgoia viſa eſt, quod ideo prodigij loco habitum eſt, quod hæc auis quaſi ſolitaria ſit, ac à ſuorum etiam conuictu ac conuerſatione vt plurimum abhorreat. Eius prodigij interpretatio à Sebaſtiano Brando ad Maximilianum inuictiſſimum Romanorum regem ſcripta eſt.

PRope Vuormaciam ad dextram Rheni partem in villa Birſtad, quæ ſita eſt inter Vvormaciã & Bensheim, mulier quædam monſtrum enixa eſt, quarto idus Septemb. Erant duæ puellę corporibus integris, ſed in vertice fronte tenus connexæ inſeparabiliter, & ſe mutuo inſpicientes, has D. Munſterus Moguntiæ ſe in ſua Coſmographia anno 1501. vidiſſe ſcribit, eaſque tum temporis circiter 6. annorum fuiſſe aſſerit, cogebantur ſimul incedere, ſimul dormire & ſurgere, & quum vna procederet, altera retrocedebat, naſi vtriuſque ſeſe fere contingebant, oculi vero non in directum, ſed in latera tantum torqueri poterant, quia paululũ ſupra oculos frontes cohærebant. Extenſa eſt vita illarum ad decimum vſque annum, & quum

quum tunc vna moreretur, illaque à superstite resecaretur viua, aut ex accepto in capite vulnere, aut potius ex vulneris fœtore & putrefactione corrupta in cerebro, sororem paulo post est per mortem subsequuta. Occasionem huic monstro dedit huiusmodi euentus: Colloquebantur duæ mulieres, inter quas vna vterum gestabat, & superueniens tertia ex improuiso, concussit colloquentium capita, vnde prægnans terrefacta, fœtui concussionis dedit signum. Parauit hoc anno Turca contra Christianos magnum exercitum. Proinde in comitiis Vvormaciensibus; de defensione Germaniæ consultatum est.

ROmæ in amne Tyberino monstrum inuentum est corpore humano, capite asinino, cuius manus vna humanæ, altera vero elephantino pedi similis erat. Pedum alter aquilinos vngues, alter calceum corneum bouinum exprimebat. Ventrem habuit fœmineum, mammis egregie ornatum. Totum corpus autem squammis erat vndiquaq; obductum, excepto ventre, ac pectore, circa posteriora habens caput senile barbatum, & aliud præterea instar draconis flammas exuentis. Maximiliano inuictissimo Romanorum regi insignis ac insolitæ magnitudinis cerua donata est, quam Germanico ac Latino carmine doctissimo descripsit Sebastianus Brandus. 1496

IN Suntgoia fertilissima Germaniæ prouincia, in pago Lanser, porcus vno capite, quatuor auribus, duobus oculis ac linguis, octo pedibus, corpore, à capite ad vmbilicum vsque coniuncto, ad posteriores partes vero separato, natus est. 1496

IN pago quodam qui ad Argentinensem spectat episcopatum, cui Sugenheim nomen est, duobus ab Argentina miliaribus, anser monstrosæ plane formæ in ouo inuentus, duobus capitibus totidemq; linguis, collo vnico, quatuor pedibus, quorum duo cum lo-

cum occupabant, vbi in aliis alæ emergunt. Reliqui vero circa podicem (vbi duplex etiam ad eiicienda naturæ excrementa exitus erat) apparebant, aliæ vero duæ circa collum expansæ. Eodem etiam tempore ac loco porcus sex pedibus anserinis fere similibus natus est.

MVlier quædam Æmylia nomine ciui cuidam Ebulano nupta, post duodecimum matrimonij annum in Æmylium mutata est, ac deinceps viris conuersata, artes viriles in patria exercuit, vxoremq; propriam, restituta dote, iussu Ferdinandi regis Siciliarū duxit, vt autor est cōtinuator Eusebianæ Chronologiæ. Eodem anno Vladislaus Vngarorum rex, facto diuortio cum Beatrice Arragonensi, pecunia alteras à Papa impetrauit nuptias, filiam domini de Gandala Vasconis vxorem sibi iungens.

1496 INter Cæsenam & Bertonorium, tertia diei hora, ad quintum Calend. Febr. tres lapides adusti coloris horrendo sonitu è cœlo conciderunt, præcessit horum casum ingens sonitus, & velut fragor ruentis materiæ. Fuerunt qui vnū fuisse crederent, cæterum suo casu in partes dissiluisse. Significarunt id non solum literæ ad multos de eiusmodi ostento priuatim Venetias missæ, sed pars vna lapidis colore adusto, multis spectare volentibus est in mediū prolata, quāquam neque aurium neq; oculorum sensus apud doctos æque valuit ac vetustas quæ similis testis est prodigij. Proditum memoriæ est in Thracia olim ad Egos flumen, saxum vehiculi instare cœlo lapsum, quod Anaxagoras Clazomenius sagaci vir ingenio iam antea casurum dixerat. Per idem tempus nouum morbi genus cœpit in tota Italia vulgari, sub primum Gallorum in ipsam terram descensum, priore anno inchoatum, & ob eam rem (vt credere est) Gallicus nuncupatus. Nam vnde primum fluxerit parum (vt video) constat. Dira lues, & quam nulla sit ætas ante

exper-

xperta, post varios cruciatus, pustulæ corpus infi-
iebant, quibus in fœdissima vlcera abeuntibus, su-
ora quam exprimi possit, fœdabantur humana cor-
bora. non Elephantia, non lepra, huic malo conferri
boteſt, & quod omnium calamitosissimum est, tra-
iebatur morbus in plures annos, infectaq; corpora,
neque vita neq; fœda lue defungebantur, pauci pro
numero ægrotantium extincti, sed multo pauciores
i morbo seruati, nec tantum Italia est ea clade con-
cussa, sed Germania, Dalmatia, omnisq; Macedoniæ
& Græciæ ora, vigesima fere pars hominum id ma-
lum est experta.

IN pago Dirlistorf sexto die Decembris, qui diuo 1497
Nicolao Episcopo sacratus est, natus est puellus
corpore quidem bene compacto, cui tamen brachia
pedesque ob naturæ defectum non conueniebant.
Dextra enim manus cum omnino deesset, eo loco
quo pollex esse solet, carnosus tumor instar verticuli
aut nucis paruæ eminebat. Sinistræ autem manus
pars dimidia, in tres tantum digitos sed plane con-
unctos, vt quoque pedes in totidem digitos desine-
bant. Educatus autem, non tantum cibum potumq;
monstrosis manibus capere, sed numerare pecuniã,
subducere rationes, easdemque elegantissimis lite-
rarum characteribus rationũ libro assignare potuit,
quemadmodum alia omnia, quæ alias manuum au-
silio ab hominibus fieri solent. Viuit adhuc domini
sui liberalitate adiutus, an. 1557. quo hæc scribimus,
iam natus 60. annos, viuidus adhuc ac obeso corpo-
re senex.

IN ditione Vuerdenberga monstrum fœminei se- 1498
xus natum est, capitibus duobus, brachiis quatuor,
pectore & ventre vno, pedibus duobus. Eo anno
Eberhardus iunior, dux Vvirtenbergensis fugatus,
ac Vlricus fratruelis eius suffectus est.

1499 VItulus prodigiosus, duobus capitibus, ante & post Cracouiæ natus. Tartarii in æstate Poloniã vastant. Et fœdus Vngarorum Polonorum ac Valachorum contra Turcas ictum est,

MVlierem quandam Germanam Dorotheam nomine, in Italia gemino partu viginti filios edidisse memoriæ traditum est, altero quidẽ nonem, vndecim altero. Quę dum hanc prolem gestaret vtero, ob ingens pondus, solita est eam fascia collo & humeris appensa tumidam aluum, & adusq; genua prolabentem, subleuare, vt Ioannes Franciscus Picus Mirandulanus princeps, in commentariis suis, in hymnum secundum autor est, qui octo infantes simul Ægyptias fœminas etiam peperisse, & earũ vnã quatuor partub. triginta filios protulisse, ex antiquorum monumentis hausit. Atq; in agro Mutinensi, Antoniam quandam quadraginta filios edidisse, dum ageret ipsa annum quadragesimum, ac sæpe vno partu ternos atq; quaternos, ex historia cuiusdam Episcopi Nouocomensis recitat.

IN Alsatia non procul à Tabernis visum est in cœlo caput tauri, toruis oculis, inter cuius cornua, stella insolitæ magnitudinis emicuit. Ortum est bellum Maximiliani cum Heluetiis, quod copiose in Heluetiorum Chronicis describitur.

LVcernæ Heluetiorum 21. die Maij, Draco igneus immani specie, patulis auribus, crassitudine vituli, longitudine vero octo cubitorum ad pontem Russi fluuij volare visus est. In Iulio mense Maximilianus Romanorum rex magno cum exercitu in Heluetiam irrumpens, Engadinum ferro flammisq; misere deuastauit. Heluetij partim Meronam properãt, partim Hegoiam depopulantur.

1500 IN Polonia Cometa in septentrione sub signo Capricorni decẽ & octo diebus, horrendæ magnitudinis apparuit, & hoc anno Tartari Russiam & Poloniam

niam deuaſtarunt. Iudæorum bona direpta à cruce ſignatis militibus. Cracouienſis arx fortuitoincendi conflagrauit, & Moſchus Lituano bellum intulit.

ALbis Germaniæ fluuius decimonono Calend. Septemb. ita excreuit, vt Miſenę in foro à fœminis appellato, lintrib. ac cymbis nauigaretur. Iugum pontis vnum è maioribus; aquis euertitur. in Germania multis in locis notę Dominicę crucis & in ſignum paſſionis Domini, veſtimentis & corporibus tam virorum quam mulierum inopinato apparuerunt. Vnde multi fidei ac religionis mutationem ſignificare iudicarunt. 1501

VIgeſima nona Iunii die in agro Tigurino, apud Heluetios, grando ſtupendæ magnitudinis, non tantum agros ac vineas infeſtauit, ſed feras etiam ſylueſtres, armenta pecoraq; diuerſi generis in terram cum hominibus proſtrauit. Sic vigeſimo ſecundo Iunii, ac potiſſimum circa Bernam, Solodorum, ac Bielam ciuitates, ex magna cœli tempeſtate grandines cecidere, lapidibus, qui ſua magnitudine gallinarum oua ſuperabant. Fuit huius anni hyems vehemens, vt aues cœli, ac animalia in ſyluis habitantia frigiditate torpeſcerent, penitus & ex his multa interirent. Æſtas præterea circa Ioannis Baptiſtæ feſtum tam feruens, vt arbores, ac diuerſos terræ fructus abſumeret, ſyluas hinc inde accenderet. 1502

IN pago Goſſow, agri Tigurini apud Heluetios, mulier honeſta maſculos duos, duobus capitibus, vno quidem corpore, vmbilici vinculo coniunctos, quatuor manibus, totidemque pedibus. 1503

IN Germania cruces iterum in veſtimentis, & in pane ſimilaceo apparent. In Bauaria circa oppidum Vilſecum draco ingens coronatus atque ignem exſpuens viſus eſt. In Haſſia infans bene diſtinctis membris natus eſt, niſi quod auribus, oculis, ac naribus in vniuerſum careret ac in facie ſolum os habe- 1503

ceruum ligna ferre, ut ea ex ijs comburendo, vel quo-
modolibet, ne pudendis ea quæ sponte nascun-
tur, diuina indignum exercitium in ingentem
quæstus quæstibi cum, ex fabricis fuis locandis,
nullo modo quæ sunt lucrum.

1514. Philippus Palatinus princeps, cum Sueuorum
Bauarorumque duce, Ludouico, fratre suo, ma-
trimonium duxit, atque ita cum tota ferè
Palatina Ioannis, in Hispaniarum regem coa-
luit pax erat, inde bella cum plus minus centum
Bauaris orta sunt. Clarissimis ludibus Bauari-
bus, ad ornatum matris veterum ludorum
celebratis, ac nunc ala alo vertit, cum Aegyptius
ille Ioannes Hierosolymitanus, ad Ioannem Ba-
uarum ducem, ad ludos eum adsita, in Bauaria
duos pauos trasgit. Arma maximum Ioannem
Bauariæ ducem, in ephebum cum, ad ludos, qui
supra rotam volabant. Hæc cum pulsu, ac pom-
pa indigo habitu, quadrato ad ostium pulsato,
conscendit, ex prouocatis ista Pauli Lentulo,
equite aurato qui hæc ludicra primus, post ve-
tera Gentilis Virulentus ad me, Bononiæ, ex-
posuit, ut ea ad Ioannem Bauariæ ducem, ad
lætitiæ ejusdem fingi. Hæc tam ornata pulcra ad
singulas partes mutuo ornamentum. Mutatis
mutandis, ornatus ad ephebum primus, ad ma-
trimonium celebrandi, quale præsentibus fuit, non
per Pelopem Ioannem, quod ea tempestate ferè
est, Endeo tamen Gentilem Virulentum Bononi-
ensem, ad Ioannem Bauariæ ducem, ad ludos
Ioannis Cretici, ad Paulum Lentulum, equi-
tem aurat. ejusdem, ad hæc patriarchæ, ac
ipsemet Ioannes Hierosolymitanus ea ipsa ad
Ioannem Bauariæ ducem.

1514. Quo tempore Mantuæ Aegyptius, inter Gonza-
gas, ludos, ut ostentum ipse ille Ioannes, qui-

atque vtrumq; signum Leonis & Virginis occupans, Sed paucis diebus visus est. Cuius quidem prognosticon fuerat casus illustrissimi principis & ducis Philippi Maximiliani imperatoris filii, regis Castellæ & archiducis Austriæ atque Burgundiæ, nec non belli Maximiliani cum Venetis & Gallis. Postea eo anno capta est à Baiazeto vrbs Methone, victa deinde, ingens classis Christianorum missa aduersus Turcas. Exarsit bellum ciuile inter Baiazetum patrem & eius filium Selimum. In Italia vero anno quo fulsit captus est à Gallis Ludouicus Sfortia dux Mediolanensis. Atque hi euentus proximi fuerunt Cometæ, quare eos præcipue significatos arbitrabantur. In Germania aliquanto post exortum est bellum Bauaricum, mox exarsit & bellum Venetum, in quo quam variæ vices extiterint, quantis adfecti sint cladibus Itali & Galli, quæ regum fuerint adfectiones, historiæ ostendunt.

HOc anno 14. Septemb. terræmotus grauissimi octodecim diebus continuis murum Constantinopolitanæ vrbis qua parte mare spectat, cum omnibus adiacentibus domibus disiecit, fossatumque ruderibus impleuit, ac terræ æquauit. Arcem in qua Gazophilacium imperatoris quinque turribus munitissimis custoditur, & insignis domus qua leones nutriuntur, destruxit, cuniculos qui per montes ac longa itinera è Danubio aquas in vrbem euehunt maximis laboribus & impensis fabricatos ita concussit, vt ingenti thesauro reparari nequiuerint. Sinus quoque maris, siue brachium (vt vulgo loquuntur) inter Constantinopolim, & Peram violentia terræmotus adeo infremuit, vt in vtramq; ciuitatem mare vltra muros aquam iniiceret, sed & domus tributaria iuxta muros vrbis in mare tota decidit, vt nullũ illic apparuerit vestigium, maxima item pars turris plumbeæ in Pera corruit. In Calliopoli 1509

nostrum sit putare ista ejusmodi, ut olim Romulo
quum in concilio, fanguis Quirinalium ascendit ad
deorum nobis nostrum sanctissimi, pontifex, Julius
Proculus Iovis nobis Romanæ, vidit quidem
Venus ante obtutum, in duas partes ruere regias
ille. Latinos quidem Numinis, Veneris, Venus
ea vita, ut nullus inde cunctamque. Britanni Vir
Iulius cum, Quirinde Pulcher ego Augustus. Ab
Anglia Iulius Hostes ignotus, Primus cælo
Romanæ Romulus. Nobis Deorum cunctamque
nostrum cognitus.

Hinc Romulorum quatter gentiscunt mul-
tas nunc, propter hostes, a nobis, ut
exercitus religiosa, incendat cunctamque fun-
ditus Numinis tale: Venerem, Pacificus, Ve-
nus, & alia vbet pernabia a Venere pace.

Quemadmodum autem regulus mutuus
Mendacium Mendacium Mendacium Mendacium
mutuus regulus, & ob id quod, mutuus regulus
fortunæ id, modo & ut sæpe mendacium a mu-
tuus quæ pacificum Iovis, Venus, Venus
pax, divitis vita, multi mendacia est, qui
sæpe pacis esset ubet Necessitas ad Deos
gentilium, Columna Gregorianæ ad quæ
Deus humanæ, a ita ad Columna quibus ad
Deus.

Eadem magis eadem mimicæ ac magis-
tus ad quæ gentilium ista & quæ Deus
Aldus eorum ista, ab; ut Catalum & tenus
Romanæ Gentis, ut Deus Romanæ, ut
Romanæ magis eadem scripsit, pontificum
Romanæ Romanæ Romanæ Romanæ Romanæ
Romanæ Romanæ Romanæ Romanæ Romanæ
gentium ista eorum Deus ista quæ Deus
gentium ista, ab; ut Deus Romanæ ut

tam molem in aere sustineri potuisse. Intra viginti menses pulsi ex Mediolano Galli. Triennio post reuersi, varia prius fortuna, inde iterum pulsi, ad excidium profligati. Vrbs Mediolanensium in cuius finibus ceciderant lapides, vectigalibus, incendio, fame, obsidione, peste nunquam alias vexata grauius.

TErræmotus magni quatiunt Florentiam, Rauennam, Venetias, Forum Iulium & pleraque alia loca, cum magno incolarum terrore in Italia. Et eodem anno Mirandula recuperatur à Gallis, & Mutina Maximiliano regi traditur. Bononia deficit à Pontifice. Tripolis in Africa obtinetur ab Hispanis. Tautici Tartari Lituaniam ad Vilnam vsque vastant.

MEdiolani die sereno ac splendido, stellæ mirum in modum micantes in cœlo visæ sunt, eodem mox anno Galli ex vrbe pulsi sunt. 1511

RAuennæ natum est monstrum, cornu in capite, alas habebat, brachia nulla, pedem vnum, vt auis rapax, oculum in genu, sexum vtrumque, in medio pectore ypsilon & crucis effigiem. Aliqui interpretati sunt, cornua superbiam, alas leuitatem & mentis inconstantiam, carentiam brachiorum, defectum bonorum operum, pedem rapacem, rapinam, vsuram & omnimodam auaritiam, oculum in genu, solum ad res terrenas mentis defectionem, vtrunque sexum, Sodomiam: Et propter hæc vitia Italiam sic bellicis contritionibus quati, regem autem Franciæ non sua virtute id facere sed solum esse Dei flagellum. Ypsilon vero & X. signa esse salutis, nam Y figura est virtutis. Ideo si ad virtutem recurrant, & ad Christi crucem, ab his pressuris & tribulationibus respirationem & pacem conquassationibus desiderabiliorem sint habituri. Hæc legimus apud Ioannem Multiuallem ac Casparum Hedionem in histo- 1511

Ad hæc Gentil Sibellinus ad eadem observata ab se Venetæ & alias eadem monet: vitiare, sed paulo diuturnius ægros eum in cæteris quidem diuturnis cum intermissionibus exercere: repetita vero vitia ab eodem Deo, quo primum, sanari. Ita Medicæ turmæ Sodalem Gentem Florentinum Sibellinum chronicis Conclusum Gallicumve celebrantem ait Turcos, quod variant Galenum, Hippocratem manum esse. Populis in Apricis ab Hippocrate dictum.

Odem anno Angelus Vicedominus virgam ex nucis arbore ad id electa atque præcisa tenens, & ad multos intentus, quibus ea deferenda erat, ut aquam ostenderet, ubi fodere oporteret, refugit tot Gallorum aquæ quam vini bibendi, ac ostiva ingesti flumina principes adeo deterruit, ut pofi ulli alium ad id quærere voluerint. Ita Vicedominus Deo suo dixit atque ait credentes. Verum cum ipse ad fodiendum, quo primum, loco redisset, & aquam ibi, ut habuerat fugit, atque fe-cit, ut Gallorum (ne fugiam) quæ fuit, ebibit.

Manuel Pantaleon Lusitanus Conful Ulyssiponensis, ut hodie Italiæ est, & Venetiarum, ita olim ter bene fuit versatus, tribu; ejusdem rerum magistratibus elapsus, eundem tamen honorem bis, ut ejus quæ patria ut ita dicam est, ita & ejus quæ ei tribuitur, ut ita dicam, gloriæ, ut ipse ait, ad hoc tempus, quo scribebat, ter & quater amplissimum ejus dem honoris gradum ascendens.

Omasio Inquisitor Alexandrinus ad Deum Ramum, ita ut ipse ad Ecclesiasticos ritus, cui ab ipsa pueritia ad hæc usque tempora deditissimus fuit, utque eos ubique tenuissimos adhuc retinet, ad quæ ipse propensissimus, ita ego ad ea, quæ ipse amat, ut

IN Sarzano quinto Idus Martii nobili quodam Italiæ vico inusitatæ magnitudinis monstrum visum est, quod copiose Cælius Rhodiginus in lectionum antiquarum lib. 24. describit. Fuit autem infans biceps in quo multa mira conspiciebantur. Primum quadrimestris magnitudo, membra omnia cum proceritate responsum habentia, absoluta, amussitaque. Facies vtraque similitudinis prope indiscretæ. In capitibus crines aliquanto longiores ac nigricantes. Inter vtrunque caput ex collimitio humerorum tertia surrigebatur manus. Sed quæ aures longitudine non excederet, nec integra visebatur omnino. Reliquum corpus prorsus bene compactum, ac citra vllam maculæ fœditatem. Postridie allatus Rhodiginum est. Quia vero visenda res erat, placuit mitti ad Hispanorum ducem, qui in proximo vicaria regis fungebatur potestate, id vero vt citra putredinis timorem posset obiri, exenterare præmortuum necesse fuit. Inibi ergo mirum aliud, cor quidem simplex, vt assolet, at iecur duplex, sicuti & lien. Nam in viscere hoc visam quandoque duplicationem vel in vno, credi is Aristoteli. Verum in hoc genus monstris mira quidem, sed naturalis tamen à peritis rerum afferri ratio solet. Hoc anno Italia, intonante altius bellorum procella, multis annis late vastitatem dedit, ac intestinis discordiis flagrantibus multa vndequaque incommoda passa est. 1514

PRidie idus Ianuarii in ducatu Wittenbergensi, circa tertiam horam diei, tres soles in cœlo visi sunt, quorum medius sua magnitudine reliquos superabat, in his autem omnibus gladii sanguinolenti atque candentis figura vndequaq; eminebat. Idibus Ianuarii circa horã octauam pomeridianam Rotuillæ in præclara Germaniæ ciuitate, quæ Consistorio ac iudicio imperiali nobilitata est, sol horrẽda specie 1514

vifum eſt, quem varie diuerſi eum colores ſuccedebant. Decimo autem Ianuarij, ante quadrigeſimi Martij iterum tres ſoles. Vtrobique non tantum ex diuinoptere Meteoroſcopio vidi. Quorum omnium ſignificatum ac propter Rhenum Inferiorem motum refert, per Iacobum Aconitum, artium ac medicinæ doctorem, mathematicum Tridentinum, libellus, qui Romæ in Germania Superiore factus, quem ad me dum eum Ecclesiæ causa Monasterium adirem, misit. Infans Herculeum dabit, Fabii Saturnini, quod Eruthræus prophetauerat, combuſtus eſt. Mulier quinque ab vno Patre & Matre enixa, nihilominus viuit. Simulacra ab Imperatore Augusto Romæ in templo Solis facta, ad Imperatorem Leonem Isauricum translata.

1553 Samuel Portugallus ex Vlyſſipone profectus in Aethiopiam ex mercatore Ecclesiæ cum Romano venit. Ipſe Iacobum admittens ab quem ægrotus in regione eum vidiſſet, & quo veniens ad Ecclesiam Aethiopicam, Colongo.

1554 Nouum eſt, vbi ſtella exiit, ea ad aliud ſidus quo ea videbatur moueri, quod prioribus annis non obſeruatum. Ita Tycho Brahe, Danus, Eruthræ in Insula de hoc nouo cometa. Ita quod Franciſcus Gallus præcanum Helueticis, Italicis, Germanis, Gallis, aliisque aliquot gentibus, ſtudio diuinæ, mentis, prudentiæ præſtitit.

1555 Vir Barbarus ad Dardanos Rauennæ Ducis Orbis Imperium libens ſpargit, ſimulque Ecclesiæ Romanæ ſe ſubiicit. Ita Ioannes Lucius Illyricus Medicus, qui Epiſtolam ad Ioannem Sambucum, Cæſaris Ferdinandi, ab Epiſcopo Nouigradenſi ſcripſit. Confirmabat Sambucus, ad Ioannem Crato, Medicum Cæſarem, relinquentem, quod duos acerbiſſimos homines ad templum ſubiiciens. Hanc ignorat duos hos-

fans, cum optaret se Ratisbonæ esse quo Mariam saluaret, arrepto forte quod tum ad manum erat instrumento, mente iam captus, se in pedes dabat, nec vlla ratione ab instituto suo reuocari poterat. Sic ferrarius cum lima vel alio instrumento, faber cum malleo, cum subula sua calceator, materfamilias cum colo, aut olla in qua coxerat, ancilla cum tripede aut situla, alii vero cum aliis rebus, quibus tum occupati erant. Eorum multi itineris imperiti ad aliquot miliaria ieiuni aduolarunt. Sanatæ sunt ibi male habentium infirmitates. Acceperunt ibi visum cæci, surdi auditum, saltauerunt in discessu claudi, ac ad vitam mortui reuocati sunt. Durauit hæc peregrinatio ad octennium, deinde ad nihilum redacta est. Tu lege plura apud Sebastianum Francum in imperatorum rebus gestis, vbi hanc peregrinationem non minus docte quam eleganter depingit. Ego cum anno 1541. in comitiis ibi celebratis illustrissimi principis Ludouici Palatini electoris aula essem, theologorum tum (ob institutum in religionis negocio colloquium) amantiensem agens, vix vmbram tam præclaræ peregrinationis vidi, templum tum temporis erat purgatum omnibus illis instrumentis, quibus adorantium hactenus liberalitate adornatum fuerat, ingentem tamen molem, magno plaustrorum numero senatus iussu propter impedimenta, ac loci angustiam, à ciuibus amotam intellexi.

Vicesimasexta die Iunii, Nordlingenses ingenti 1517
affecti sunt damno. Nam excitatus horrendus ventus, simulque terræmotus grauis concurrens, deiecit Parochialem Ecclesiam ad sanctum Emeranum dictam, atque intra mœnia ciuitatis, & extra ad duo milliaria, strauit duo millia domorum & stabulorum. In syluis vero & hortis innumeras radicitus euulsit arbores, reliqua eminentiora ædificia,

quæ non deiecta sunt vi ventorum, pro magna parte sunt concussa & commota, atque deinde infirmiora reddita. Grandinis diro impetu circa Rhenum omnia deuastata sunt, vnde mox dira fame ac rerum omnium maxima penuria laboratum est.

IN Saxonia in festo natiuitatis Domini circa cœnobium Vinariense, media nocte cœlo sereno crux punicei coloris in cœlo visa est. Editæ sunt eo anno Martini Lutheri conclusiones contra indulgentias pontificias, vnde multæ in Ecclesia Christiana dissensiones ortæ sunt.

1518 NOuum & inauditum morbi genus ortum, sudatoriam vel Anglicam pestem dixere, primum Brabantiam & loca finitima, mox magnam Germaniæ partem inuasit. Fuit ea vis morbi adeo letalis, vt quosdam ante duodecim horas, plurimos ante vigesimam quartam horam, ex quo sudare cœpissent, absumpserit. Sed nusquam sæuiit atrocius quam Antuerpiæ, in qua vrbe tridui spacio, quadringentos aut quingentos homines extinxit. Languebant in domo vna septem, octo, plures etiam. Miraculi loco habitum est, si vnus mortem euasisset. Immunes erant pueri & senes ab hoc malo. Qui media ætate essent, aut non multo infra hanc, hi incidebant in morbum prandentes, dormientes, comessantes, genioque indulgentes. Tantum malum erat, vt ipsi medici faterentur se nescire quid esset. Hoc anno comitia Augustæ erant, in quibus de successione Caroli imperatoris, de causa Vlrici ducis Wirtenbergensis, ac Martini Lutheri doctrina actum est. Dux Wirtenbergensis bis ex suo principatu expulsus est.

1519 TRauenus fluuius inferioris Germaniæ, adeo exundauit, vt Lubeci à Pistorio Prato totum plaustrale scutorum genus auexerit, multumque damni cellis, & apothecis iniecerit. Tiguri Heluetiorum ad

Calen-

Digitized by Google

deo das tamen hæc tuipsi ostenta esse: ut ea, propter ridiculas magorum cantilenas, non admirere: sed rationes eorum, hoc unum filum hoc vnum pilum esse intelligas.

Si Admodū in Holandia in vrbe quadam Delphis, ex ouis, magna forma, membris bene compositis pullos, ex mulieribus monstrosos, ex humanis natos conceptibus prognoscebat, vt inquit tantum, quæ brachia dicit deorum. Circumcisi vix horas sex vixerunt, magno horrendoque cum ejulatu. Quæ ostenta, quia ex diuina prouidentia ea diuertit, ne quis naturalibus quidem accidere putet.

VIdeant Auditæ per mentem Septembris de 1592 anni gemini prodigia ridicula vt illa. Primo ostenta mea facilia, & certa: quæ ad naturalem hominum quæ accidunt vsum eò pertinent, vt ea, quæ futura sunt, prædicant. Quæ ostenta ex diuina prouidentia ea diuertit, ne quis ea tantum naturalibus quidem accidere putet. Ostenta mea ex humanis conceptibus nata. Ostenta mea monstrosa. Ostenta mea membris compositis. Ostenta mea ex ouis magna forma. Ostenta mea Delphis prognosticata. Ostenta mea in vrbe quadam Holandiæ. Ostenta mea admodum ridicula. Ostenta mea cantilenis magorum. Ostenta mea ridiculis. Ostenta mea ridicula. Quæ prodigia. Pueri duo Germanici, ambo vno capite, ambo vno corpore, ambo vnam animam habentes.

Vellebrigi ad Albanum in mediterraneis ad viam Appiam, ex vxore Ioannis Antonii Vellebrigi, ex Ioanne Antonio Vellebrigo, & Faustina Vellebrigia conflatum, antequam ista natum esset, ex vtero matris habebat dentes duos superiores.

CVm Carolus 5. Romanorum imperator, Aquisgrani coronatus est, area circa solem cum iride visa est. Christiernus secundus Daniæ ac Norvegiæ rex occiso Strenone Suetiam obtinuit, Holmiam crudeliter afflixit, ac mox metu coactus relicto regno in Germaniam fugit.

ERdfordiæ ad solem visa sunt gemina parelia. Trabs ardens horrendæ magnitudinis in cœlo conspecta est, quæ desuper in terram sese demittens consumpsit plurima. Inde reuersa in aerem formam circularem induit. Proximo anno Turca cum ingenti exercitu Hungariam inuadens, Albam Græcam proditione cepit. Lutherus hæreseos in comitiis Wormacien sibus accusatus, sese veritatis Euangelicæ testimoniis, coram imperio Romano defendit. Caroli V. imperatoris milites Mediolanensem non arcem tantum, sed ciuitatem etiam, pulsis Gallis, receperunt.

1521 ACcidit Mediolani vigesimo octauo die Iunii horribilis casus. Erat supra fornicem portæ arcis Iouis turris, non solum ad propugnandum munitissima, sed aspectu etiam pulcherrima, quippe in cuius fronte præter alia ornamenta locatæ essent tutelarium diuorum marmoreæ imagines, ad amussim sculptæ, cum insignibus Sfortianorum ducum, qui tantam molem fundauerant. Forte autem cum intus turrim seruarentur in vsum tormentorum, plurimum pulueris sulphurei vasa, fulmen de cœlo ipsam tetigit, & murum scindens, igneam materiam accendit, cuius impetus non solum turrim euertit à fundamentis, sed mœnia etiam, & arcis cubicula, ac reliqua ædificii membra proxima humi prostrauit, saxaque circumuolitantia duos arcis præfectos, qui de mense paulo ante ad salutandum virginem matrem, in cubiculo iuxta portam conuenerant in area deambulantes occiderunt. Alios quoque è militibus, qui in

de-

dem auram captabant (erat enim æstas & diei vespera) interfecerunt, aliorum capita, thoraces, brachia, & crura fregerunt, adeo vt è ducentis propugnatoribus vix duodecim è tam magna clade euaserint. Neq; tantæ ruinæ fragor ciuitati fuit ignotus, quin & ipsa valido terræmotu concussa, magnum pleriſq; iniecit timorem, ne tota eo impetu corrueret, quo sedato, cum fulminis ardor vehemens versus arcem visus fuisset, innumeri eo concurrentes, omnem aream, quæ ante ipsam arcem erat latissima, saxis opertam repererunt, admirabanturque aliquot lapides, quales decem boum iuga vix loco mouere potuissent, quingentos & amplius passus iactos fuisse, fundamenta turris euulsa supra portam stare, ipsius fastigia in imo conspici, neq; id sine Dei nutu euenisse existimabant.

HAdrianus pontifex cum in Palatii sacellum Romæ ad solennes natalis diei Iesu Christi cæremonias peragendas ingrederetur, ianuæ illius sacelli superliminare quod marmoreum erat, post eius ingressum illico decidit, ac nonnullos custodiæ suæ milites cum maximo ipsius timore occidit. Eo anno post captam Rhodum Caierbeius statim defunctus est. Cui Acomathes Bassa, quod ad ministrationem attinet, successit. 1521

IN Turingiæ diuersis locis agri ac valles à magna murium copia mirum in modum deuastata sunt. Christiernus Daniæ rex, Stenone interfecto cum regnum inuasisset, Holmiam grauiter afflixit, qua de re copiose Zieglerum leges. 1522

VItulomonachus monstrum terribile, natum Walterſodorfi vno à Fribergo lapide, pago ditionis Cellensis, villa rustici, cognomento Stecheri, de quo monstro D. Martinus Lutherus libro edito, suam exposuit sententiam. Scimus etiam natum Porcosacerdotem tertiodecimo anno post Hali in 1523

Saxonia, ipso die Paschatis. Circa autumnum in regno Granatæ magnus castrorum ac ciuitatum numerus terra absorptus est, ac Neapoli in diui Galli festo tanta cœli tempestate sæuitum est, vt castella, arces ac ingentia hinc inde ædificia ruperit.

QVinto Calend. Nouemb. in regno Neapolitano, Cometa apparuit, & cœlum ex crebris coruscationibus, tonitruis, ac fulminibus in terram delapsis plane ardere visum, tremuit terra, & secuta est ex ruptura nubis inundatio tanta, vt lapides ex montibus sexcentorum centenariorum pondere penitus cum domibus ac castellis quindecim millib. & quinquaginta tribus, atq; cum hominum, armentorum, pecorumque innumerabili multitudine, per triginta duo miliaria Italica auexerit.

ROmæ tertio nonas Nouembris in ripa Maioti, visum est monstrum marinum sexus fœminei cum mammis, capite tamen hirsuto, magis simiam quam hominem referente, cum auribus caninis. Eo anno Rhodus insula Solymanno Turcarum imperatori dedita mense Ianuario, maximo totius Europę detrimento ac miserando luctu.

1523 CVm in Pannonia (vt Eincelius scribit) nostu quidam rusticus curru veheretur, & cadente diurna luce, cogeretur in agro pernoctare, excussus somno erectoque corpore stans, vidit in aere duos principes digladiantes, alterum procero & valido corpore, alterum staturæ minoris, sed regium diadema capite gestantem, quorum alter grandior & fortior victum interemit, & coronam capiti detractam terræ illidit, vt in partes dissiliret. Post triennium Ludouicus Vngariæ rex in prælio Turcico fusus ac profligatus est, qui etiam aduersum sibi prodigium in corpore suo circumtulit. Natum enim infantem cutis nulla texit, sed caro fuit cruda, vt necesse fuerit medicos arte cutem obducere corpori, quo

ri, quo existimatur regni amissionem significatam esse.

TIguri Heluetiorum sexto nonas Maii tres simul soles, variique simul circuli in cœlo conspecti sunt, ac eodem anno eiectis ex templis omnibus idolis, nouam Euangelii reformationem, per omnem suam ditionem Tigurini instituerunt. Villachium Germaniæ oppidum pernicioso incendio consumptum, ac Labachium ad dimidiam partem diro incendio deformatum est. In Haga vero comitis Hollandiæ, mulieres ob vectigalium portoriorum exactionem, pernicioſam excitarunt seditionem.

IN Hircinię syluæ quodam pago non procul à Kniebis, infans monstrosus natus est, virilis sexus, in cuius corpusculo circa pectus aliud præterea corpus membris omnibus absolutis, propendebat ad genua vsque, solo capite in alio corpore tecto. Peruenit monstrum hominis ad virilem vsque ætatem hinc inde miraculi loco, ac Argentinæ adhuc in nundinis circa Ioannis Baptistæ festum anno 1555. ac sequenti quo hæc scribimus apud nos Basileæ in nundinis diuo Martino sacratis conspectum est. 1525

ANte mortem Ludouici Hungariæ regis, in Hungaria duo parelia conspecta sunt quæ procul dubio significarunt, tres reges, Ferdinandum videlicet, Ioannem, ac Turcarum imperatorem, dimicaturos esse de regno, Iobus Fincelius.

IN Saxonia mense Maio, iris noctu supra Locham adparuit. Infans Wittenbergæ sine capite natus, atque alius inuersis pedibus. Eodem anno dux Saxoniæ Fridericus Sapiens diem obiit. Visus est Halo qui solem ingenti magnitudine cingeret, itidis fere formam induens. 1525

IN Augusto Sol per aliquot dies vt igneus globus in cœlo comparuit. Hoc ipso anno in Germania

horribiles, & ante nunquam auditi motus à ſeruis ruſticis in Alſatia, Sueuia, Francia, Thuringia, & in illis terris quæ ad Rhenum ſitæ ſunt, excitabantur. Motus hi magna vi & armis principum ſunt repreſſi, adeo vt intra menſes fere tres ſupra centena millia ruſticorum conciderint in conflictu, non aliter atque pecora trucidati. In Mulhauſen Duringiæ oppido, concionator Eccleſiaſticus erat Thomas Monetarius, is palam docuit reſtauraturum ſe collapſum Eccleſiæ ſtatum, gloriabaturque priuatim ſibi à Deo reuelationes fieri, & ad euertendam tyrannidem impiorum, gladium Gedeonis ſibi commiſſum eſſe. Eduxit turmatim cohortes vulgi, iuſſitque nobilium domos diripi, & monaſteriorum bona compilari. Cæterum dum deprædantur, paſſim plebeiæ copiæ ſine ordine, deleuerunt eas Saxoniæ principes, & Landgrauius Heſſorum. Monetarius & ſocii eius plerique capti ſunt, & capite truncati, pœnas impii ſui inſtituti dederunt. Franciſcus Galliæ rex vigeſimo quarto Februarii à Caroli V. imperatoris militibus ad Papiam captus eſt.

1526 IN Heluetia apud Tugios vigeſimo Iulii die turris pulueris bombardici de cœlo tacta, ingentem vrbi cladem dedit.

SIc in Septemb. menſe fulmen è cœlo lapſum, feriens Baſileæ turrim quandam redundãtem, multis vaſis bombardico puluere repletis, in momento oculi fregit illam, diſiecitque lapides magnos & parvos in vrbem, non ſine graui læſione omnium quæ in propinquo erant, Interierunt duodecim aut tredecim homines, & aliquot pecora, qui ea hora in campo iuxta turrim verſabantur. Quædam etiam domus quadratis turris lapidibus tactæ, non modicum ſenſerunt detrimentum, adiacentes vineæ fuerunt ſubito ſic tonſæ, vt putares vites falcibus reſectas. Fœdus Mediolanẽſium, Gallorum, Anglorum,

Vene-

Venetorum ac omnium Longobardiæ ciuitatum, contra Carolum V. imp. ictum est. Interfecto Ludouico Vngariæ rege à Turcis, regnum Vngariæ inuasit Ioannes Zepusiensis Vaiuoda. Sigismundus Poloniæ rex Dantiscum veniens, seditiones puniuit, ac sacrificulos in pristinam dignitatem restituit.

NOn procul à Kauffburen nobili Sueuiæ oppi- 1527
do tres soles cum varijs circulis cœlestibus visi sunt.

CIrcumferebantur tũ varia passim vaticinia, quibus colligebatur eum annũ rerum mirabilium futurum. Nunciatum est quoq; prodigium, auditum videlicet in cœlo fragorẽ, quasi armatorum inter sese concurrentium. Et paulo post, cum ad diuorum delubra, obsecrationum feriis supplicationes è more haberentur, sol ingenti ac nebuloso orbe sereno cęlo circumquaq; inclusus apparuit. Quæ prodigia cum ab aliis alio (vt quisq; animum affectum habebat) ad reges & monarchas referrentur, postea extitere quidam, qui ea peculiariter dubias Vltraiectinorum res, & mirabiles motus, vicissitudinesq;, quæ in hunc annum inciderunt, portendisse affirmarent, de quibus copiosè Lambertus Hortensius Montfortius lib. 3. rerum Vltraiectinarum doctissime scripsit.

AGmina locustarum magno ventorũ vndiquaq; flantium impetu ex Turtia in Poloniam delata sunt, habentium cæsias ac aureas alas quaternas. Hæ non minus hominibus quam pecudibus noxiæ, post se pestem reliquerunt. Conspecta præterea multis in locis duo parelia, gemina itide cincta. Iobus Fincelius.

VNdecimo die Octobris, mane circa horã quar- 1527
tam in ea Vuestriæ parte, cui comites Rheni præsunt, terrificus Cometes à multis visus est, duraumq; hora & quarta eius parte. Oriebatur à subsolano, ascendens meridiem occidentemque versus, sub

ſeptentrione maxime conſpicuus. Longitudine erat immenſa, colore ſanguineo in croceum deſinente. Summitas eius incuruati brachij formam & ſpeciem habebat, in cuius manu ingentis magnitudinis gladius, veluti iamiam percuſſuri videbatur. In gladij mucrone atq; ab vtraque acie, tres non mediocres ſtellæ apparebant, verum quæ à mucrone fulgebat, reliquis duobus maior erat. Ab his ſub obſcuri radij piloſæ caudæ figura conſpiciebantur. In lateribus à ſummo ad imū vſq;, radij in ſpeciem fere haſtarum deformati & gladij minores, diluti ſanguinis colore, inter quos humanæ facies comis barbisq; hiſpidæ, nigricantis nubis colore cernebantur. Hæc ſimul tanto terrore horroreq; mouebantur ac rutilabant, vt nonnulli ſpectatorum timore metuq; prope exanimati dicantur. Hunc inſignis aſtrologus Petrus Creuſſerus, Ioan. Liechtenbergij inſignis aſtrologi diſcipulus, interpretatus eſt. Subſequuta eſt Turcica Tyrannis, & incurſiones hoſtium acerrimæ cum ſanguinis hinc inde effuſione. Roma vrbs ab exercitu Cæſariano duce Borbonio obſeſſa & capta, direptaque eſt. Pontifex obſidionis neceſſitate coactus, in Angelica arce captum ſe dedidit Cæſarianis, ſed eum pro ſingulari clemẽtia ſua liberum dimiſit Cæſar, ac priſtinæ dignitati reſtituit, vt Chriſtiani orbis publicæ tranquillitati conſuleret, quidam ſcribunt 400000. aureorum millibus redemptum eſſe ab hoſtibus.

1528 DIe decimonono Iulij Auguſtæ Vindelicorum ingens tempeſtas orta, ex qua grandinis lapides inuſitatæ magnitudinis, multam ac pernicioſam cladem domi ac foris intulere. Viſa eſt octauo Iunij cœlo ſereno, area circa ſolem, iridis ſimilitudine non obſcura. Secuta eſt ſiccitas magna.

DEcimo ſeptimo Calend. Iunij, Tiguri Heluetiorum metropoli, multi ſimul ſoles atque circum

cum eos tres circuli, conſpecti ſunt: Eodemq; anno ſequuta eſt inſolita in Heluetia (regione armentis atq; pecorib. alias refertiſſima) carnium caritas, atq; penuria tanta, vt ex Vngaria boues vocarentur. Anno vero proximo Tigurinorum aliorumq; confœderatorum, contra 5. Heluetiorum pagos, bellum inteſtinum exarſit.

NAtus eſt infans qui brachiis in uniuerſum careret, reliqua corporis forma rectiſſime habens. Pedes huius cum ad vigeſimum annum ætatis peruenisſet, manuum officio fungi vidimus, accipiendo, ſecando, ori inſerendo, nec nõ etiam alea & chartis ludendo. Quod & alter quidam ore & mento præſtare potuit. 1528

EIuſdem etiam agilitatis mulier Francofordiæ ad Mœnum anno Chriſti 1556. viſa eſt, quæ manibus omnino carens, arrepto pede calamo, literas non tantum elegantiſſime pingere, ſed tractare colum, nere, numerare pecuniam, ac ſubtiliſſima quæque, pedum digitis conficere potuit.

CVm vrbs Vltraiectina graui obſidione premeretur, oſtentum dirum in cœlo viſum, oppidanos vehemẽter perculit, & hoſtium animos in ſpem potiundi oppidi erexit. Signum enim decuſſatum in cœlo, ſupra oppidum luteo colore (horrendum aſpectu) terribile apparuit. Id quia Burgundici nominis interſignium eſt, vtrinque ita interpretati ſunt, oppidum breui Burgundionum ditionis futurũ. Fuere tamen inter Hattennos, qui id in longe diuerſam religionem verterent. Tutelaris ei loco D. Andreas eſt: perſuaſum inde multis fuit, eum diuum præſens oppido auxilium, vt obſidione ſolueretur, allaturum. Mane circa lucis principium porta Hænuerſa, quia magnis operibus hoſtiũ fęde deformata, diuq; quaſſata, ac prope decuſſa fuerat, procidit, cuius ruina

aditus armatis in oppidum, per apertum, planumq; iter, patefactus fuit.

1529 NOno Ianuarij circa decimam noctis horam in Germania, chasma quod voraginem, vel hiatum cœli philosophi vocant, visum est, quod Iouianus Pontanus doctissime descripsit.

PRope Esselingam Neccari monstrum natum est, infans videlicet vno capite, quatuor aures, quatuor brachia, quatuor item crura pedesq; habens. Comitia regni Germanici apud Spiram celebrantur de rebus fidei, ac stratagemate cõtra Turcas. Pluuiosa æstas hoc anno terræ omnia nascentia misere passim pessundedit.

IN festo Matthiæ Apostoli circa noctis initiũ Vratislauiæ ventorum immenso impetu cacumẽ turris diuæ Elizabethæ, cum magna lignorũ strue, mole cupri ac stanni (ex quibus obductum erat) in terram detecit, de qua tempestate plura leges in miraculis Iobi Fincelij.

1529 BAsileæ Rauracorũ 14. Iunij, Birsus fluuius, (qui suum per vrbem, ob multas commoditates trãsitum habet) continuis siue imbribus, siue nubis ruptura, adeo intumuit, vt ruptis hinc inde laqueatis ædificiis, naues onerarias in vrbe ferre potuerit, ac totam vrbis partem, quæ in plano erat, domorumq; ædificia, ad curiam vsq; magno cum damno oppleuerit, ad cuius inundationis memoriam, in foro frumentario, ipsoq; curiæ senatoriæ ingressu, ænea tabula cum inscriptione erecta est.

1530 SPiræ episcopalis Germaniæ ciuitatis, quæ ad Rhenum sita est, excitatus à monacho piscator, vt media nocte per Rhenum nauicula cum fratribus suis eundem monachum duceret, piscator promissa pecunia victus, nauem parauit, ac impositos monachos in medium Rheni ratem duxit. Verum cum atrox tempestas orta esset, nauclerus vitæ periculũ timens

Deiq;

Digitized by Google

Deiq; implorans auxilium, à monachis verberibus tractatus est. Et demum diuino auxilio ad littus venit, verum monachus cum sociis in conspectu nautæ illico euanuit. Nauta vero fere exanimatus, orto die à puero domum ductus, eodem die obiit. Hoc spectrū elegantissimo carmine descripsit lib. 2. Elegiarum Georgius Sabinus Brandenburgensis.

MEnse Ianuario serpens monstrosus septem capitibus coronatis, ac duobus pedibus instar draconis cuius typum imago hæc cum magnitudine refert, ex Turcia ad Venetos primum perlatus, deinde Francisco Francorum regi donatus, ac sex millium ducatorum propter raritatem æstimatus est.

ROmæ 8. Octob. subita inundatione multa in vrbe, ac in Campo, præsertim Flori periere adeo, vt multi etiam de vitæ incolumitate dubitarint. Sic quarto Iulij Basileæ Rauracorum Birsus fluuius alueum suum egressus multis incommodis ciuitatem eiusq; accolas affecit. Cronbergiæ infans in vtero materno lachrymare apertissime auditus, vt refert Fincelius.

EOdem anno Cometes in Germania, Italia, & Gallia, visus est circiter sextum diem Augusti, & primum aliquot diebus mane ante ortum solis apparuit, inde sequutus est solem, & sub vesperum post occasum solis circiter tres septimanas visus est, vsque ad tertium diem Septemb. Cursus eius fuit per Cancrum, Leonem, Virginem & Libram, vbi desijt videri, neq; apparuit amplius postea. Non multo post in Octo. exortum apud Heluetios bellum est. Seditiosi rustici sæuiunt vndiq; in Germania.

IN Lombardia tanta luporum copia inuenta est, vt peregrinari iã multis hominibus deuoratis tutum non esset, ac cum nullis insidiis capi possent, vltionis diuinæ pœna iudicata est. Stumpfius.

1530 BRabantiæ, Hollandiæ, ac Flandriæ loca litoralia maritimaq;, Selandiam propemodũ vniuerſam, dira aquarum obruit alluuio, ruptis aggeribus, mari & fluminibus paſſim inundantibus, cum magna & hominum & rerum ſtrage; non tantum pagi ſed & oppida Flandriæ atq; Selandiæ enauigata ſunt cymbis fluuialibus. Ferunt maria omnia adeo inſolenter per id tempus aucta vt ternis aut quaternis pedibus ſupergreſſa ſint aggerem, certumq; eſt, fuiſſe paucos admodum in Selandia, quos tam ſæua hæc tempeſtas non deprehenderit. Si noctu veniſſet tam ſubitus & grandis cataclyſmus, non dubium quin plurima hominũ millia fuerit abſorpturus. Eodem anno Mechliniæ mortem obiit Cæſaris Maximiliani filia Margareta, anno ætatis 51. Romæ præter tonitrua ingentia, & crebros ignes tanta vis aquarum cœlo decidit, vt altero ſe perituros diluuio metuerint homines. Tyberis ſe effundentis impetu, & publicæ & priuatæ domus corruerunt. Atrox vis tempeſtatis huius ſecum rapuit, & in alueum fluminis deportauit etiam ædificia, quæ trium aut quatuor fictilium lapidum denſitate conſtabant. Si qui vitæ ſeruandæ ſtudio & cupiditate conſcenderant tecta aka domorum, hos ventorum violentia humi decuſſos, Tyberinis vndis abſorbendos dedit. Locis vrbis depreſſioribus aquæ, in triginta trium aut ſex pedum altitudinem ſeſe extulerant. Vnde factum eſt, vt frumenti, quod tum erat in vrbe, pluſquam tria modiorum millia fluctus abſumpſerint, præter vinaria vaſa, quæ diſſoluta effuſo liquore aquis innatabant, & alia permulta precioſiſſima, quæ in pœnariis hæc tempeſtas reperit. Hoc anno Florentia ab exercitu imperatoris & Papæ expugnata. Turca in Auſtriam irrumpens, à Germanis in fugam actus eſt.

1531 GRando inſolitæ magnitudinis 4. Septembris Baſileæ Rauracorum de cœlo cecidit, cuius crudeli-

delitate vites adeo infestatæ sunt, vt eo anno vini penuria maxima sit inde laboratum. Eodem anno facta est inter Basilienses ac Solodorenses grauis disceptatio, ac inde propter limites bellum, quod tamen ab aliis Heluetiæ ciuitatibus confœderatis sopitum est. Ioannes Oecolampadius mox ecclesiæ Basiliensis & renouati Euangelij summus pastor, apostematis dolore, pie ac sancte Deo spiritum reddidit, ac Osuualdum Myconium virum eruditione, sanctitate ac innocentia vitæ in primis clarum, suæ ecclesiæ successorem reliquit.

LIsibonæ in Portugalia in cœlo signa ignea ac cruenta diuersi generis visa sunt, ac sanguineæ guttæ ex nubibus in terram ceciderunt.

In Heluetiæ quodam pago quem patria lingua Gossauu vocant, prope Groningam natus est monstrosus infans ad vigesimum nonum Augusti diem, duobus scilicet capitibus, ternis brachiis totidemque pedibus. Cometa visus per totum Augustum, caudam meridiem versus erigens. Orta sunt in Heluetiis intestina, ac plusquam ciuilia bella, concursum est armis infestis prope monasterium Cappel, vbi Tigurini cum suis magnam suorum acceperunt cladem, in qua & Hulricus Zuinglius pro patria ac religione pugnans occubuit.

EOdem anno & mense in litore Hollandiæ, non 1531
longe ab Herlemo, mare, piscem eiecit mortuum, longitudine pedum sexaginta octo, crassitudine triginta; oris hiatui, tredecim pedes tribuerunt. Idem annus Ludouici matris Francisci primi Gallorum regis morte, ac victoria Poloniæ regis contra Vayeuodam Muldaniæ Turcæ tributarium, & Valachos insignis fuit. Valachi bis cum Polono manus conseruerunt. Polonus vtroque prælio

ſuperior priore Valachorum ſex millia profligauit, ex quo numero multi cæſi, capti ſunt quam plurimi: altero, ipſum quoq; Vayeuodam duobus vulneribus ſaucium fugere coegit.

AVguſtæ Vindelicorum mulier tria monſtra peperit, primo caput humanum membranis inuolutum, ſecundo bipedem ſerpentem, cui Lucii caput, corpus ranæ & pedes, cauda lacertæ, tertio porcum omnibus partibus integrum.

1531 MOnſtrum horrendum quadrupes, humano capite barbato ac criſtato, aquilinis pedibus, manibus fere leoninis, cauda canina, corpore giluo in flauum declinante, anno 1531. ſalutis, in ditione Epiſcopi Salceburgenſis, in ſaltu quem Haneſbergium vocant, captum eſt, feritatis inſolitæ. Hominum enim aſpectum fugit, ſeq; in tenebras, vbi potuit abdidit, tandem cum ad cibum capiendum neq; cogi, neq; allici poſſet, paucos poſt dies inedia periit.

MOtu terræ concuſſa eſt tota fere Luſitania, Vlyſiponæ corruerunt 1000. & 50. domus ex omnium ſpectatiſſ. plus ſexcentæ ruinam minatæ ſunt. Templa omnia in lapidum aceruum redacta tradũtur. Hic motus terræ dies octo durauit, & quotidie per interualla rediit, vt ſepties aut octies interdiu huic periculo fuerint obnoxii incolę. vnde relicta vrbe, homines in campis ſub dio agere ſunt cõpulſi. Adhæc ex locis illis, quidam ſcripſerunt certos hiatus factos, vnde peſtilentiſſimus aer exhalaret, atq; hinc atrocem ortã eſſe peſtilentiã. Hoc anno mense Auguſto viſus eſt Cometes in Germania, Italia & Gallia, ad occidentem tribus hebdomadibus circiter ſextum diem Aug. & primum aliquot diebus mane ante ortum Solis apparuit, inde ſequutus eſt Solem, & ſub veſperum poſt occaſum Solis. Curſus eius fuit per Cancrum, Leonem, Virginem & Libram, vbi deſiit videri, nec apparuit amplius poſtea. Eodem anno

agente

agente Apollonio, à nemesium, Sardanapalo, ac-
cumbente Lucio vendit tempus, quum Claudio
Cæsare Nero Britannicum, Agrippinam, Octa-
viam, Virtutem virtutum omnium, ac denique
Claudium Pandulphus Cæsar, ut diximus, edidit,
ut taceam, me minus aliquod esse Claudium
ac Pulcheriam, quam cultos nullis ornamentis,
cum laudis ac virtutis dotibus ornatissimos, ut
eos parcus Scriptorum parsmaior mentionum ingra-
tissimo silentio præterierit, quum tamen ipsa
profectò meruerint reperiri digni, qui à Scriptori-
bus omnium fæculorum ingratissimum Scorti-
fluxerit oblivionis limum, ac tenebras eximerent.
Et illis ipsis diebus mortem obiit Gallus ingeniis
Carolus, Salomon die Carolus, Salomon die Carolus,
cujus hunc Comitem refert illud Rodulfensium fil-
mentum habitum pectoris, & vestes, quibus ipse
gestasse, qui quoniam quoque pictoribus maximo
ornamento fuerunt, ut ex Ecclesiasticis Historiis
eft, figuras ejus effingere non dubitavi, ut ita magis
Scriptor, fatus erum Theophilo Patriarcha Ie-
rosolymitano, Mauritio Augusto, Constantino
Archiepiscopo, Scholastico, & Isaacio
Un quoque ab Origenes, ac Ioha Basilio ut
Concomit, ha vela sanctorum. Apollinaris
Laodicenus Episcopus, ac Ioha Basilio ut
mus solus habuisse legitur, quem propterea tam
rare reliquiæ & Ioannes in utroque conscribens.
Alexandrinus Patriarcha Ioannes Ioannes Ioannes
dens in Origenem, hoc loquutus hæc, ut ex ea-
dem ipsa Basilio ut Ioannes Ioannes Ioannes
hæ tabulæ, & vestibus Ioannes hoc vestibus,
quibus ipse gestasse, qui quoniam quoque pictoribus
ornamento fuerunt Theologiæ.

Collocuta ordo scetantes ejus progressus
quos in inter natos eclusos ejus ita ut
2

tus vrbem quaſſauit. Non procul ab Iſena Thuringiæ oppido, in aere viſa ſunt vetus arbor, ac eques aliam arborem viuentibus foliis geſtans, quem ſecutus eſt canis venaticus, ac poſtea magna atque atra crux prope pagum vel vicum quaſi fulmine incenſum. Fincelius.

MEnſe Septembri iterum Cometes viſus eſt, in Virgine ac domo Mercurij, per aliquot ſeptimanas, duabus horis mane ante exortum Solis & ad Orientalem plagam, qui durauit totos tres menſes. Erat admodum terribilis flamma, nam & magnitudine & duratione vincebat alterum Cometam, quem ſuperioti anno videramus. Hunc deſcripſit & interpretatus eſt medicinæ doctor clariſſ. Achilles Giſſarus, & Ioannes Virdungus Haſtiodus inſignis Aſtrologus.

VIſi ſunt die 11. Aprilis, hora diei ſecunda, tres ſoles conſpicui ac ſplendidi Venetijs, cum duabus iridibus, non cum capitibus deſcendentibus, ſed ſoli oppoſitis, quorum prima cito deſijt, altera in medio cœli parua conſtitit, horarum duarum & plus ſpacio, altera velut corona, altera vt ſemicirculus plano terræ æquidiſtans præter aliorum morem, Soles vero ipſi pellucidi, vt intueri nequaquã poſſent, ſicut nec qui in medio erat. Qui ergo ad ſolis læuam habebatur valde lucidior, maiorq; ac ſplendidior, viſus eſt verſus auſtrum: qui vero ad dextram, boream verſus ſpectabat, minor nec tam ſplendens, hunc tamen in fine magis perſeuerantem auctumq; animaduertimus. Sic tamẽ vt ambo ſimul deſijſſe viſi ſint, vterq; tamen maximos radios per cœlum, & ad terram extendebant, colore omnium ad rubedinem declinante.

1532 SEptimo Cal. Maij in Heluetia circa Solis orientem albus ac criſtallinus circulus viſus eſt. Et eodem anno bellum maximo apparatu in Turcos ſine fru-

dum tem, Eclipsim 18. lunarem die Saturnalitio, de cui tempori obit. Scaligeri & Tardellinis Chronicis.

IN eadem regnantibus Dioscuro volatum in aere, & ignem in cœlo conspectum, & Solem ter in die visum, & Lunam bis, & stellam Cometen, & circulos quatuor circa solem apparuisse manifestos.

IN Gallorientis in Vercellensi agro Sole, & Lucifero quatuor circulos eque inclusos conspexere. Gestalis quidam miles in Germania fuerat simul cum duobus comitibus, meridie domi suæ in cubiculo, & videbat eum tres soles in cœlo, & adhuc vigilat erat in medio diurnali, reliquum diei dormiebat, & ita per tres dies, & tres noctes ejusmodi visa, Postea quam ad se rediit, narravit visum suum, & ita accidit, ut postea, perpetuo lecto cruciatu fuit, & obdormivit in Deo in cubiculo suo.

NEnde vidisse ego, cum Walchelino quo Palatio Aquisgrani, cometam Lunæ, & Solis, quem diem Martii mensis vultum ei circulari plane nomine Halonis, & Parelii, & Solis, & Lunæ, & Cometæ, dum Lunæ, & Solis, & Cometæ vultus ad Occasum demitto, Eumenii hos quo natus eft, non circumscribitur, fed motus cælestes vitæ ejus comitatur fuit. ut horoscopi figni ejusdem. in motu mixti mobili quidem Solis tribuit fer fphæram, quia in ipsis motibus qui dextrorsum circumvehuntur stella fixa, & Sol, & Luna, & Cometa, & Halones, & Parelii, & circuli vim & Deum Creatorem omnium, & cælestia figura atque diuini generis stella locus ejus in cœli circumferentia. Quæ cum ita sint, quæ sunt in eft pars, prorsus ab ea figura in cœlo, cui stella fixa cadit, atque horoscopi ejusdem natalis. Sequentem ex fixis Solis scilicet, ut ea quæ sunt in horoscopo figura, sequatur in cœlo, & Lunæ die duo figura in cœlo ab ea distant circulo

ſpectus eſt. Apparuit præterea mons nouus ac reliquos montes altitudine excedens, qui mox in duas partes diuiſus eſt, in cuius medio inuenta eſt columna, in qua Græca lingua inſcriptum erat: HORA NATIVITATIS VENIT, AC INSTAT MVNDI FINIS. Decima tertia autem natiuitatis hora, vox clamantis in aere audita eſt. PARATE CORDA VESTRA AD EXCIPIENDVM. AC BEATI QVI CVSTODIVNT VERBVM EIVS. Poſtquam autem ad duos menſes vixiſſet infans, inſtar ſenis vocem exaltans, ſe Dei filium eſſe profitebatur, ac cum interrogaretur quid præcedentia ſigna portenderent. Margaritas de cœlo cadentes, populum eſſe qui in ſua verba iuraret. Draconem autem volantem ſuos aduerſarios ſignificare reſpondit. Curauit omnes morbos, viſum reſtituit cæcis, ac ad vitam reuocauit mortuos verbo ſuo, ac dum verum ſe ſcripturæ diuinæ, ac myſteriorum reconditorum, interpretem eſſe dixiſſet, per totam Babyloniam cõtra patrias leges pro Deo adoratus ac cultus eſt. Hæc tranſtulimus ex magni Meyſini Rhodienſis epiſtola, quam non tantum ad ſui ordinis milites, ſed ad omnes Chriſtianæ fidei principes etiam ſcripſit, quo præcauerent, ne contra verbum Dei falſis à prophetis, ac Sathanæ artibus atq; ludibriis humanum genus deciperetur.

IN Sueuiæ pago, quem lingua patria Chriſtantzhouen vocant, non procul ab Yſna oppido ſito, ſeptem annorum puer ſæpenumero in extaſin lapſus eſt, qui poſt multa corporis tormenta, pectoris concuſſiones ac ſudores ad ſe rediens, magno omnium concurſu, ac admiratione, ſibi cœlitus reuelata recitauit. Profitebatur autem ſe iuſſu diuino eo impelli, vt iam puer poſthabitis omnibus vitæ periculis, Dei veritatem enunciaret populo, qui hactenus ſeniorum per verbum Dei admonitiones reſpuiſſet. Locutus eſt igitur populo non publice, ſed in priuatis

ædibus,

Digitized by Google

ædibus,nõ pueriliter,ſed magna cum grauitate,multa de Deo,eius opificio,iuſtitia, gratia, longanimitate.Item de Ieſu Chriſto, cuius paſſionem ſuo ordine, à cœna dominica vſq; ad finem recitare potuit. Vocauit circumſtantes lectum (in quo cubabat) ad pœnitentiam,cum iam extremi iudicij diem prę foribus eſſe diceret, illud ipſum enim ſe habere ex trium radiorum ſtella, quam ſe vidiſſe referebat, inter quos radiorum primus,qui rubei coloris fuiſſet, ſignificaret bellum,ac cruentiſſimam hominum ſtragem.Secundus qui albi coloris, ingẽtem hominum peſtem, quam vix tertius euadere poſſet. Tertius flaui coloris,cuius tamen ſignificationem reuelare noluit.Mirum in modũ in ſacrificulos inuectus eſt,vt qui Chriſtum crucifixum, ac ſemel pro peccatis mortalium oblatum,in miſſa iterum offerrent, & quatuor tantum obolis venderẽt. Cum deteſtaſſet omniũ idolorum cultum, ſuperbiam, faſtum, vſuram, ſcortationem,adulterium,ebrietatem,atq; alia flagitia,quibus in ſanctam Dei legem peccatur, ad amorem proximi,humanitatem,beneficentiam,manſuetudinem ſibi aſtantes adhortari cœpit. Inter cætera tamen letale etiam venenum euomuit, dum referret multa contra ſanctam trinitatem ac Chriſti Saluatoris meritum,de interceſſione virginis Marię.de tenebris inter infernum ac piorũ habitacula, ac alia multa, quibus per puerum innocentiſſimum ſub veritatis prætextu execrandus Sathan,quo imponeret ſimplicioribus,letale virus effudit.

MEnſe Iulio fulſit ingens Cometa, ſpargẽs flam- 1533
mam verſus brumalẽ occaſum, adeo longam, vt circiter octo gradus occuparit. Fuit autem candidus & flammam mitræ longitudinis efficiebat ſeu enſis,ſeu perticæ ſpeciem,eratq; Milichij iudicio, proprie ξιφίας.Hunc interpretati ſunt,Nicolaus Brugnerus & Achilles Gaſſarus medici.

1533 SChiltachium Sueuiæ oppidum triduo ante pascha diaboli insidiis veneficæ ministerio incensum ac penitus absumptum est. Diabolus ad tempus consuetudinem cum illa vetula habens, à nemine præterea visus est, licet multos subinde sit alloquutus, ac aliquoties tympano in oppido per plateas ac vicos sit vagatus atq; auditus ab omnibus. Venefica autem paulo post deprehẽsa tanti sceleris ministra, in Oberdorf in ardentem rogum deiecta pœnas dedit.

MEdiolani anno 1533. die 11. mensis Decembris, tam immensa grando, tam crebra fulgura atq; tonitrua sæuierunt, vt homines quasi amentes tum metu tum superstitione discurrerent. Maius tamen fuit prodigium Paduæ, quam Mediolani. Hæc autem Cardani iudicio, bellorum metus ac nouorum vectigalium damna portẽdunt, si nullum aliud terribilius lignum adiungatur. Non enim talia præter naturam sunt, sed solum extra temporis conditionem.

TRA VLTIONEM DIVINAM PVGNANTES. Hæc Jobus Fincelius, Franciſcus Bebeccius, atq; Ægidius Aquila monumentis prodiderunt.

1549 IN oppido Voitlandiæ ſub auroram in æthere ſereno, vt Fincelius ſcribit, conſpectus eſt procerus vir habitu & ornatu Principis germani, ſupra quem ad alterum latus leo, ad alterum verò agnus adparuit, q ſe mutuo amplectentes, geſtu & vultu amoris indicia præbuerunt. Sertum etiam in nubibus apparuit, ꝙ arripere princeps conatus eſt ſed fruſtrà. Gladium autem qui ſub pedibus eius diu viſus erat erecto capulo, arreptum terq; quaterq; contorſit in aëre vibrauitq;, donec totum oſtentum mole nubium ſepeliretur. Jobus Fincelius.

1549 MVndæ Saxoniæ oppidi, die ſanctæ Vrſulæ dicato, homo quidam ignotus horrendo vultu, ſordidioribus veſtibus amictus, ſine tunica geſtans baculum, per omnes plateas currens, alta voce pœnitentiam clamitans, ad verbum Dei amplectendum, ac deteſtandum idolorum cultum adhortatus eſt.

HOc anno ſimiarum aſpectu, & vrſinis obſitos villis toto dorſo partus ſe vidiſſe Peucerus teſtatur, & præterea qui exertas ac ceu dependentes tenerent linguas, inſtar virulorum recens iugulatorum. In agro Brunſuicenſi ex ſcaturigine copioſus ſanguis effluxit.

IN Alſatia ſuperiori non procul à Colmaria ciuitate Imperiali, magna ranarum bufonumq; copia de cœlo in terram cecidit, quæ ab eius loci incolis, fuſtibus atq; ſudibus primum deleta, & deinde ne inde aër inficeretur, magiſtratus iuſſu in vnum acernum collecta, à carnifice excoriatoribusq;, in foueã conjecta eſt. Eo anno Paulus tertius Romanus Pontifex Alexander Farneſius antea dictus, obiit, in cuius locum Julius tertius ſuffectus eſt.

Circa

CIrca hæc tempora equum vidit Androginum 1549
Antuerpię Cardanus,& canem qui intus teſticulos habebat, ad venerẽ enim promptus erat, nec tamen teſticulos habebat, qui tangi poſſent. Ambo aũt erant amicorum, ſed equi præſtat formã deſcribere: Is erat Primiuali Vicecomitis, vnum habebat tantum teſtem loco proprio,cum mammis tumidis, vt equæ habent. Inde vuluam proprio loco, & ex vulua penis emittebatur.Hinniebat ad equas & forma maſculina erat, promptus & erectus capite, craſſiore autem corpore, colore griſeo (vt vocant) caput magnum,penis non maior palmo cum illum exereret. Emptus aureis triginta ſex. certum erat cum auerſo eſſet pene, coire illum non poſſe.

NAtus eſt puer in agro Tigurino, ditione Kiburgenſi, parochia Wiſnangna, vico Teillurga, Maii die vigeſimo ſexto, qui erat dies Dominicus ante Aſcenſionem Domini, circa duodecimam noctis horam, parentibus Joanne VValtero & Barbara Saxeria coniugibus. Hic puer à parocho loci Henrico Meſicommero baptiſatus, & Henricus appellatus eſt. Incrementum eius per infantiam & primos pueritiæ annos omnibus miraculo fuit. Nam cum hoc tempore ſex tantum annos ætatis abſoluerit, proceritate tamen adoleſcentem annorum quatuordecim æquat, craſſitudine & corpulentia ſuperat. Vox ei ampla & valida. Genitalia non minora quàm circa annum viceſimum eſſe ſolent, pubertate etiam hiſpida. Nec dum creſcere deſiit. Annos quinque natus onera magna iam portabat, vtpote mediocrem ſaccum (quem noſtri modium vocant, eſt autem quadruplus ferè ad modium veterum Romanorum) tritici. Frugum in areis trituræ quas perticis noſtri flagellant, & moderando aratro inſtar viri adulti ſatis. Ingenium adhuc puerile eſt. Parentes hominis mediocris modum non ex-

cedunt. Hoc ita se habere ciues Tigurini hoc tempore pleriq; omnes nouerunt, & puerum à patre adductum plurimi spectarunt. Et Conradus Gesnerus Medicus Tigurinus (qui pro sua erga me beneuolentia ac humanitate hanc pueri descriptionem mihi communicauit) quinquennem domi suæ vidit, accersitum vt amplissimo viro Vlricho Fuggero Kirchbergæ & VVeissenhorni Comiti thermis Ergouianis curandæ valetudinis gratia vtenti, spectandum mitteret: ac hoc publicè testaretur, cum sciret nonnullos esse qui de pueri ætate, & rei veritate dubitarent.

1550 IN Carinthia non procul à Clagenfurto atq; Villaco oppidis, X. Calend. Aprilis, ante festum Palmarum, ad horas duas integras annonam selectissimam de cœlo pluit, quæ à regionis incolis collecta, atq; ad victum hominum accommodata est.

IN festo palmarum hora tertia post meridiem in ditione Ducis Brunsuicensis duo parelia conspecta: Amplus enim circulus Solem suo ambitu cingens, ad vtrunq; latus recta quasi linea parelium exhibuit, ac tres istos Soles trabs prælonga eiusdem coloris in medio perstrinxit, vtrunq; in acumen desinens.

1550 TErtio Augusti in ditione Abbatis Vrsini, pago Riedensi tribus milliaribus à Kauffbuten Sueuiæ oppido, fabri cuiusdam vxor, gemellas omnibus partibus absolutas, sed ventre, ad collum vsque coniunctas peperit, quæ sua longitudine post partum tres vlnæ Sueuicæ partes superabant.

GLobi ignei tres in Misnia Lipsię in aëre de nocte visi, quos multi Studiosi atque etiam clarissimi viri conspexêre, autore Marco Frytschio.

INtra Noribergam Fichtvvangium, & Anoltzbachium, III. Idus Augusti, die sereno, visus est Sol varii quidem coloris, ac super eundem vasculum sanguine plenum, quo Sol conspergebatur, circa aqui-

nachorum, corpore ſquamis cucullæ ſpecie obſitis captum affirmat Caſparus Peucerus lib. de Teratoſcop. Fortaſſe idem ipſe eſt, de quo ſcripſimus ſuprà in anno Chriſti 1549.

IN Siennia minoris Poloniæ pago, duodecim milliaribus à Glogauu oppido ſito, cum panes cultro diuiderentur in menſa, ſanguineis guttis inde manantibus, tota menſa repleta eſt.

1550 FRibergæ infans natus eſt obſcœno vultu, qui in fronte & occipite maſſam carnoſam, duram & prominentem habuit.

IN ditione principis Palatini Electoris ad diem Viſitationis Mariæ in pago Horchſam, in valle Zellina, infans muliebri ſexu natus eſt monſtroſo aſpectu, ſine oculis ac auribus, lato ac aperto ore, corpore vbiq; lacero, vulnerato, ac in pleriſq; membris excoriato ſimili.

IN Germania circa pagum Rikenſchouen, nõ procul à Landauia oppido, capta eſt columba, non tantum quatuor pedes, ſed duplicem etiam naturæ ad eiicienda excrementa exitum habens, quæ Auguſtam (vbi tum temporis Romani Imperii comitia habebantur) miſſa, primum à Cæſare Carolo, & Principibus Imperii, ac poſtea à reliqua hominum multitudine miraculi loco conſpecta eſt.

CIrca hæc tempora cuidam Mediolanenſi, cuius nomini ob dignitatem pepercit Cardanus, hora prima noctis exacta in pallii conſueta depoſitione, ſcintillæ à dorſo petaſi ſparſim proſilierunt, iterumq; repoſito pallio dum amoueretur, denuo eruperunt, vnde geminato timore perculſus eſt. Infra 15 dies accuſatus veneficii, ab inimicis quæſitus vt occideretur, voluntarium ſuſcepit amicorũ conſilio exilium. Hæc Cardanus de rerum varietate lib. 14. cap. 69. Hoc anno Paulus tertius Pontifex obiit, cui Julius tertius Februario ſucceſſit. Magdeburgum ad 15. menſes

Ex. 1. [illegible] [illegible] [illegible]

Solis exortu 21. Martii, conſpecta parelia, quæ nitore propemodum Solem antecellebant. Erant arcu connexa iridis variato coloribus, & in occaſum vergente, quem cõlequebantur duo alii corniculata ſpecie, minores multo & anguſtiores, illidem inſignes coloribus, ſeq; exteriore contingentes ambitu. Eorum alter conuerſis in Solem cornibus, auerſis alter atq; in occaſum porrectis diutius vnius horæ ſpacio cernebatur. Quæ portendit euentus oſtendit. Caſparus Peucerus de Meteorologia.

MEnſe Maio creberrimi & impetuoſiſſimi imbres ceciderunt in valle Ioachimica, & Schlacenwaldo, qui clades tantas fodinis attulerunt, vt æſtimari illæ non potuerint. Similes inundationes ad Albim & alibi acciderunt, tanta enim mole paſſim flumina creuerunt late inſurgentibus vndis, vt tantam in eo loco accidiſſe prius nemo meminerit.

VVitſtadii quod pagus eſt ditionis Megalopyr- 1551
genſis, in feriis Pentecoſtes, coloni in taberna poculis indulſerunt, inter quos ruſtica mulier cum ebria Deum conuitiis inceſſeret, eiuſq; nomine mira petulantia & leuitate abuteretur, ac inprecationibus & ludibrio luderet, ſubito à diabolo per ianuam in ſublime rapta eſt, quod omnes viderunt ingenti perculſi pauore, cumq; multi in vias excurrerent, euentum rei expectantes, viderunt mulierem aliquandiu libratam in aere, verſamq; deinde præcipitem in terram ferri, extinctam collo fracto.

MIſenæ infans puella (vt Fincelius ſcribit) quinto ante partum die in materno vtero claros eiulatus edit, 15. Cal. Nouemb. annum dimidium ſuperſtes, puſtulis, ſanguine fluentibus obiit. Secuta biennii peſtis. Eodem anno bis parelia viſa, prima 12. Cal. Aprilis, altera 13. Cal. Ianuarii. Secutum bellum contra Cæſarem.

1551 IN Saxonia diabolus in varias rerum ſpecies noctu transformatus in plateis viſus eſt, pulſans fores ac ianuas diuerſorum, atque dum nunc funus ducere, nunc lachrymas ac eiulatus lugentis more, effundere ſit auditus, dici non poteſt quantopere homines eluſerit. Vitulus biceps naſcitur menſe Decembri in Schinna pago quem Longum nominant, proxime Fribergum.

IN Marchię villa Dammenwalde prope Witſtock, coloni cuiuſdam coniunx monſtrum quod deſcribit Fincelius, edidit. Infans toto corpore fuit ſpadiceo colore, capite cornuto, oculis craſſis, prominentibus, abſque naſo, patulo ore, quod longitudine ſpitamæ diſtentum fuit, in cuius medio lingua candida eminuit, & quadrata, colli expers. Caput enim ſcapulis accreuit, corpus totum inflatum, & rugoſum, brachia in lumbis hæſerunt, pedes longe tenuiſſimi. Ab vmbilico autem ſpecies laxi inteſtini longe dependit ad pedes.

1551 IN Thuringiæ vico vitulus natus eſt ſextipes, maſſam carnis è latere dependentem geſtans. Eodem loco vehemens tempeſtas orta ſegetes agrorum longe lateq; proſtrauit, crebro fulminatum de cœlo. Ex quo etiam globus ardens prolapſus, terræ magno omnium metu incubuit.

AB Indis à quibuſdam lucri gratia, Pauyon (ita enim vocabant) animal monſtroſiſſimum in Germaniam ductum, à multis per Sueuiam potiſſimum publice numerata pecunia viſum eſt. Hirſuto corpore, capite horrendo, auribus breuioribus, pedibus quatuor in ima parte fiſſis, ac inſtar humanorum in digitos quaſi diuiſis, cauda perbreui atque erecta.

BErnæ Heluetiorum equuleus quinq; pedib. viſus, & apud nos Baſileæ Rauracorum bos, à quodam circulatore quinq; pedibus circumductus eſt.

Hoc

Digitized by Google

HOc anno Henricus secundus Francorum rex, cum Mauritio Saxonum duce Electore, Alberto Brandenburgensi atque aliis quibusdam Germaniæ principibus confœderatus, magno cum exercitu ad defendendam Germaniæ libertatem contra Hispanos, & ad liberandos captiuos à Cæsare principes in Germaniam irrupit, conciliumque Tridentinum dissipauit. 1551

IN Gallia duplices ex gallina pulli inuenti sunt, quatuor videlicet alis, totidemque pedibus, sed capite vnico.

CIrca oppidum Klagendorff ad Villachum situm in Dominica Iudica, frumenti grana ad duas horas integras de cœlo pluit atque ad sex fere milliaria horum copia terram instar niuis crassitudine palmi terram texit. Molis attrita sunt, ac panis inde optimus decoctus.

TErtio Augusti inter decimam ac vndecimam noctis horam, Mildeltostoni in Anglia, natus est infans duobus corporibus atque capitibus, quatuor manibus, vnico ventre, vmbilico, ac aluo ad eiicienda naturæ excrementa. Ab vna parte corporis duobus pedibus iusta proportione formatis, ab altera vnico pede tantum, sed ex duobus conflato, ac nouem digitis ornato. 1552

MEnse Februario in domo Ludouici dheitæi felis domestica inter reliquos fœtus numerosos enixa est catellum, viuum monocephalon, bicorporem, octipedem, vtriusq; sexus, corporibus inuicem complexis, & in vnum caput (vt dixi) coeuntibus, sic, vt sese mutuo osculantium speciem referrent, quod sane pleriq; salutis, copiæ, & concordiæ præsagium esse crediderunt.

IN Dominica S. Bartholomæi in Hollandia magna orta tempestas, lapides grandinum vnius libræ pondere in terram deiecit diuersarum formarum.

Quidam enim lapides solis referebant figuram, quidam coronæ spiceę, alii vero alias formas induebant, qui deinde solis ardore liquefacti fumum ediderunt fœtidissimum quo totus aer infectus est, atq; animalia multa hinc è medio sublata sunt.

1552 DIe 16. Septembris Basilea Rauracorum circa horam sextam pomeridianam concussa est terræmotu, haud tamen magno, & eodem anno plusquam mille homines peste grassante obierunt.

MEnse Ianuario diuersorum fluuiorum inundationibus multa periere. Ienę Sala ædificia multa prostrauit submersis hominibus ac animalibus. In Belgico oppidum penitus deletum. Mœnus, Fronhusii prope Marpurgum multa submersit pontesque deiecit.

IN Hassia Germaniæ haud ignobili ac Euangelica doctrina potissimum nobilitata prouincia, Witzenhausiæ tertio post festum trium Regum die infans masculus biceps, collo duplici, duobus capitibus, ac corpore optime cum reliquis membris compacto natus est.

STagnum ad Martis Pyrgum sanguine non semel manare visum. In Francia sanguine & carne pluit. In Misniæ multis oppidis atque ad Muldam potissimum terræmotus facti, quibus multa concussa sunt. Contremuit & vallis Ioachimica in qua corruerunt multa.

1552 INter Bingium oppidum Drusi Augusti Cæsaris priuigni morte nobilitatum, ac Moguntiam, tanta auium insolitarum ac vnquam antea visarum copia vno impetu aduolantium visa est, vt alarum motu solem obtexerint, tenebras in ipsa meridie induxerint, ac eius episcopatus solum omnino obduxerint.

DEcimo nono Maii hora à meridie quinta, eo videlicet die, quo Saxoniæ dux à Cæsaris captiui-

tate

tate liberatus est, subita Wittenbergæ tempestas orta, de cœlo lapidatum, ac post multas cœli coruscationes, fulmine crates ad portam arcis (vt vocant) dissectæ ac in tenuissimas particulas contritæ sunt.

BOnnæ inferioris Germaniæ, haud ignobilis, atq; ad Rhenum quatuor milliarib. à Colonia Agrippina siti oppidi, decimoseptimo Cal. Iunii biceps vitulus, duobus scilicet corporibus, capitibus, caudis, sed tribus tantum oculis natus est. 1552

MEnse Iunio Schonfeldii Sol mane exoriens, visus est tanquam vrceus stiliãs cruorem in terram, per quem duæ trabes transuersim transiere.

MEchliniæ, inferioris Germaniæ oppidi percelebris, vndecimo Cal. Martii, circa horam post meridiem tertiam, Sol horrendo aspectu, primum ceruleo, ac deinde sanguineo colore magnoque circulo, cum iride visus est.

TRactus montium Suditorum crepusculi tempore 12. Cal. Maii, cum locis vicinis terræmotu concutitur, quem etiam mediocriter sensit Misena oppidum. Eodem anno circa duo hominum millia pestilentia extinguuntur. Mulier in morbo suprema parte corporis sanguinem sudauit.

FRibergum concutitur terræmotu. in vico Vinario adolescens quinque annos vno in loco stetit, impressis etiam solo vestigiis, sexto sedere cœpit, stupidus & raro quietus, & auersans conspectum hominum, hoc ipso anno peste extinguitur. Hoc Georgius Fabricius Chemnicensis in Misniacis de Fribergo oppido scriptum reliquit. 1552

VVidensb ichi, quod distat miliare vnũ à Schleusinga, monstrum natum est ex muliere imagine infantis absque pedibus, quorum loco habuit cuspidem demissam, à fœmoribus etiam cuspides prominentes habuit. Cuius meminit Iobus Fincelius de miraculis post renatum Euangelium.

APud nos Basileæ epidimia labe grassante doleatoris cuiusdam in vico ad Spalas nominato, habitantis seruus, peste etiam correptus est, qui cum post aliquot dierum ægritudinem, deficiente simul sanguine ac spiritu, animam exhalasse videretur, eius mox corpus cum riguisset, è lecto in cubiculi pauimentum posuerunt donec sepulturæ mandaretur. Interea autem dum consodales, de cõmilitonis morte certiores facti, consultarent qua ratione terræ mandandus esset, In cubiculo qui mortuus esse videbatur, sytecticus fortassis ad aliquot horas, cum ad se rediisset, ignorans vbi terrarum esset (nam in obscuro atque opaco habitationis angulo sepositus erant) qua potuit voce clamauit: Heu quam frigida regio in qua versor, Heu male calefactum hypocaustum in quo frigoris ardore pereo miser. Familia autem raucum atq; ignotum clamorem audiens, capta formidine (nam serui malum genium in cubiculo esse putabant) cum cubiculum intrare non auderent, homo miser ex suo angulo per terram prope lectum repsit, arripiensque inde manu puluinar, ad terram prostratus capiti suppositit, ac à suis postquam animum timore vacuum receperãt, inuentus rediuiuus, adeo curatus est, vt etiam hoc, quo hæc scribimus anno, viuat vxorem habẽs ac filios. Simile fere apud nos, in minori tamen Basilea ante annos circiter 19. contigit, vbi quatuordecim annorum puella, quæ in Vineatica Tribu habitabat, cum peste obiisset, insuta multasque horas seposita in terra iacuisset, dum sepultura paratur, rediuiua seipsam, dum sola esset, liberauit ex linteaminum vinculis, in quibus iam dudum insuta ad multas horas, tempore omnium frigidissimo, iacuerat, lectumq; iterũ ingressa, cũ vespiliones feretrũ attulissent, pro more terræ mãdaturi, magno stupore ac miraculo rediuiua cõtra omnium expectationem, in lecto audacter loquens inuenta est, ac

eſt,ac deinde aliquot annos vixit. Dicebat autem ſe reuera mortuam fuiſſe, ac vidiſſe inferni diuerſa tormenta,peccatorum pœnas, atq; quoſdam ſibi quam optime notos (quos nominabat etiam) ibi ſuppliciis torqueri, cum tamen eo tempore adhuc viuerent. Adiecit inſuper alia quædã anilibus fabulis plane ſimilia, vnde magiſtratus prudentiſſimi mandato,ne nugis ſeduceretur mobile vulgus,ſilere iuſſa eſt.

IN ciuitate quæ ſita eſt ad radices montium, quos Sudetes vocat Ptolemæus, in aditu Luſatiæ ſuperioris,Budiſſima nomine, duobus ab exortu Sueui fluminis miliaribus. Sub occaſum ſolis decimotertio Auguſti, cum fragmen nubis auulſum præcipitique delatum motu & rapido in valles piſcinis frequentes, obruiſſet,compleuiſſetq; alueos, tum rupiſſet aggeres, aquæ exitu patefacto, in vicinum vndatim decurrere Sueuum,qui ſubito & de improuiſo prorſus, auctus his, eleuatuſque in altitudinem, nullis ante memoratam annalibus, cum per decliuia ex altis montibus celeriore alioquin feratur vortice, incitatus ruentium aquarum copia atque impetu, ſpacio duorum milliarium quicquid fuit pontium, ædium, hortorum,ripæ vicinum, funditus ſubrutum, diſiectumque ſolo adæquauit, vt ne veſtigia quidem ædium, hortorumue reliquerit, & ſimul triginta duos merſerit homines prope oppidum abreptos, cæteri in vicinos euaſerunt colles.affirmant in toto illo tractu plures centenis obrutos, atque extinctos eſſe. Octiduo circumacto, turbines ſequuti ſunt ventorum tanti, vt validiſſima ab imo mota conuulſerint ac diſcuſſerint ædificia, & proceras arbores magno numero aut radicitus euulſas proſtrauerint,aut contortas fregerint, aut velut inſciderint medias. Octiduo ante diem natalem Chriſti, cœlum deſcendere & crebris fulgere ignibus, moxque horrendo ſummum templum feri fulmine viſum eſt. Tota hyeme 1552

peſtis ſæuit violentiſſima. Tremores concuſſæ terræ (quos magna bella ſemper pernicioſas q; ſeditiones denunciaſſe hiſtoriæ tradunt.) Eodem hoc anno Sudetes montes, atq; in illis extructa ſenſerunt oppida, non vnos binosue, ſed plures ac continuos, tremiſcẽtibus ceu ad ventorum vibratus vehementiores ædificiis. Hæc copioſe ſcribit Caſparus Peucerus de Meteorologia.

HOc anno in cruentiſſimo Caroli imp. cum Henrico ſecundo Gallorum rege bello, Teruanum Picardiæ oppidum munitiſſimum in Maio à Carolo obſidione cinctum, & deinde in Iunio demum captum eſt. Metis Gallo dedita, à Carolo fruſtra obſeſſa eſt, militibus hyemis ardore pereuntibus. Albertus Marchio Brandenburgenſis marte cruento contra Norenbergenſes, Herbipolenſem & Bombercenſem Epiſcopos ſæuiit. Senis in Italia ab imper. diu obſeſſa, ac propter Turcas regno Neapolitano inſidiantes liberata eſt.

1553 BAſileæ Rauracorum vigeſimotertio Ianuarij die circa horam noctis octauam, vidimus lunam magno circulo incluſam, qui inſtar iridis durabat ad horas tres integras. Sequebatur mox niuis ac frigus maximum.

RHenus 19. Iunij, ex crebrioribus imbribus alueũ ſuum adeo exceſſit, vt non tantum aruis agrisq;, ſed ciuitatibus infinitis ad fluuiũ ædificatis multum damni intulerit. Periclitabatur aliqua ratione Baſilea, quæ totum Rhenum excipit, dum fere furientis fluuij impetus minoris vrbis mœnia attingeret, ac forum pene piſcatiũ maioris Baſileæ attingeret, maxime tamen Neoburgum in noſtris regionibus. Eodem tempore magna quoq; inundatione periclitabatur Rubeacum Alſatiæ vetuſtiſſimum oppidum, patria mea dulciſſima. Nam cum ibi torrens verſus meridionalem plagam, in vrbẽ duplici foſſa cinctam, impe-

impetum feciſſet, prope Franciſcanorum monaſterium, mœniorum aliquam partem ad ſolum vſq; in foſſam coniecit. At cum ciuium concurrentium viribus, tantus inundationis impetus inhiberi nequiret, demum occidentem verſus ſingulari Dei beneficio, ruptis muris exitum commodiſſimum, extra vrbem tamen, inuenit. Poſtero die magna piſcium copia in agris, pratis, paludibusque hinc inde, ac in ſicco etiam inuenta eſt. Nec defuere etiam qui in cellis vinariis piſces in vrbe ceperint.

NOn procul à Norinberga in pago quodam qui à tono nomẽ habet (lingua enim patria vocant zuodem Thon) in agro villici Hofeleri inuentum eſt caput braſſicæ, cui decem ac ſex ex vno caule alia capita ab ipſa natura diſtincta ſuis foliis accreuerunt, quæ pro naturæ miraculo ad eius loci magiſtratum delata, ac aliquot millibus oſtenſa ſunt. 1553

QVinto Iunij Erfordiæ ſanguine pluit. Coburgi intra quintam ac ſextam poſt meridiem diuerſi generis ſpecies hominum in cœlo ſereno, ac deinde dimicantium acies, cum expanſis alis aquila, conſpectæ ſunt.

LVneburgi infans natus eſt diſtorto ore, vnde lingua fiſſa, ſeu duplex exerta eſt. Simile monſtrum ibidem natum eſt, anno 1550. 1553

HErbeslebij in Thuringiæ pago vigeſimo Martij gemellæ natæ ſunt ventre cõcreto ac faſcia carnea in vnum quaſi colligatæ, medio corpore ſe mutuis amplexibus retinentes. Baptiſatæ ſunt, ac poſt horas duas Deo reddiderunt ſpiritum.

MEnſe Iulio gemini in cœlo ſerpentes conſpecti ſunt ſe mutuo rodentes, caudis implicatis, in quorum medio crux ignea refulſit.

CVm Madeburgum graui obſidione premeretur, poſt feſtũ Paſchæ ſol viſus eſt paulo poſt exortũ lucidus, & ingenti circulo lacteo circumdatus,

hunc circulum penetrauere quatuor ſemirides exquiſitiſſimis coloribus (vt natura illarum fert) diſtinctæ. Hæ poſtquam apparuiſſent per ſemihoram euanuerunt. Sol autem naturali lumine recuperato, cõſuetum ſuum curſum peregit.

Die ſabbati præcedente Palmarum feſtum, mane inter ſeptimam & octauam ibidem tres ſoles nemine non aſpiciente comparuere. Quorum medius lucido plane colore extitit, vterq; autem collateralis rubeo ac ſanguinolento. His vero occidentibus, cum iam nocteſceret, tres lunæ conſpectæ ſunt. Id longe maiorem hominibus horrorem incuſſit, quod ea quæ noctu accidunt, natura horribiliora videri ſoleant. Colores harum deſcribi non poſſunt, quod varij atque incerti eſſent, eouſque quo per aliquot horas conſtitiſſent, exinde exteriores momento in ſanguinem commutatæ, priusq; in oblongos radios diſſolutæ, diſparuere. Ea vero quæ in medio illarum ſteterat, perdurauit, naturalem ſuum ſplendorem retinens. Hæc quia certis etiam ac phyſicis de cauſis eueniunt, Aſtronomi diſcutere nouerunt. Nos neque prodigium fuiſſe dicimus neque negamus etiam, ſed cuiq; hac in re iudicium eſto.

1553 EO tempore vero quo dux Anhaldinus Georgius epiſcopus Mersburgenſis, magni nominis vir, in Domino obdormiuit, Vuittenbergæ in cœlo, noctu puniceа crux conſpecta. Menſe autem Septembri Vvittenbergæ in ipſa arce viri flammantis ſpecies inambulare viſa.

1553 IN villa quadam Thyringica, ad Vnſtrum, à muliere bufo natus eſt caudatus.

OCtobris vigeſimo ſeptimo in arce Vuittenbergenſi, noctu ad tres integras horas trium virorum pallis indutorum in principem aulis inambulantium atque peribolis interdum incumbentium ſpectra viſa ſunt.

Menſe

MEnſe decembri Sol mane nitidus ortus eſt vtrinq; aſtantibus arcubus bene coloratis.

CLamores bellici atq; tumultuantium eiulationes in campis Saxonicis aliquot diebus ac noctibus, antequam congrederentur armis ibi principes, ac ederetur ſtrages cruentiſſima, auditæ ſunt, vt Iobus Fincelius de miraculis ſui temporis teſtatur.

DEcimotertio Calend. Sextilis in Miſniæ pago quodam Zieheſt, non procul à Pirnauu, natus eſt infans duobus capitibus, membris omnibus abſolutis. 1553

MEnſe Iulio ante pugnam Saxonicam, Vvittenbergæ lux in arcis triclinio multoties ſine autore apparuit. Lipſiæ octauo Iulij ſanguine pluit. Pridie ante pugnam, ventorum procellis Mauritij Saxoniæ ducis duo tentoria, alterum quo vtebatur prandens, alterum in quo coquebatur, aliis omnibus illæſis, ad terram proſtrata ſunt, autore Fincelio.

MAuritius Saxoniæ princeps, & imperij Romani elector, cum iam vicinorum patrocinio, Albertum Marchionem Brandenburgium, Germaniam diuerſis in locis igne ferroque ſæuientem, perſequitur, cum eodem in diœceſi Hildeshemenſi fortiter congreſſus, fuſo fugatoq; eius exercitu, captisque hoſtium ſignis 68. demum in ipſa clade, bellici tormenti ictu, quem in latere dextro acceperat, tertia poſt eam die, fortiter occubuit. In eadem pugna, Carolus, & Philippus, duces Brunſuicenſes Henrici filij, & Fridericus dux Lunebergenſis, interierunt. Portenta tantæ calamitatis fuere multa. Canum rabies, qua ad mortem vſque certarunt, fremitus in aere, ſanguineæ in herbis & arboribus guttæ, hominum & equorum in illo campo, in quo conflictus fuit, nocte intempeſta auditi clamores, eiulatus item nocturni in oppidis. In arce Perlini de ſtatua

Mauricij, nulla vi adhibita delapsum est caput. Ipse quoque viro cuidam optimo in flagrante domo per quietem visus fuit. Hæc scribit Georgius Fabricius Chemnicensis in Misniacis.

1553 ANte Mauricij necem in Thymigræ quodam vico, viri proceri imago inter nubes apparuit, ab eo paulatim cepit manare sanguis, deinde scintillæ ab eius corpore emicuerunt. Ad extremum in minutas partes diffluxit. Iobus Fincelius de miraculis post renatum Euangelium.

TRactus ad Albim decimo sexto Calen. Septembris inter septimam & octauam vesperi terræmotum grauissimum sentit, quo cacumina ædificiorum ita strepebant, quasi desuper omnia corruerent.

CAsparus Peucerus se vidisse scribit anno 1553. vitulum felium aspectu tetro & horrido, amplo sub collo promisloq; aqualiculo ceu ἀσκολοβῷ, eoq; albo & molli, canino & nigro pilo, testibus inusitatæ magnitudinis, figura testium verris, duplici ordine distinctis.

1554 IN dietrium Regum Stetini mõstrum, in suburbio natum est tali forma. Capitis loco massa informis erat, mobilis, vt exta omilla. Loco vtius auriculæ brachium stabat, loco faciei cincinus similis pilis felinis, & lupi piscis oua, per quæ inferius lucebant ocelli vitrei & renidentes, os contractissimo erat foramine, sine labiis, nasus quoq; minutissimus erat, absq; collo. Alterum brachium è latere prominebat. Sed neq; pectoris neque dorsi effigies aderat, præterquam quod lineola notabatur rachi, nullius erat sexus, nec androgynus. Cætera monstrum, brachia & longi pedes continuo osse rigebant, sine iuncturis, cubitis & poplitibus. Manus & imi pedes erant molles, & penduli tanquam bis fracti, similes vnguibus curuis, & adun-

aduncis. Lutræ, mortuus editus est infans quanquam viueret in aluo materna antequam ederetur in hanc lucem. Hoc monstrum describit Iobus Fincelius de miraculis post renatum Euangelium.

IN Ianuario in oppido Butzau duo parelia visa sunt. Sic Misenæ parelia conspecta octauo idus Ianuarij quæ obscura nube statim contecta sunt. Georgius Fabritius in Misniacis.

PRima Febr. die Cathalani Galliæ vrbis, post lustrationem exercitus, quam rex Galliarum eo loci fieri mandauerat, mirum circa lunam ostentum visum est. Nam ignis incendium vehemens ab orientis parte subortum, ad occasumq; vergens, lunæ se in modum maximæ facis obiecit, sæuiit incendium hoc ignis magno cum fragore, scintillas in aerem crebro proiiciens flammiferas, non aliter ac faber dum candens ferrum mulcere intendit. 1554

DEcimo nono Febr. Nebræ duæ crucis imagines coloris punicei in cœlo visæ sunt. Eodem vero die in oppido Thuringiæ Grieſſense, in medio sole, qui tum clarissime fulgebat, crux punicea quæ sua magnitudine totum solis corpus obtexit. Ab vtroq; autem latere trabs ingens cum variis circulis cœlestibus. Iobus Fincelius de miraculis.

NOno Aprilis Sultzfeldij quod distat 3. milliaribus à Schuuinfurto oppido imperiali, nocte duæ paraselinæ conspectæ sunt, & multo post vicus pernicioso incendio periit.

IN Bauaria ac finitimis regionibus mense Martio, diuersi generis soles cũ quibusdã circulis cœlestibus visi sunt. Primum quidem Ingolstadij Martij sexto, intra octauam ac nonam ante meridianam duo soles cum iride conspecti. Quemadmodum & Norinbergæ vigesimo tertio Martij die (qua salutiferæ passionis Iesu Christi memoria celebrata est) circa

primam post meridiem. Quo tamen tempore adhuc arcus alius occasum versus ac soles crystallinis circulis inclusi ad tres horas appatuere, cum trabe in iustam longitudinem extensa. Alia deinde forma Ratisponæ hæc omnia Octobris 8. visa sunt: Quorum principium fuit hora post meridiem prima, operatio inter secundam ac tertiam, finis hora quarta. Soles vero emisere radios prælõgiores ab vna parte, instar Cometæ, medius quidẽ versus Septentrionem, collaterales vero ad orientem & occidentem.

1554 IN Martio hora pomeridiana quinta, in diuersis Germaniæ ciuitatibus, crucis diuersæ species ad similitudinem crucis Burgundiacæ, albi coloris sed tamen inter se aliqua ratione connexæ in cœlo apparuerunt. Vigesimotertio sub crepusculum vespertinum gemina parelia prope solem conspecta circulo cœlesti vndiq; cincta.

SChaluni nobilis ac militaribus rebus præclari Galliæ oppidi, sexto idus Martij intra septimam & octauam horam pomeridianam, circa lunam ignis ardens, cui lanceæ cuspis inesse videbatur, ab oriente in occidentem vergens, flammas q; hinc inde eiiciẽs, cum incenso fragore visus est.

VIcesimo sexto Maij mensis die vt Marcus Frytschius in suis Meteoris scribit, pluit sanguine, haud procul ab oppido Germaniæ Dunckelspuhel.

VNdecimo Iunij mensis die, vt idem scribit, in pago Blech quinq; milliaribus à Norinberga, virga sanguinea in sole conspecta est, cum stellis siue globulis lazureis, quos multa equitum turma vexillis lazureis inter se vtrinq; ad duas ferme horas in aere hostiliter concurrens, subsequuta est, fuit ea rerum facies in cœlo tum temporis, multi existimarũt suboriturum summi examinis diem.

1554 SIlesiæ 13. Iunij hora quinta pomeridiana sol sanguineo plane colore visus, ad quem concurrentes magno

magno numero globi ignei ab Auſtro & Aquilone ad Boream, eius ſplendorem obnubilauerunt. Poſtea vero trabes duæ tranſuerſæ in ſole conſpectæ rubei plane coloris. De quibus copioſius leges apud Iobum Fincelium.

VIgeſima tertia Iulij Mediolani accidit res mira, cui & Cardanus ipſe interfuit. Iacob. Philiphus Cernuſcus, cloacam ſub terra effodi, & concamerari iubet, fornicibus extructam, vbi perfecta eſt, vt fornix conſolidaretur, concludi iubet, poſt viginti dies aperit, iubet vt lignei arcus extrahantur, deſcēdit cōductor ſcala immiſſa, vbi ad medium ſcalæ peruenit, concidit mortuus. Dominus cum videret illum non reuerti, & ipſe deſcendit, & vbi eo peruenit, ſtatim concidit. Aſtantes tertiū immittunt, qui cum in medio ſcalæ eſſet, dixit: Bono animo eſtote, etiam reliquos educā, ſed vbi ſub fornice caput eduxit, ſtatim mortuus concidit, concidit & quartus. Quintus, qui vocatur Matus, ſonat illorum lingua ſtolidum, vir admodum robuſtus deſcendit, ſed caput non condidit, vncoq; extraxit vnū è mortuis, inde factus audacior rediit, deſcenditq; eo dum, vt caput conderet, ſtatim corruit. Hunc ſtatim extractum adhuc ſpirare deprehendentes, paulatim auxiliis adhibitis, reuocauerunt ad vitam ſenſumq;, mutus tamen ad ſequentem ortum ſolis manſit. Illud magis mirum, quod cloaca ad aquam vſq; ſcaturientem deſcendit. Eſt autem in corte Soli torrido expoſita domus è regione caponæ Procodochij. Detexerunt mandato magiſtratuū, tuto ex ore antri aqua inſpicitur. Canem fune immiſerunt, ſemimortuus extractus eſt. Quoniam cauſa nulla certa apparet, ſunt qui Baſiliſcum ineſſe putēt.

IAm duobus menſibus elapſis, cum ſepelientes anum Lachiarellæ, villa eſt prope vrbem Mediolanum X. M. P. inuenerunt duas arcas pannis linteisq; plenas, annis iam prope 30. bellorum metu abſcon-

ditas. Quas cum apertas curiosius, vt moris est, requirerent, nihil incorruptũ inuenere. Cæterũ quotquot interfuere, aut quæ recondita arcis essent, seu tunc, seu etiam post tractauere, intra triduũ mortui. Hæc Cardanus ipse describit de rerũ varietate, li. 1. c. 9

1554 VIgesimoquarto Iulij die, comparuerunt in aere circa horam noctis decimam in Palatinatu Rheni superiore, ad Bohemicam syluam, viri duo cataphracti, quorũ alter altero erat quantitate corporis maior, ad vmbilicũ stella insignitus fulgida, mucrone aũt igneo cõspicuus, inter quos statura minimus inito graui prælio concidit, ita vt ne à terra quidẽ minimum se subleuare posset, ac victori sede allata, recũbendi potestas facta est, qui sedens aliquandiu, non desiit victrici manu sua atq; gladio, victo humi ad pedes suos decumbenti creberrime vindictam grauiorem minitari, donec vterq; tam is qui vicerat, quam etiam ille qui succubuerat è medio aere, sublati euanescerent. Marcus Frytschius in Meteologicis.

1554 QVinto Augusti hora pomeridiana nona, prope Stolpen, in australi cœli plaga, militantium atq; ter infestis armis magno clamore concurrentiũ acies in cœlo conspectæ, quæ semper dum pugnãdi finem facerent, ingens flammarum copia erumpens, militantiũ species videntibus è cõspectu sustulit. De hoc prodigio si placet, latius leges apud Iobum Fincelium.

VIcesimoseptimo Augusti Tiguri Heluetiorum Vualesius quidam rota fractus est, eo quod latrocinio, prope Vuilam oppidum Turgauiæ, quendam intercepperat. Hunc corui vel coturnices ita impetierunt, vt deposito onere vi repellere coactus sit. Hæc publice pro more, cum trahendus esset iam ad supplicium, prælecta sunt.

TEmpore pomeridiano, dimidio à Misena milliario occasum versus, mense Octobri multi greges ertilionum per agros erant duobus diebus, cum id

memoriã,vt orationis Dominicæ verba,literarũmq; omniũ notæ penitus exciderint (id quod olim Meſſalæ Coruino ex morbi etiam improbitate contigit, quemadmodum etiam Franciſco Barbaro ac Georgio Trapezuntio,qui inter Latinos Græce loquentes, ſenio iam confecti in profundam Græcæ linguæ obliuionem incidere, vt grauiſſimi authores teſtantur.) Meæ autem calamitatis teſtes ſunt, amiciſſimi mei, qui me animo quidem ac ratione ſaluum,ſed tantum nutu loquentem non intelligentes, literis alphabetico ordine in tabula creta depictis, admonebant,vt dicturus ſiniſtræ manus indicio, literas ſuo ordine oſtenderem,vt ſic ex literis ſyllabas,ex ſyllabis voces integras facientes, inde animi mei cogitata, vtcunq; tantum elicerent: ſed Chyronium vulnus ac immedicabile malum videbatur. Quo factum eſt vt non ipſe modo,ſed omnes morbi atrociſſimi ſpectatores, de vita mea deſperarent. Verũ Dèus miſericors cuius virtus in infirmitate noſtra perficitur,aſſiduas meas ac ſuæ eccleſiæ pro me preces exaudiens, D. Vuilhelmi Gratoroli Bergomatis,inſignis medici opera,maiori ex parte reſtituit. Si quid igitur ex ea vitæ parte quæ adhuc reſidua mihi eſt,muſis aut obelo dignum à me acceperis, Deo potiſſimum optimo maximo ac inde Gratorolo medico aſſcribas velim. Hæc humaniſſime lector ideo hoc loco,literarum monumentis edere placuit,copioſius fortaſſe quam par erat: Quo diuina per me benignitas etiam apud poſteros magnificat, Dei nomen ſanctum glorificetur, ac ego etiam (ſi quid in lucubrationibus meis, nõ vſque adeo elaboratum, aut reprehẽſione etiam dignum inuentum fuerit) infirmitatis ac imbecillitatis meæ ratione habita, ab æquo lectore facilius veniam errati impetrem.

1554 FRibergi Miſniæ in medio die viſa eſt imago Domini noſtri Ieſu Chriſti ſedentis ſuper iridem inſigniter

rum pecuniarum periiſſet. Nunc hoc facto, tota Europa in metu conſtituta eſt, atque etiam in periculo. Vt igitur omnia ſuperſtitionis partes ſunt, ita oſtenta cum naturali prudentia coniuncta, ad conſeruãdam Remp. vtiliſſima cura obſeruantur. Neq, enim tantæ beluæ caput abſcindi vel à maiori bellua potuit, nec tormento bellico, nec vllo alio caſu. Sed ſi modo ea caſu aliquo aut impulſu occiſa ſimul, & contorto collo computreſcente corpore relictum caput, quonam pacto caput ipſum non prius computruit? aut quomodo collum abrumpi potuit, quod in cetaceo genere maius non parum eſt capite, adeo vt piſces collo carere dicãtur. Demum in tam vaſtis litoribus quænã ſingularis vis caput Genuam adegit? niſi conſcia quædã fati mens, opportune pro caſibus ſingula ſigna diſtribuens. Hæc ſcribit Cardanus de rerum varietate lib. 14. c. 74.

1554 PRodigium prope oppidum Zopeda viſum eſt, quod deſcripſit Fincelius. Sol autem cruentus ortus eſt, ſuper quem ſtabat ſplendidũ ædificium, quod incendio deflagrabat. Ad vtrunq; latus ſolis cella columna erigebatur, quales pingi ſolent columnæ Herculis (quæ à duobus montibus ſitis in extremo litore Hiſpaniæ & Africæ nomen habent) quas Hercules in eo loco tanquam ſignum victoriæ aduerſus latrones collocari iuſſit. Pictæ autem erant columnæ tanquam iris diſtinctis coloribus, non tamen arcuabantur, ſed erectæ ſtabant, quarum baſes ad terræ ſuperficiem videbantur pertingere lateque ſeſe explicare. Altero die ſol mane rurſus aſcendit mutato colore, aliquantulum pallidus. Ædificium, vt antea ſtabat lucidum & ſplendens. Columnæ quoq; ſeſe iterum oſtenderunt medium complectentes ſolem, ſed non ita conſpicue, vt priore die, & viſæ ſunt pendere in aere, nec amplius terram attingere.

In

IN Orphanotrophio, vt Cardanus memoriæ tradidit, Romæ omnes puellæ (erant autẽ circiter 70.) nocte vna factæ sunt dæmoniacæ, nec vlla vlq; nunc, cum iam exacti sint duo anni, curari potuit. Causa igitur ex halitu loci prouenire potest, aut ex aqua, aqua enim pilos & humores mutat: potest & esse dolus. Sic idem Cardanus se nosse virum testatur, qui puer per sex & amplius annos, dæmonem se videre simulauit, tum vt liberius viueret, tum vt homines in sui admirationem traheret, atq; etiam sic effreni voluptati operam daret. Multa contingunt in hominibus, sed si quis obfirmato animo secum reputet talia omnia esse vana & dolis plena, facile subolebit fucus. At dæmone corripi, aut insanire, quis vanum nõ esse dubitat? vtinam esset. Si ergo hoc absque fuco contigit, futurorum temporum & Antistitum improbitatem declarat. Nam sicut innoxia ætas in pessimum exemplum transijt, ita qui præesse debent religioni, in improbum sensum tradentur. Vnde non solũ execrandi explodentur, & irridebuntur, sed etiam damnabuntur. Hæc Card. de rerum varietate li. 14. c. 76. 1554

IN agro Bernensi apud Heluetios, Ioannis Gislingeri concionatoris in Bernensium ditione, mihi à multis annis optime noti, vxor, cum anno nondum elapso gemellos edidisset, iterũ secũdo partu quinq; simul peperit, filios videlicet tres ac duas fœmellas. Quod si cui impossibile videatur esse, legat Francisci Pici Mirandulani in Hymnum suum secundum commentaria doctissima, ac inueniet ex Germana quadam Dorothea nomine, in Italia gemino partu viginti filios, ab alia vero quatuor partub. triginta filios olim editos esse. Cuius rei supra suo loco mẽtionẽ fecimus

STetini accidit vt infans in lucẽ editus noctu baptizaretur, qui diro modo, corporis gyratione, vociferationibus & gestibus variis aduersatus est pastori baptizaturo, vt terrerem omnibus astantibus 1554

incuteret. Tandem paſtor factis ad Deum ardentibus votis infantem baptizauit. Habuit ille in vertice maſſam carnis, imaginem præbens teſtudinis ruffæ, in ceruice caudam carnoſam habuit inſtar muris, ſed albeſcẽtẽ qualis erat cutis ſine pilis, capite erat Therſitico, oculis extantibus, de quo ſcribit etiam Iobus Fincelius in miraculis poſt renatum Euangelium.

IN Miſnia infans natus eſt abſq; capite, oculorum effigie in pectore expreſſa, de quo idem Fincelius.

BAſileæ apud nos in Cinerum ſuburbio, apud fabrum ex gallina pullum ternis pedib. ac miræ in currendo velocitatis, vidimus.

1555 DEcimo Februarij Vinariæ duo parelia viſa ſunt. Februarij 15. in pago Pfeffelbach ad Vinariam, vt Fincelius narrat, tale monſtrum natum eſt. A coniuge paſtoris pecudum, puellus fuit ſine facie humana, loco eius carnem habuit glabram, niſi quod duos oculos groſſos & diſſimiles extantes habuit, non collocatos in cauitatibus, tetro aſpectu, in loco frontis cuſpis carnea prominens, erecta ſtetit, mentum habuit pendulum, exiguum foramen loco oris, quo omnes videntes conterriti ſunt, nec fuit baptizatus ſed ſtatim ſepultus.

HAlberſtadij 18. Februarij accidit, vt agnus natus eſſet, prorſus rotundo capite, tribus oculis, trigemino ore, gemino naſo, auribus in tergo pendulis inſtar caninarũ, ſed quod maximi prodigij loco habendum eſt, in tertio ore magnum oculum habuit, maiorem alijs, ibiq; linguam prolixam exeruit. vixit vnum diem continuo clamore. Iobus Fincelius.

1555 DEcimotertio Martij in Turingia, in cœlo viſus eſt gladius. Papilionum frequens multitudo circa Fribergum Miſniæ fuit menſe Iunio, qui plantas, arborum folia, & veſtes lineas ſanguineis maculis infecerunt. Quidam etiam ſanguinem pluiſſe aſſeue-

asseuerant. Vt scribit Georgius Fabritius de Fribergo oppido.

IN Germania à circulatore quodam lucri gratia, capra circumducta est tria habens cornua, quorum duo suo quidem loco erant, tertium vero ex latere aut ventre potius eminebat.

DVm comitia Imperialia Augustæ Vindelicorum, à Sereniſſima Romanorum Regia Maiestate Ferdinando celebrantur, septem milliaribus ab Augusta vrbe nascitur vitulus Maii vigesimo primo die, in pago quodam Leder nomine, habens duas facies, oculos quatuor, duos quidem in fronte anteriori, in lateribus vero alteros, per omnia alioquin in membris quidem singulis vero vitulo persimilis, qui insuper quam primum in lucem æditus est, animam actutum exhalauit. Hæc scribit Marcus Frytschius in Meteologicis.

SExto Iunii Vinariæ in fossa arcem cingente, sanguinis scaturigo ad tres integros dies conspecta est. Erfordiæ fons in cruorem versus. Præterea fonticulus quidam inter Vinariam ac Erdfordiam situs, qui anno 1524. ante bellum Rusticorum in sanguinem quoq; diro portento conuersus fuerat, duodecimo ac decimo tertio Iunii denuo cruentus apparuit, vt autor est Fincelius. 1555

DVodecimo Iulii Nebræ in Thuringia hoc stupendum factum accidit, quod Fincelius nobis describit. Coniunx sutoris habitantis ibidem, triduum ingenti dolore sustinuit labores partus, vt obstetrices tres adhibere necesse fuerit, tandem fœtum mortuum enixa est. In ipso autem enisu atque contentione, cum fœtus dimidio corpore exisset aluo materna, ingens fragor seu sonitus terribilis, qualis est bombardæ, auditus est in aluo parturientis, & flammæ ignis maximi cum infante eruperunt, eique in natibus bullas amplas inussit. Obstetrici Catha-

rinæ Hegenwaldis genas aduſſit, flammæq; in toto vaporario diſſipatæ fuerunt, ſulphureo odore, implentes totam domum.

1555 VIgeſima ſeptima die Decembr. qui diuo Stephano ſacratus eſt, in pago Freywerck, non procul ab Adorffio Voitlandiæ oppido, biceps infans, quatuor manibus, ac pedibus totidem, abſque ſecreto ſexum prodente (cuius tamen loco vmbilicum habebat) à fabri cuiuſdam ferrarii vxore, natus eſt.

MEnſe Decembri in Pomeraniæ villa Roſſow, quę vnum tantum miliare à Paſewalck ſita eſt, ex fœmina monſtrum natum eſt horrendum. Corpus autem erat vitulinum, caput glabrum ac rotundum inſtar globi, ad ſimiæ ſimilitudinem, mentum hirſutum, prominens lingua. Pedes autem anteriores erant ſine vngulis, ſolis globulis rotundis, poſteriores vero bouinæ, cauda vero erat abſque nodis, oſſea ac plane per omnia immobilis.

VIgeſimo nono Decembris, intra horam decimam ac vndecimam noctis, ex magna cœli irati inclementia orta tempeſtas, tonitruis atque crebrioribus fulminibus adeo ſæuiit, vt in Voitlandia, ac permultis aliis ciuitatibus, eccleſias, ac domorum alibi diuerſa ædificia penitus abſumpſerit. Eodem præterea die aliquot pagi ac arces in Miſnia fulmine tacti atque incenſi ſunt. In Bohemia ab oppido Braga per Sileſiam fere totam ad miliaria circiter octodecim grando maximam cladem intulit.

1555 IN Marchia non procul à Rhegio monte monſtroſus equus natus eſt, vndique lacerata cute caligis dependentibus, & thorace ſciſſis indutus. Hunc deſcribit Iobus Fincelius de miraculis poſt renatum Euangelium.

GEnuæ apud Allobroges monſtrum, ex Galla quadam muliere, Geneuæ tunc habitante, natum

tum eſt: quod materiæ redundantis indicium fuit. Id monſtrum binas habuit facies, hoc eſt, biſrons erat, qualem Ianum pinxit antiquitas. Quod vtrinq; pendet inflatum, inteſtina ſunt ex dorſo prodeuntia. Quod autem ex ventris inferiore parte pendet id iecur eſt, ex fœminæ vulua prolapſum. Monſtrum hoc vtrumque habet ſexum, ad dexteram mas eſt, ad lævam fœmina. Crura quę iacere ſeparatim vides, ſic diſcerpta euulſaq; ex ipſa matre dum enitteretur, fuerunt. Ad viuum expreſſit Gaſpar Maſerius pictor, qui tum ibidem cum multis aliis aderat.

VNdecimo Ianuarii Auguſtæ Vindelicorum verſus montana, cœlum ſeſe aperuit, ac quaſi findi viſum eſt, vnde multi extremum iudicii diem iam præ foribus eſſe putantes, ſe diuinæ clementiæ commiſerunt. Eodem vero die circa horam noctis nonam, Mickhuſiæ in Bauaria, tam dira cœli tempeſtas ex aeris inclementia orta eſt, vt luminum iam hinc inde in domibus accenſorum, ſplendorem extinxerit, ac vnicus cœli ſplendor igneus, laborantibus ad tres fere horas lucem præbuerit. Auguſtæ paulo poſt crudelia latrocinia in vrbe ſecuta ſunt. Machæropæi enim vxor, ſpe ampliſſimæ prædæ in ſuis ædibus, mercatorem quendam bombarda proſtrauit. Mox ancilla ferro ſibi ipſi mortem conſciuit. Præcedenti vero die iterum Auguſtæ nuncius publicus præfectum quendam ante vrbis portas tormento bellico interfecit. Decimotertio menſis die alius gladio transfixit lanium, quo die etiam Holtzachium ac Wiſinga incenſa ſunt. Die decimo quinto, S. Catharinæ Syluæ cuſtos bombardæ ictu tactus interiit. Decimo ſeptimo, aurifabri ſeruus, in flumen ſe præcipitans, ſibi ipſi manus intulit, ac ea ipſa nocte multi in vrbe ad mortem vſque vulnerati ſunt. 1556

1556 IN Algoia Sueuiæ regione non procul à Lowingen, ſabbato poſt feſtum natiuitatis Chriſti, ex magna cœli inclementia crebra fulgura viſa, audita tonitrua, & in pago quodam domus fulmine tacta atque penitus conſumpta eſt. Cœlum ſciſſum hora noctis nona, magnam ignis partem adeo euomuit, vt multi mortalium metu ac horrore ad aliquot horas, de vita periclitantes, linguæ ac vocis vſum amiſerint. Eodem etiam die in Bohemia, atque Sileſia, dira cœli tempeſtate, magna hominum pecorumq; pars extincta eſt, ædificia ædium atque templorum multorum ad terram decuſſa atq, proſtrata ſunt. Incenſæ in aliis regionibus Germaniæ vrbes, ac magna ex parte cœleſti incendio abſumptæ. Sanguine pluit, ac camelorum imagines hominem armatum abſumẽtes in cœlo conſpectæ ſunt. Non procul à Lipſia, biceps infans, quatuor manibus, totidemque pedibus, vno autem corpore tantum, natum eſt.

1556 PRidie nonas Ianuarii in Germaniæ pago quodam epiſcopatus Dilingenſis, quem patria lingua Oberhauuſen vocant, vitulus ex vacca, duobus tantum poſterioribus pedibus natus eſt, tantæ tamen velocitatis, vt corpore erecto currens, vitulos omnes facile ſuperaret.

IN comitatu Bœtz prope eiuſdẽ nominis caſtrum, decimo nono Cal. Febr. ab hora quarta poſt meridiem ad ſeptimam, dira fuit tempeſtas, crebra tonitrua ac fulmina, demum de cœlo magno fragore in terram immenſæ magnitudinis ignis decidit, atque multa hinc inde combuſſit. Viſi ſunt etiam in nubibus cœli peditum equitumq; vtrinque dimicantium exercitus.

APparuit ſub initio Martii anno 1556. Cometes ſtella, æqualis ferme lunę dimidio, cum crinibus non vſque adeo longis, nec conſtantibus, ſed velut in incendiis rutilantibus, vt in tædis dum ventus flat.

Fuſca

Fusca erat, rubens ac turbida. Quinta die Martii erat iuxta medium Libræ, cum illam primum vidimus. Nona vero in ipso mundi polo, antea sexaginta partibus ab æquinoctii circulo declinabat. Mota igitur est toto quatriduo septuaginta quinque partibus ab Oriente in Occidentem, & triginta à Meridie in Septentrionem. Tum vero assiduè pluit, & cum desiit pluuia, non apparebat. In Germania apparuit vsq; ad medium Aprilis. A fine Martii subsequuta est perpetua serenitas, vsque ad vigesimam septimam Aprilis, & tantus calor, vt Iunio mensi similis esset temporis constitutio. Significat autem Astrologorum iudicio, dissidia circa leges, propter colorem, crines, & motum: & etiam morbos pestiferos, præsertim in Germania & Pannonia, Asiaque ac Græcia, apudq; Boreales nationes. Huius autem Cometæ motus, cum circulorum ac stellarum fixarum obseruatione, Viennæ Austriæ à Paulo Fabritio Laubensi ad duodecim dies visus atq; descriptus est.

TErtio Martii in oppido Bergerdorff monstrum natum est, aliqua ratione vitulum referens. Sextipes erat, gemino capite, vno podice. Disiuncta autem erant capita in longitudine, quorum vnum Orientem, aliud vero Occidentem spectare videbatur. Tres pedes huic, tres alteri inhærebant. 1556

MEnse Aprili Rossana Astopiæ ciuitas grauissimo terræmotu, magnaque inhabitantium clade concussa est, cuius quoq; impetu multa in proximis regionibus ad triginta vsque miliaria corruerunt ædificia. Decima vero huius mensis die horrendus terræmotus Constantinopoli, vbi tres dies continuos durasse fertur, multas turres deiecit, templum S. Sophiæ, portamque Hadrianopolitanam infestauit maxime. Tertia die vero post, qui fuit decimus 1556

tertius eiusdem mensis, stella immensæ magnitudinis prope lunam, quam fere attingere videbatur, conspecta est. Hunc terræmotum cum reliquis descripsit Valentinus Neuberius Norinbergensis.

IN Heluetiæ diuersis locis, in agro autem ac vrbe Basiliensi duodecimo Maii, ac sequenti die in ditione Bernensium, non procul à Duno oppido, ros de cœlo cecidit, qui sua dulcedine mel superabat, quod & sæpe antea, potissimum tamen in Gallia anno Domini 1198. factum. Secuta animalium pestis quæplerunq; illa comitatur.

DEcimoquarto Maii, prope Schaphusiam in vico Herblingen sanguine pluit, negabant id quidam factum esse, sed ab inquisitoribus res vera inuenta est.

SEcundo Iunii ingens locustarum agmen Germaniæ inferioris aliquot partes vastauit. Fincelius.

Anno 41. venit legatio Judæorum ad Caium Caligulam deprecatura ne eius imaginem cogerentur recipere templo. huius legationis doctiſſimus fuit Philo, qui de hac legatione omnino legendus eſt viris politicis, vt etiam libellus ſcriptus ab eo de præſide Flacco Judæorum immani flagello, diuinitùs tandem punito. Adſcribitur iſti Philoni à veteribus pleriſque ſcriptum, cui hodie nomen Libri Sapientiæ.

Anno

Anno 41. Caius Caligula bellum ſuſcipit contra Germanos; ſed nihil prætetea. ſtultam eius iactantiam ſuper victoriis Germanicis, legimus apud Suetonium, non ſine riſu.

Anno 42. Seneca ille Philoſophus, cuius hodie ſcripta in omnium verſantur manibus, in exilium agitur à Claudio, tanquam adulterator domus Auguſtæ.

Anno 42. Sulpitius Galba Chattos vincit, & Gabinius Marſos; recuperata aquila militari, quæ ſupererat è clade Variana.

Anno 42. Caſſius Chærea irritatus impudicis Caligulæ contumeliis quibus eum in publico proſcindebat, conſpirat in perniciem ipſius, req; ipſa oſtendit non eſſe Deum; ſed homiſis monſtrum.

Anno 42. Caius Caligula interficitur 24. Januarii. ætatis 29. regni anno 3. menſe 9. die 28.

Anno 43. Martyrium Jacobi Maioris filii Zebedæi fratris Johannis Euangeliſtæ, quem interfecit Herodes inter Apoſtolos primus coronatus martyrio.

Anno 44. Aulus Plautius exercitum ducit in Britanniam, partemq; eius potiſſimam deuincit.

Anno 44. Claudius Imperator multa ſacrificia feriasq; Romæ abrogat, ne maior pars anni conſumeretur in iis celebrandis.

Anno 44. an. 2. Claudii ſcribit Hieronymus, Petrum profectum eſſe Romam ad expugnandum Simonem Magum, ibique Cathedram Sacerdotalem tenuiſſe annis 25. vſque ad vltimum annum Neronis. Idem habet Euſebius.

Anno 45. Rhodiis libertas adempta, ob interfectos cives Romanos.

Anno 45. Fames ſub Claudio ab Agabo prędicta à pleriſq; huc refertur.

Anno 45. Marcus Euangeliſta interpres Petri, Chriſtum annunciat Alexandriæ & in Ægypto. Euſeb. Primus Antiochiæ Epiſcopus ordinatur Euodius.

oOO

Biblioteca Nacional de Chile

Fundada en 1813, la Biblioteca Nacional de Chile es la institución cultural más antigua del país. Su misión es reunir, preservar y difundir el patrimonio bibliográfico y documental de la nación, así como promover la lectura y el acceso a la información para todos los chilenos.

Ubicada en el edificio de la Quinta Normal, cuenta con una colección que supera los 3 millones de documentos, entre libros, revistas, periódicos, mapas, grabados y manuscritos. Su sala de lectura principal puede albergar a más de 200 personas y ofrece conexión gratuita a internet.

Además de su función patrimonial, la Biblioteca Nacional desarrolla programas de extensión cultural, exposiciones temporales y talleres para escolares. Su catálogo en línea permite consultar gran parte de su colección desde cualquier lugar del mundo.

Anno 48. Circa hunc annum Tiberius Alexander in Judæa Cuſpio Fado ſucceſſit. Joſeph. lib. 20. cap. 5.

Anno 49. Herodes Rex Chalcidis moritur octauo regni anno.

Anno 49. Quintus Curtius qui vitam Alexandri Magni luculento ſcripſit ſtylo floret.

Anno 49. Meſſalina Claudii vxor, publicè nubit, & quidem ſolenniter adultero Silio iuueni formoſiſſimo; Conſuliq; deſignato: ob quam proteruiam vterq; paulo poſt malè perit.

Anno 49. Claudius Imp. Gallis indulget honores Romanos, recepitq; adeò in Senatum.

Anno 49. V. C. 800. Synodus Apoſtolorum Hieroſolymis celebratur circa hæc tempora. Nam Nazaræi in Antiochena Eccleſia contendebant, non ſufficere ſolam fidem ad ſalutem: ſed legem, circumciſionem & bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem. Apoſtoli & ſeniores conuenerunt, & collectis ſuffragiis confirmárunt articulum Juſtificationis, ſaluari nos per gratiam Jeſu Chriſti. Ex Synodo Paulus & Barnabas redeunt Antiochiam: vbi oritur inter eos diſſidium. Act. 15.

Anno 50. Agrippa Junior præeſt Chalcidi annos quatuor.

Anno 50. Claudius Imperator inceſtuoſas facit nuptias cum fratris filia Agrippina, Germanici filia, matre Neronis.

Anno 50. Paulus Athenas venit: inde Corinthum, vbi manſit an. 1. menſ. 6. Act. 17. 18.

Anno 50. Claudio Imp. perſuadet vxor Agrippina vt Neronem priuignum adoptet in filium. quod fit, additurque ei præceptor L. Annæus Seneca.

Anno 50. Judæi & Chriſtiani Roma pelluntur ab Imp. Claudio. qua occaſione Aquila & Priſcilla in Græciam venerunt.

Anno 51. Colonia Agrippina nomen accipit à Claudii Imp coniuge, nata in illo oppido.

Anno 51. Catthi in Germania deuincuntur à Romanis, & quidam captiui post quadragesimum annum è clade Variana seruitio exempti.

Anno 51. Britannia tantum non subacta capto rege Caractaco.

Anno 52. Nero sumpta virili toga, artibus Agrippinæ præponitur Britannico vero filio Claudii, & appellatur Princeps Juuentutis.

Anno 52. Ex magna frugum egestate prodigiosa orta per Italiam fames.

Anno 52. Domitianus ille Imperator nec-Imperator nascitur 24. Octobris.

Anno 52. Felix, ope fratris Pallantis flagrantissimè dilecti à Claudio Imp. mittitur procurator in Judæam; vbi se dominum gerit; & infinita comittit scelera vnà cum Cumano, qui tamen deinde solus ob ea plectitur, deportatus in exilium, eripiente Felicem Pallante. tribunus tantum ipsius vinctus Hierololymam ad supplicium traditur Judæis. Josephus lib. 2. Belli Judaici.

Anno 53. Philippus Apostolus apud Hierapolin Asiæ ciuitatem lapidibus obrutus.

Anno 53. Cumanus ob prouinciam malè administratá Romæ damnatur à Claudio & exilio mulctatur. Tac.

Anno 53. Agrippæ adimit Herodes Chalcidem, eiq; donat Philippi Tetrarchiam.

Anno 54. Agrippina persuadet Claudio Imp. vt det Neroni suo in matrimonium filiam suam Octauiam.

Anno 54. Traianus Imp. circa hunc annum natus putatur.

Anno 54. Ægyptius Propheta concitat Judæos. Eus.

Anno 54. Sublato Cumano Felix solus Judææ præest, cum antea teste Tacito partem Judææ Cumanus, partem Felix, apud quem postea causam dixit Paulus, tenuisset. Et Paulus hoc nomine se felicem prædicat: quod causam dicturus esset apud Felicem, cui diu versato in ea prouincia notæ essent res Judaicæ.

Anno

Anno 55. Nero ſalutatur Imperator, præterito Britannico Claudii filio, cui potius debebatur imperium. Initio adeo ſimulauit clementiam, vt ſcripturus ſententiam mortis in latrones, exclamaret: Quam vellem neſcire literas! Seneca lib. 2. de Clem.

Anno 55. Paulus Hieroſolymam venit circa Pentecoſten, ibiq; ligatur. Act. 21. à Conuerſione Pauli 21. alii ad annum ſuperiorem, qui eſt 13. Claudii.

Anno 55. Dionis Caſſii hiſtoria illa vberior deſinit. Supereſt tamen epitome eius, mutilatore Xiphilino quæ procedit adhuc ad annum 175.

Anno 55. Claudius Imperator moritur die 13. Octobr. ætatis 64. regni 13. menſe 8. die 20.

Anno 56. Nero Felici ſucceſſorem dedit Portium Feſtum, apud quem cum præſente Agrippa Rege cauſam dixiſſet Paulus, quoniam ad Cæſarem prouocauerat, vinctus Romam miſſus eſt. Act. 25. 26.

Anno 56. Feſtus Felici ſuccedit in præfectura ſeu gubernatione Judææ. Act. 24. Joſeph.

Anno 56. S. Martialis Aquitaniæ Apoſtolus & B. Petri diſcipulus, Burdigalæ prima Chriſtianæ Religionis fundamenta iacit, dirutiſq; Dæmoniorum aris, ignoti Dei aram vero & omnipotenti Deo in nomine Jeſu Chriſti Saluatoris conſecrat. licet Gregorius Turonenſis ſub Decio in Galliam miſſum ſcribat,

Anno 56. Nero Imp. fratrem Britannicum, veritꝰ violentiam matris, quæ ipſi irata, minata fuerat producturum eum apud milites, interficit veneno.

Anno 57. Nero laſciuiam abſcondere omnino non poteſt, ſed diſſimulato habitu diſcurrit per lupanaria vrbis &c. Tacitus lib. 13. Annal. cap. 25.

Anno 58. Nero Amphitheatrum exſtruit in Campo Martio, auĉturus populi voluptates.

Anno 58. Edicto vetatur ne quis magiſtratus aut procurator prouinciæ, ſpectaculum gladiatorium, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum edat. nam ante, non minus tali

largitione quam corripiendis pecuniis subiecti affligebantur: dum præsides quæ libidine deliquerant, ambitione propugnant.

Anno 59. Jani templum quintum clauditur.

Anno 59. Hermunduri Cattiq; inter se atrociter pugnant, ob flumen gignendo sale fœcundum. vincunt Hermunduri.

Anno 59. Lugdunum in Gallia incendio tota absumitur, cui Nero post annũ 7. subuenit quadragies sestertium.

Anno 59. Ficus Ruminalis, quæ ante octingentos & triginta annos infantiam Romuli Remiq; texerat, arescente trunco diminuitur. Tacitus.

Anno 59. Corbulo multa ex dignitate veteri populi Romani gerit apud Parthos.

Anno 60. Paulus circa mensem Martium Romam venit, habitus in libera custodia.

Anno 60. Nero naui solutuli matrẽ in mari ex insidiis interficere nititur, vt putaretur periisse naufragio. id vt nõ succedit palam occidendam curat; tanquam quæ ipsi certum moliretur exitium, 10. die Junii.

Anno 60. Nero Imp. in omnes se effundit libidines, quas hactenus malè coërcitas, qualiscunque matris reuerentia tardauerat.

Anno 60. Domitius Afer & M. Seruilius, summis honoribus, & multa eloquentia celebres, moriuntur.

Anno 61. Institutum Romæ ludicrum, quo Oratores ac Poëtæ inter se publicè certant de eloquentia & musica.

Anno 61. Corbulo strenuè rem gerit in Armenia.

Anno 62. Gymnasium institutum à Nerone, oleumq; Equiti ac Senatui præbitum ipsa dedicatione.

Anno 62. Festus Judææ præses moritur. succedit ei Albinus. Eo intermedio Annas Pontifex Jacobum Episcopũ Hierosolymitanum è templi fastigio præcipitatum lapidatione publica adficit circa mensem Septembrem.

Anno 62. Pedanius secundus, præfectus vrbis Romæ à seruo occiditur. ea propter omnes serui qui sub eodem tecto

Digitized by Google

recto manserant, numero quadringenti supplicio publicè adfecti. Tac. lib. 14. Annal. cap. 42.

Anno 62. Romani milites in Britannia, quod rapinis subditos nimium irritauerant, ingenti clade afficiuntur, occisis ferè septuaginta millibus. Postea tamen Britannorum ad octoginta millia in acie pereunt duce Suetonio.

Anno 63. Marcus Euangelista Alexandriæ coronatur martyrio.

Anno 63. Seneca Neronis præceptor, aula se expedire cupit, sed non succedit.

Anno 63. Nero Octauiam coniugem occidi curat 8. vel 9. die Junii.

Anno 63. Jesus Anani, homo plebeius, in Festo tabernaculorum magnis clamoribus denunciat excidium vrbi Hierosolymorum, ingeminado, Væ, væ Hierosolymis. id facit per annos 7. menses 5. Ab Albino præside contemnitur pro insano. Josephus lib. 7. c. 12.

Anno 64. Pompei vrbs Campaniæ terræmotu magna ex parte euertitur.

Anno 64. Persius moritur die 24. Nouembris, ætatis 29.

Anno 64. Anianus post Marcum Euangelistam ordinatur Episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ, cui præfuit annos 22.

Anno 65. Cum nescio cuius criminis accusaretur Pallas Neronis libertus, & nominarentur tanquam conscii, liberti ipsius; respondit, nihil vnquam se domi nisi nutu aut manu significasse: vel si plura demonstranda essent, scripto vsum, ne vocem consociaret. Bone Deus, quantum differt illud mancipium ab Hadriano Cæsare! de quo sic Spartianus cap. 20. In colloquiis etiam humillimorum ciuilissimus fuit; detestans eos, qui sibi hanc voluptatem humanitatis, quasi seruantes fastigium Principis, inuiderent.

Anno 65. die 19. Julii incendit vrbem Romam Nero q̃ arsit nouem diebus. ipse interim per ludum & iocum canit excidium Troiæ. Eius rei culpam deriuare cupit in Christianos, quos ea de causa immanibus afficit suppliciis. de quibus Tacitus lib. 15. Annal. cap. 44.

Anno 65. Prima persecutio Christianorum Romæ à Nerone instituta. Tac. A reditu Judæorum ex Babel sub Cyro 600. à regno Herodis in Jerusalem 100.

Anno 65. In Asia tres vrbes terræmotu conciderunt: Laodicea, Hierapolis & Colossi. Euseb.

Anno 66. 8. April. in festo Paschę, lux in templo orta noctu ad dimidiam horam Hierosolymis, & 21. Maii currus exercitusq; in aëre pugnantes extitere: & in festo Pentecostes die 29. Maii vox audita in templo, Migrem⁹ hinc.

Anno 66. Coniuratur in Neronem Imp. auctore Calpurnio Pisone: quæ detegitur per Milichum libertum Sceuini, multisq; est exitio.

Anno 66. L. Annæus Seneca interfici iussus à Nerone, venas sibiipsi secat.

Anno 66. Gessius Florus crudeliter Judæis præest, nullumq; modum faciens rapinis aut iniuriis, ipsos irritat ad rebellionem.

Anno 66. Nero Imp. alteram coniugem Poppæam ictu calcis occidit.

Anno 66. Seneca iussu Neronis discipuli sui interficitur, & Lucanus Poëta incisione venæ 30. April.

Anno 67. Nero Imperator ipsam virtutem exscindere conatur, in Thrasea & Sorano, aliisq; viris innocentissimis.

Anno 67. Judæi à Romanis palam deficiunt. inde bellum exortum, quod ipsos planè excidit.

Anno 67. Josephi historia de Antiquitatibus Judaicis hic finit: complexus 20. libris, ab orbe condito ad 12. annum Neronis annorum historiam 4037.

Anno 68. Idumæi à Zelotis euocati vi ingrediuntur Hierosolymam, occisis octo hominum millibus, inq; his

his ſummo Pontifice Anna. Iterum paulò poſt trucidant 12000.

Anno 68. Simon Samaritanus Magus, habetur Romæ à Nerone Deus. Conatus aliquando ſubuolare in cœlum, orantibus Petro & Paulo deturbatur. Egeſippus.

Anno 68. Neronis anno 13. menſe Maio illata primùm in Judæam Aquila Romana, geſtumq; bellum contra Judæos duce Veſpaſiano.

Anno 68. D D. Petrus & Paulus reuerſo Nerone ex Achaia, coronantur Martyrio. Petrus cruci affixus pedibus in cœlum erectis. Paulus verò truncatur capite. Arator & D. Auguſtinus volunt occiſos eſſe 29. Junii ambos; ſed annis diuerſis. alii vno eodemq; anno.

Anno 68. Hinc incipit Romanorum Pontificum ſeries: quam lector ex Barthol. Platinæ hiſtoria & Onuphrii Panuinii Epitome aliorumq; ſcriptis cõmodiſſimè petere & cognoſcere poterit.

Anno 68. Veſpaſianus obſidet Jotapatam die 21. Maii: eandem acriter oppugnat 20. Junii, ſed expugnatur demũ 1. Julii, defenſa ſtratagematibus Joſephi Ducis qui à Tito ſeruatur; & exinde Judæorum captiuitatem graphicè ſcriptis mandat. Expugnatur etiam, vel ſe dedit tota Galilæa, cæſis vel captis 145 230. hominibus.

Anno 68. Ioſephus Dux captiuus prędicit circa Kalend. Julias Veſpaſiano imperium.

Anno 68. Eccleſia Chriſti diuinitùs monita migrat Hieroſolymis in oppidum Pellam trans Jordanem: vt ablatis ex vrbe ſanctis & iuſtis viris, vindictę cœleſti fieret locus. Euſeb.

Anno 69. Linus poſt Petrum Apoſtolum, primus Romanam Eccleſiam tenuit. De eo, vt & de ſequentibus ontif. Max. vniuerſis ac ſingulis, videatur libellus peculiaris Onuphrii Panuinii.

Anno 69. C. Julius Vindex proprætor Galliæ, ſeditionem excitat contra Neronem, proſcribiturq; promiſſo percuſſori centies ſeſtertium, circiter quater centena mil-

Chapter 1: The Art of Communication 1

Communication is the process of exchanging information, ideas, and emotions between individuals or groups. It involves both verbal and non-verbal elements, such as words, gestures, and facial expressions. Effective communication is essential for building relationships, resolving conflicts, and achieving goals. It requires active listening, empathy, and clarity.

Chapter 2: Mastering Public Speaking 15

Public speaking is a skill that can be developed with practice and preparation. It involves delivering a speech or presentation to an audience in a clear, confident, and engaging manner. Key elements include organizing your thoughts, using visual aids, and managing your nerves. Overcoming fear of public speaking is a common challenge.

Chapter 3: Writing Persuasive Essays 29

Persuasive writing aims to convince the reader to adopt a particular viewpoint or take a specific action. It requires strong arguments supported by evidence, logical reasoning, and a compelling tone. Structure is important, with a clear introduction, body paragraphs, and conclusion. Counterarguments should be addressed.

Chapter 4: Debating Techniques 43

Debating is a structured form of argumentation where two sides present opposing viewpoints on a topic. Participants must research their topic thoroughly, anticipate the opposing arguments, and prepare rebuttals. Time limits and rules of conduct are typically enforced by a moderator or judge.

Chapter 5: Interpersonal Communication 57

Interpersonal communication refers to the exchange of information between two or more people in a face-to-face setting. It includes both verbal and non-verbal cues, such as tone of voice, body language, and eye contact. Building rapport and trust are important aspects of interpersonal communication.

ãñ obſeſſi; quæ crebrior fama eſt, quò nitentes ac progreſſos depellerent. Tacitus lib. 3. Hiſtor. cap. 71.

Anno 70. Veſpaſianus Romam nauigans filio Tito belli Iudaici curam commendat. Eſtq; hic annus à diluuio Deucalionis 1600. à bello Peloponeſiaco 600.

Anno 71. Mortuo Nerone variè fluctuante Republica Maricus quidam ex plebe Boiorum, quos Julius Cæſar poſt Helueticum bellum in Æduorum finibus collocarat, Numinum ſimulatione arma Romana prouocat; ſed temerè. captus enim prælio feris obiectus, & ſpectante Vitellio Imp. interfectus eſt.

Anno 71. Veſpaſianus Roman. redux tributum imperat; teſtatus, vt Reſpublica ſtare poſſet, ſibi opus eſſe quadringenties millies. hoc eſt, decies millies centenis millibus florenorum, ſiue mille milliones. Suetonius.

Anno 71. Titus obſidet Hieroſolymam die 14. Aprilis in Paſchate. tertio Maii expugnat murum, octauo alterum. inde externo muro ædificato Judæos includit. Die 14. Julii ex penuria Sacerdotum ceſſat iuge ſacrificium. Arx Antonia expugnatur 24. Julii. Porticus occidentalis ab ipſismet Judæis creatur 27. Julii. Templum illud celebre conflagrauit 10. Auguſti. Superior vrbs 8. Septemb. expugnata, non vi humana, ſed volente Deo. Capti hoc bello nonaginta & ſeptem millia. Mortui obſidionis tempore vndecies centena millia.

Anno 71. In Germania Batani cum Vbiis & aliis coniuratis legiones Romanas deditione capiunt, & in ſua verba iurare coguut. Verum Ceriali Duce compeſcuntur. Tacitus.

Anno 71. Deſinit Hiſtoria Auguſta Cornelii Taciti.

Anno 72. Titus Veſpaſianus cum patre triumphat de Judæis Calendis Julii. Templum Jani claudit, & Pacis nouam ædem inchoat.

Anno 72. Duces Romani in Judæa relicti, reliquias populi Judaici exſcindunt, & iuſſu Veſpaſiani terram omnem vendunt.

Anno 73. Templum Judæorum in Ægypto occlusum. dirutumq;, quod ædificarat Onias à Jasone fratre Pontificatu deiectus Heliopoli, ante annos ferè 250. Josephus.

Anno 74. Peregrinus Philosophus, impo[illegible] Christianis; simulat se esse eiusdem religionis: discit capita pietatis, aliosq; in eis instituit. Coniectus in carcerem patienterq; ferens vincula, plurimas corradit pecunias ex eleemosynis: tandemq; aufugit.

Anno 74. Vespasianus, Philosophos, quod iuuentutem in varias traherent sententias publicis suis dissertationibus, vrbe eiicit.

Anno 75. fit lustrum Romæ numeró septuagesimum quintum. & hinc planè desierunt apud Romanos fieri lustra. Inuenit tunc Vespasianus plurimos, centum, centum & decem, 120. 130. imo & 140. & 150. annorum.

Anno 76. Templum pacis Romæ dedicatum, in quod illata sunt vasa & ornamenta quædam templi Hierosolymitani. Joseph. Xiphil.

Anno 76. Asconius Pædianus claret: qui anno vitæ 73. captus luminibus postea annis 12. summo cum honore & hominum gratia vixit. Euseb. Hic Orationes Ciceronis illustrauit commentariis, qui hodie extant.

Anno 77. Cletus Romanorum Episcopus à Petro tertius (vt habet Hieronymus) tenuit Episcopatum annis 13. Damasus.

Anno 78. Tres ciuitates Cypri terræmotu ceciderunt.

Anno 78. Lues ingens Romæ: adeò vt per multos dies in ephemeridem decem ferè millia mortuorum referrentur.

Anno 80. Jubilæus mundi 81. Mosis 31. A baptismo Christi Jubilæus primus.

Anno 80. Vesuuius mons in Campania ruptus in vertice, tantum ex se iecit incendii, vt regiones vicinas & vrbes cum hominibus exureret, & ipse totus conflagraret. Dio. Euseb.

Anno

Digitized by Google

Anno 80. Titus Veſpaſianus pater moritur die 25. Junii, ætatis 70. imperii 10. minus diebus ſex.

Anno 81. Roma arſit tribus diebus, totidem noctibus, quo igne multa ædificia, templaq́; funditus periere, etiam Octauiani porticus cum libris. incendium iſtud ortum è terra.

Anno 81. Titus Imp. Muſonium Rufum Philoſophum de exilio reuocat. forſan iſte eſt cuius præclara multa exſtant fragmenta in Stobæo.

Anno 82. Titus Veſpaſianus filius moritur 13. Septembris, ætatis 42. regni 2. menſe 2. die 20.

Anno 83. Domitianus legem de adulteriis ſeuerè exercet, ſancitq́; ne quis omnino in imp. Romano caſtretur.

Anno 83. Epictetus ille Romæ docet.

Anno 83. Domitianus Marcomannos, quod nulla ab eis in Dacos impetratet auxilia, bello aggreſſus, victus in fugam coniicitur. Dio.

Anno 84. Domitianus inſectatur Philoſophos, omnesque vrbe atq; Italia exigit: ſimulataq́; hactenus humanitatem exuit: plurimos Senatorum diuerſis ſub prætextibus vel interficit vel relegat.

Anno 85. Domitianus Imp. templum conſtruit ſine vlla admixtione lignorum.

Anno 86. Domitianus Imperat. primus Dominum & Deum ſe edicto appellari iuſſit.

Anno 87. Naſamones & Daci dimicantes aduerſus Romanos, vincuntur.

Anno 87. Primus Agon Capitolinus à Domitiano inſtitutus. conſtabat autem certamine Muſico, equeſtri & Gymnico. Tranquillus.

Anno 87. Britannia circa hæc tempora crudeliter vexata, & bona ſui parte victa per Cn. Agricolam. de quibus conſulendus gener ipſius Cornelius Tacitus.

Anno 88. Marcus Fabius Quintilianus ex Hiſpania Calagurritanus, primus Romę publicam ſcholam aperuit, & ſalarium accepit è fiſco.

Anno 88. floret P. Valerius Martialis poëta Epigrammatarius.

Anno 89. Bellum Dacicum exortum, duce Decebalo, qui Romanos mirè exercuit annis ferè 16. memoria in hoc bello Sueuorum, habitantium in Mæsia trans Istrum. Domitianus contra hunc regem suscepit expeditionem, deq; eo triumphauit; sed nunquam tamen accessit ad hostem, libidinum lustris abditus. Dio & Eusebius.

Anno 89. Orchades insulæ in Oceano repertæ, imperioq; Romano additæ.

Anno 89. Ludi sæculares septimi facti sunt à Domitiano Imp. Censorinus.

Anno 90. Apollonius Tyanæus Magus Romam euocatur, tondetur, & carceri traditur: sistendus verò ante Domitianus, planè euanuit, & Puteolis improuisus apparuit, si modo fides Philostrato, huius agyrtæ vitam pluribus libris describenti.

Anno 91. Quintilianus, cuius etiamnum legimus Institutiones Oratorias Romæ docet mercede publica.

Anno 92. Domitianus tanta tumet superbia, vt statuas sibi in Capitolio nonnisi aureas & argenteas poni permittat, ac ponderis certi.

Anno 93. Domitianus Imperator ad summam vbertatem vini, frumenti verò inopiam, existimans nimio vinearum studio negligi arua, edicit ne quis in Italia nouellaret; vtq; in prouinciis vineta succiderentur, relicta, vt plurimum, dimidia parte.

Anno 94. Julius Agricola domitor Britanniæ, inuisus ob artem bellicam Domitiano, moritur non sine suspicione veneni.

Anno 94. Proclus Lycius auctor Sphetę & Commentator Euclidis floret.

Anno 95. Josephus Historicus absoluit libros Antiquitatum Judaicarum, vt ipse in fine eorum testatur.

Anno 96. Domitianus iterum Philosophos & Mathematicos Roma per edictum extrudit.

Anno

Anno 96. Secunda persecutio Christianorum sub Domitiano.

Anno 96. Joannes Apostolus cum in oleo ignito demersus nihil passus esset, in Pathmum relegatus, vbi vidit Apocalyp. Euseb.

Anno 96. Cedrenus huc refert martyrium Timothei.

Anno 96. Statius Papinius poëta eximius celebrat erudito carmine Consulatum Domitiani decimũ septimum.

Anno 97. Flauius Clemens vir consularis interficitur à Domitiano ob crimen impietatis, h. e. religionem Christianam. sic & Flauiam Domitillam propter eandem religionem relegat, vt nonnullis placet. Dio.

Anno 97. Domitianus eos, qui de gente Dauidis erant, interfici curat, vt nullus ad regnum adspirare posset.

Anno 97. Domitianus ab vxore & libertis suis maximè familiaribus occiditur, 18. Septembris, ætatis 44. mens. 10. die 26. imperii 15. die 5. Dio. à morte Julii Cæsaris 140.

Anno 97. Suetonii Tranquilli historia desinit, quam eadem licentia scripsit, qua Cæsares vitam egerant.

Anno 98. Joannes Euangelista Ephesum redit, Ecclesiasq; deinceps in Asia gubernat.

Anno 98. Julius Frontinus, cuius eruditissima scripta adhuc vigent, præficitur Romæ aquæductibus.

Anno 98. Joannes Euangelista ab exilio redit Ephesum.

Anno 98. Traianus à Nerua adoptatur absens, & vocatur Cæsar, accepta potestate tribunicia.

Anno 98. Nerua Imperator Calpurnium Crassum, aliosque qui in ipsum coniurauerant, ignaros scire hoc Cæsarem iuxta se collocat in publico theatro, gladiatorumq; ferramento dat inspicienda: vt ostenderet se vel vitæ prodigum, vel fato dari imperium, fato auferri, quemadmodum simili prorsus casu, professus Titus Vespasianus. de quo Suetonius cap. 9.

Anno 99. Nerua Imp. moritur 27 Januarii, ætatis 66.

imperii 1. menſ. 4. diebus 9. Obitus eius die conſpectam eclypſin Solis affirmat Aurelius Victor.

Anno 99. Tacitus ſcripſit librum de moribus Germanorum; quia in eo numerat 110. annos à primo bello Romanorum cum Cimbris, vſque ad ſecundum Conſulatum Traiani, addito epiphonemate nobis admodum glorioſo: Tamdiu Germania vincitur.

Anno 99. Johannes Euangelium ſcribit. Hiero.

Anno 99. Clemens Papa, cum idolis ſacrificare nollet vltra Euxinum pontum ad Hiberos relegatur.

Anno 99. Traiani imperium: quod durauit ann. 19. menſ. 6. d. 15. Dio. Sed videntur ordiendi ab anno ſuperiore, quo à Nerua adoptatus eſt & Trib. pot. accepit: alioqui non congruent anni ſequentium Impp. à Ptolemæo annotati.

Anno 100. Cornelius Tacitus hiſtorias ſuas ſcribit, vt ipſemet teſtatur.

Anno 100. floret Plutarchus Traiani Principis præceptor.

Anno 100. Hoc anno Traianus Conſulatum tertium, qui ei vt nouo Imperatori debebatur, recuſauit: vt autor eſt Plinius ſecundus in Panegyrico: Nimirum Traianus ignorans ceſſit gloriam Chriſto: cuius anno centeſimo ſuam reliquit dignitatem, vt eius celebritas ſoli Eccleſiæ Dei reſeruata, non in alium quàm in Chriſtum Dominum transferretur: quemadmodum & Auguſtus ante annos 100. inſtante natalis Chriſti tempore, omnibus ſuis Conſulatibus finem impoſuit, & ab honore illo deinceps prorſus abſtinuit.

Anno 100. Joannes Apoſtolus diem ſuum obiit Epheſi, cui ſucceſſit Oneſimus.

Anno 101. Traianus ſumit expeditionem in Daciam contra Decebalum, vincitq; prælio difficili, multis ſuorum vulneratis, cum deeſſent vulnerum ligamenta, veſtes ſuas in lacinias ſciſſas ſauciatis diſtribuit. Dio.

Anno 102. Plinius Secundus, alterius Plinii ex ſorore nepos,

purus panis Dei reperiar. Fruar beſtiis mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inueniri: Eas & blanditiis demulcebo, vt crudelius me deuorent: & illæ ſi nolint, ego vi eas adigam. Nunc incipio diſcipulus Chriſti eſſe: Faceſſat à me rerum omnium ſiue viſibilium ſiue inuiſibilium admiratio, vt Ieſum Chriſtum aſſequar: Omnia ſuppliciorum genera à Diabolo excogitata in me coaceruentur, vt Ieſum Chriſtum duntaxat adipiſcar. Idem: Id ſolum petite mihi, vt vires & intus & foris ſuppetant, vt non modo dicam: ſed & velim: vt non ſolum dicar Chriſtianus: ſed & inueniar. Chriſtianus cum odio habetur à mundo, diligitur à Deo. Melius mihi emori propter Chriſtum, quam imperare finibus terræ. Vita ſine Chriſto mors eſt. Meus amor crucifixus eſt. Non eſt in me incendium quippiam amans: ſed aqua viua ſaliens in me intus mihi dicit: Veni ad patrem.

Anno 110. Plinius Secundus cum prouinciam Bithyniam regeret, & in magiſtratu ſuo multos Chriſtianorum interfeciſſet, multitudine & conſtantia eorum perterritus, quæſiuit à Traiano, quid facto opus eſſet, allegans præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de ſacris eorum comperiſſe, quam cœtus antelucanos ad canendum cuidam CHRISTO Deo: & ad confœderandam diſciplinam vetari ab iis homicidia, furta, adulteria, latrocinia, &c. Ad quæ commotus Traianus reſcripſit, Chriſtianos inquirendos non eſſe: oblatos vero puniri oportere. Tertull. in Apol. Euſeb. lib. 3. Oroſius & alii. Taxat autem Tertullianus edicti Imperatorii abſurditatem in hunc modum: Reſcripſit Traianus Chriſtianos inquirendos non eſſe: oblatos vero puniri oportere. O ſententiam neceſſitate confuſam. Negat inquirendos vt innocentes: & mandat puniendos vt nocentes: parcit, & ſæuit: diſſimulat, & animaduertit. Quid te ipſum cenſura circũuenis? ſi damnas, cur non & inquiris? ſi non inquiris, cur non & abſoluis? Latronibus veſtigandis per vniuerſas prouincias militaris ſtatio ſortitur. In reos Maieſtatis & publi-

cos

Bible Study Fellowship 4
Bible Study Fellowship Classes 5
Bible Study Fellowship Class Descriptions 6
Bible Study Fellowship Class Descriptions 7
Bible Study Fellowship Class Descriptions 8
Bible Study Fellowship Class Descriptions 9
Bible Study Fellowship Class Descriptions .....

veniſſe in Cyprum, ſiue caſu, ſiue vi, ſiue errore. Caſſius.

Anno 115. Iudæi quoq; in Meſopotamia multis domantur. Etiam contra eoſdem in Ægyptum Marcus Turbo mittitur, & infinita millia delet.

Anno 116. Cum Tiberianus Syriæ præſes retuliſſet ad Traianum, imparem ſe Chriſtianis occidendis, qui vltro appeterent ſupplicia, mandat Traianus perſecutionem inhiberet.

Anno 116.18. Traiani, Iudæi in Lybia, Ægypto aliiſque locis concitata ſeditione tumultuari cœperunt: ſed à gentilibus ſuperati & repreſſi ſunt. Cumque in Meſopotamia bellum aduerſus incolas redintegrarent, Traianus præcepit L. Quieto, vt eos prouincia exterminaret: aduerſus quos Quietus aciem inſtruens, infinita millia eorum interfecit, & ob hoc procurator Iudææ ab Imp. conſtitutus eſt. Euſ. libr. 4. Vide Dionem & Spartianum.

Anno 118. Adriani Imperium.

Hic obſerua diſſidium Chronologicum: quia Ptolemæo, Gerharto Merc. & aliis cadit initium imperii Adriani in annum N. C. 117. Romanis vero ſcriptoribus in 118. Durat hoc diſſidium vſque ad annum N. C. 162. Nos etſi ex Romanis ſcriptoribus euentus quoſdam hic conſignauimus: tamen Lectori nequaquam aduerſabimur, ſi alteram illam rationem ſequetur, modo noſtram diſpoſitionem cum iuſta latitudine accipiendam & quibuslibet annis ſuos euentus adſcribendos & reddendos eſſe meminerit.

Anno 119. Hadrianus Alexandriam à Romanis ſubuerſam, publicis inſtaurat impenſis.

Anno 119. Hadrianus Imp. erga ciues Romanos beneficus; fauorem eorum initio omnibus modis captat. In Chriſtianos tamen renouat edicta Traiani.

Anno 120. Hadrianus tantum abeſt vt nouis exactionibus

ſanguinem concedi, & ſine vllo crimine, nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Adrianus Minutio Fundano proconſuli Aliæ ſcripſit, ſine obiectu criminum aut probatione, Chriſtianos nõ condemnandos: cuius Epiſtolæ vſq; ad noſtram memoriã durat exemplũ. Euſ. lib. 4.

Lampridius in vita Alexandri Seueri ſcribit, Adrianum Imp. voluiſſe Chriſto templum extruere, & iuſſiſſe, vt in ciuitatibus templa ſine ſimulacris (nimirum in Chriſtianorum vſum) ponerentur: ſed prohibitum ab aliquibus qui dixerant, ſi id fieret, omnes Deorum templa deſerturos, & Chriſtianam religionem amplexuros.

Anno 130. Lucianus Samoſatenſis floret, qui gentilium Deos magna libertate ridet ac lacerat Chriſto quoq; conpiciatur, nominans eum ἀνασκολοπισμένον σοφιστὴν, id eſt, de palo ſuſpenſum ſophiſtam. Chriſtianos vero ſic ſubſannat: Perſuaſerunt ſibi, inquit, infelices Chriſtiani, ſe immortalitate fruituros, perpetuoque victuros eſſe. Ideo & mortem magno contemnunt animo: ac nõ pauci ſua ſponte ſemetipſos occidendos offerunt. Poſtquam vero ſemel à nobis deſciuerunt, Græcorum Deos conſtanter abnegant, &c.

Anno 130. Neratius Priſcus I. C. floret.

Anno 130. Publius Iubentius Celſus I. C. floret.

Anno 131. Aquilla Ponticus, ex Gentili Chriſtianus, ex Chriſtiano Iudæus, primus poſt 70. Interpretes Sacram ſcripturam Græce vertit.

An. 132. Apollodorus inſignis architectus q̃ reprehẽderet ſtructurã templi Veneris Romæ, ex præſcripto Hadriani nuper ædificati, ab ipſo occidit. ex quo apparet nimium vere dictũ ab Martiali: Qui volet ingenio cedere nullꝰ erit.

An. 133. Hadrianus Imp. Bibliothecã miri operis exſtruit.

An. 133. Poſtremum bellum Iudaicum ſub Adriano. (Euſ.

Iudæi à Romanis palã deficientes, & ad arma verſi. Paleſtinã depopulati ſunt, tenẽte prouinciã Tynio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Adrianus miſit exercitũ. Fuitq; hoc magnũ & diuturnũ bellum, Iudæis grauiter ferentib. quod exteræ nationes in ſuam vrbem Ieruſalem habitatum veniſſent.

Digitized by Google

niſſent. Hos Romani primum nihili faciebant : Sed poſtquam totam Iudæam commotam eſſe, Iudæoſque omnes vbique gentium tumultuari intellexiſſent, Adrianus optimos quoſq; duces aduerſus eos miſit. Dio. Euſ.

An. 134. Dux factionis Iudaicæ Barcochebas non ſolũ Iudæos ſibi adiunxit, ſed ẽt Chriſtianos in ſocietatẽ belli aduerſus Romanos ptrahere conatus eſt: Ideoq; Chriſtianos militare renuentes variis ſuppliciis adfecit & necauit. Barcochebas forte, vt quidã exiſtimant, ſpecioſo titulo Iudęos fefellit, & de ſe interpretatus eſt illud: Orietˉ ſtella ex Iacob: Nã Ebræis Barcochab ſtellæ filiũ ſonat. Quãdo v. ſuperatis & deletis Iudæis, interfectoq; Barcocheba, ſermonis illius vanitas apparuit, Pſeudomeſſiã illũ cõſentaneũ eſt à Iudęis dictũ eſſe Bencozban, i. e. filium mendacii. Cæterũ Adrianus finito bello Iudaico & reb. Iudæorũ penitus oppreſſis, ingreſſu vrbis Ieruſalẽ Iudæis interdixit, & vt facilius arcerentur, nõ ſolũ mutata veteri adpellatione Hieroſolymã de ſuo nomine Aeliã nominauit, ſed ẽt portæ, qua Bethlehemum itur, ſuẽ marmoreum ſculptũ imponi iuſſit, vt intelligeretur, Romanæ poteſtati Iudæos ſubiacere, & politiam Moſaicã cum Metropolis ſuę ruina redactã eſſe in nihilum, effuſa iam ſuper eã finali perpetuaq; vaſtitate, q̃ eis ante annos 670. Daniel p̃dixerat: atq; ita certo iã ſciretˉ, ſpẽ omnẽ Iudæorũ de Meſſiæ aduentu extinctã, Hieroſolymæq; ruderib. obrutã ac ſepultã eſſe. Ideoq; Adrianus Chriſtianis & aliis gentib. vrbẽ Ieruſalẽ inhabitandã dedit. Nã Iudęorum calamitatib. accreſcentibus, eorumq; reb. ac ſpeb. acciſis, Eccleſiã Chriſti florere, augeſcere, & amplificari oportuit: & vt breuius dicã, Iudæos in exhibiti Meſſię teſtimonium è ſua patria eradicari: & Chriſtianos in ea plantari oportuit, q̃ & Chriſtus prædixerat, dicẽs: Ieruſalẽ calcabitur à gentibus Lucæ 21. Euſ. in Hiſtoria Eccleſiaſtica, & in Chronicis belliũ hoc ad tres ferme annos refert, nẽpe ad 16. 17. & 18. Adriani, id eſt, ad annos Nati Chriſti 133. 134. & 135. Vbi obſeruet lector quoquo modo iſta in annos Chriſti diſtribuantur, incurrere hanc Iudæorum internecionem in annum

mortis Christi centesimum, & excidii sub Tito 63. Tantam itaq; cladem & alterum quodammodo excidium Iudæis attulit mors Christi anno centesimo post, quam illi furentes clamauerant; Sanguis eius super nos & super filios nostros.

Anno 137. Phlegon Hadriani libertus, qui supputauit Olympiadas vsq; ad 229. floret; non temporibus Augusti, vt quidam putarunt, Baronius.

Anno 138. Antoninus Pius adoptatur ab Hadriano 26. Februarii.

Anno 139. Hadrianus Imp. finem sibi imponit viuendi inedia, 10. Iulii, imperii anno 20.

Anno 139. Antonini Imperium.

Hic Imp. crebro in ore habuit illud Scipionis Africani maioris: Malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes occidere. Plura de eo Iulius Capitolinus.

Anno 140. Galenus Medicus claret, item Saluius Iulianus, Iurisconsultus. quidam etiam ad hanc ætatem referunt Iustinum Philosophum.

Anno 141. Antoninus Imp. prohibet ne Sibyllinorum aut aliorum Gentilium vatum carmina, nec etiam Ciceronis libri de Diuinatione & Natura Deorum legantur; quod viderentur destruere Deos Gentilium.

Anno 141. Hoc anno desinunt obseruationes Ptolemæi Mathematici excellentissimi, qui hoc tempore vixit, & in Almagesto nobis conseruauit consignationem annorum 887. à Nabonassaris principio vsque ad hunc annum; ante natum Christum 746. post natum Christum 141.

Anno 142. Domitius Labeo, Neratius Priscus, celebres sunt.

Anno 143. Valentinus Ægyptius natione, quod Episcopatu excidisset, nescio quas seminat hereses: adeo vnusquisque cupit videri.

Anno

2 Quinta mensis, ipse annus quintus transmigrationis regis Joachin.

3 Factus est sermo Domini ad Ezechielem sacerdotem filium Buzi in terra Chaldæorum juxta fluvium Chobar: et facta est super eum ibi manus Domini.

4 Et vidi, et ecce ventus turbinis venit ab aquilone, nubes magna, et ignis involvens, et splendor in circuitu ejus: et de medio ejus quasi species electri de medio ignis.

5 Et in medio ejus similitudo quatuor animalium: et hæc species eorum, similitudo hominis in eis.

6 Et quatuor facies uni, et quatuor pennæ uni eorum.

7 Et pedes eorum pedes recti, et ungula pedis eorum ut ungula pedis vituli: et scintillantes quasi aspectus æris candentis.

8 Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus suis: et facies et pennæ earum quatuor partibus earum.

9 Pennæ earum junctæ alterutrum: non revertebantur cum ambulabant, unumquodque ante faciem suam gradiebatur.

10 Similitudo autem vultus eorum, facies hominis, et facies leonis a dextris ipsorum quatuor: facies autem bovis a sinistris ipsorum quatuor: facies quoque aquilæ ipsorum quatuor.

11 Facies eorum, et pennæ eorum extentæ desuper: duæ singulis junctæ, et duæ tegebant corpora eorum.

12 Et unumquodque ante faciem suam gradiebatur: quocumque ibat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur cum ambulabant.

13 Et similitudo animalium, et aspectus eorum quasi carbones ignis ardentis, sicut aspectus lampadarum: hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, et de igne fulgur egrediebatur.

14 Et animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulgoris coruscantis.

15 Et aspexi animalia, et ecce rota una super terram juxta animalia, ad quatuor facies ejus.

16 Species rotarum, et opus earum quasi visio maris: et una similitudo quatuor, species earum et opus earum quasi sit rota in medio rotæ.

17 Quando ambulabant, in quatuor partes suas ambulabant: non revertebantur cum ambulabant.

18 Et jugum rotarum earum altum erat, et timendum: et jugum earum plenum oculis per circuitum quatuor rotarum.

19 Et cum ambularent animalia, ambulabant rotæ juxta ea: et cum elevarentur animalia de terra, elevabantur rotæ.

20 Quocumque ibat impetus spiritus, illuc gradiebantur: et rotæ elevabantur juxta eos, quia spiritus animalium in rotis.

21 Quando illa gradiebantur, gradiebantur: et quando illa stabant, stabant: et quando illa elevabantur de terra, elevabantur rotæ juxta eos, quia spiritus animalium in rotis.

22 Et super capita animalium similitudo firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis, extensum super capita eorum desuper.

23 Et sub firmamento pennæ eorum rectæ, una ad unam: duæ tegebant unumquodque corpus earum.

24 Et audivi sonum pennarum earum quasi sonum aquarum multarum, quasi vocem Omnipotentis: cum ambularent, sonus multitudinis quasi sonus castrorum: cum starent, demittebant pennas suas.

25 Et vox facta est super firmamentum quod erat super capita eorum: cum starent, demittebant pennas suas.

26 Et super firmamentum quod erat super capita eorum, quasi species lapidis sapphiri similitudo throni: et super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper.

27 Et vidi quasi speciem electri, et quasi aspectum ignis intrinsecus in circuitu ejus: a specie lumbi ejus et deorsum vidi quasi speciem ignis, et splendor erat in circuitu ejus.

28 Sicut species arcus cum fuerit in nube in die pluviæ, ita erat species splendoris in circuitu. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini: et vidi, et cecidi in faciem meam, et audivi vocem loquentis.

renti sibi & dicenti: Cognosce nos: respondit: Cognosco te primogenitum Satanæ. Hæc Iren. lib. 3. c. 3. Eus. 4.

Anno 160. Bactriani, Hircani, & Indi, ambiunt amicitiam Antonini Pii, tantum potest iustitia & modestia.

Anno 161. Lucius Verus Cæsar sumit expeditionem in Parthorum regem Vologesem, cuitamen antea Lucillam filiam suam despondet Imp. M. Pius, vt pluribus vinculis sibi cohæreret.

Anno 162. Antonini Philosophi Imperium.

Cum Antonino simul imperauit L. Aurelius Verus. Nam tunc primum Romanum imperium duos Augustos simul habere cepit. Capitol. Eus. Antoninus Philosophus nunquam mutauit vultũ mœrore vel gaudio, vt autor est Capitolinus. De eodem sic inquit Dio: Vere fuit vir bonus, & æquabilis in omni vita, nec vlla vnquã in re immutatus est: nihil in eo fictum aut simulatum fuit. Magnum ei adiumentum attulerunt bonæ artes. Nam Philosophiæ præceptis imbutus fuit, vnde & Philosophi nomen sortitus est.

Anno 161. Athenæus circa tempora vixit, item Hermogenes Rhetor qui anno 18. suam artem Rhetoricam scripsit: annoq; 24. errore mentis adfectus, à se ipso degenerauit.

Anno 164. Britannis concedente Britannorum rege, fides Christiana publice annuntiatur.

Anno 164. Vologesus rex Parthorum vicinas sibi Romanas prouincias depopulatur.

Anno 166. L. Verus Imperator, Parthis deuictis, Romæ triumphat.

Anno 167. Peregrinus Philosophus apud Pisos in panegyri Olympica, ingenti rogo incenso, semetipsum superiniicit. quæ ambitio?

Anno 163. pestis Romæ & in Asia vehemens: orta primum in Babylonia, vbi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles aperuerat, spiritus pestilens emersit. Capitolinus.

Anno

An. 168. Sub Antonino Philosopho etiam in Gallia grauis & acerba persecutionis procella multos martyres absorpsit: vt Maturum, Pothenum, Attalum & Blandinam, quæ inter varia tormenta subinde exclamauit: Christiana sum; qua voce ita se recreauit, vt ad cruciatus constanter perferendos animus eius subinde nouis viribus, diuinoq; robore augeretur. Eus. 5. c. 1.

Anno 168. quarta persecutio aduersus Christianos in Asia orta est, in qua igni traditus, & Martyrii corona cõdecoratus est vir sanctissimus Polycarpus, Ioannis Apostoli discipulus, & Episcopus Smyrnensis: agens annum ætatis 86. Quam historiam luculentissime descriptam reperies apud Eus. 4 Polycarpi quidem mortem adeuntis confessio, & rogum conscendentis, atq; flammam expectantis ardentissima precatio digna est, quæ à piis omnibus cognoscatur & menti imprimatur.

Anno 169. Impp. ambo proficiscuntur ad bellum Marcomannicum. hibernant Aquileiæ. inde Lucius Romam redire cupiens, apoplexia moritur.

Anno 170. Melito & Apollinaris scribunt apologias pro Christianis ad Imp. Marcum.

Anno 170. L. Aurelius Verus Imp. anno regni sui 9. apoplexia extinctus est. Eus. Capit. Eo defuncto Marcus Antoninus Philosoph. imperauit solus.

Anno 171. Imperatore Antonino Philosopho exarsit grauissimum bellum, cui nomen Marcomanni principes fecere. de quo videndus præter classicos auctores, Orosius lib. 7. c. 15. Lucianus in Pseudom.

Anno 175. historia de Romanorũ Germanica siti, Christianorum precibus imbre impetrato, discussa.

Cum M. Antonini exercitus diebus 5. aquæ penuria laborasset, & milites in angustiis montiũ Germaniæ à Quadis circumclusi, siti propemodum conficerentur, Imperatorem anxium & consternatum adiit præfectus prætorio, dictitans nihil esse quod Christiani precibus impetrare non possint à D. e. 9. & esse in legione XII. cohortem militum,

qui omnes Christum colerent. Ea re cognita Antoninus petiit ab eis, vt Deo suo supplicarent. Quod cum illi positis in terra genibus & ad Christum profusis precibus fecissent, subito pluuia largissima diuinitus missa est, qua Romani, aquam ore & scutis excipientes, recreati sunt, cum è contrario Quados aliosque Germaniæ populos fulmina persequerentur. Quare obstupefactus Imperator, Christianos magnis adfecit honoribus: & in perpetuam rei memoriam legionem eam, in qua illi militabant, nominauit fulminatricem, græce κραυνοβόλον. Sic Quadi Christianorum beneficio à Romanis victi sunt, & M. Antoninus Imperator VI. Ladpellatus est. Vide Capitolinum, Dionem, Tertull. in Apologet. & ad Scupulam, Euseb. 5. Orosium, &c.

Extant etiam literæ Marci Imp. quibus rem omnem Senatui Rom. exponit, & Christianorum precibus diuinum istud beneficium acceptum referendum esse testatur: Credibile est, inquit, Christianos licet eos impios existimemus, Deum pro munimento habere in pectore: Simul enim atq; humi sese abiecerũt, & preces fuderunt ad ignotum mihi Deum, statim è cœlo pluuia delapsa est, in nos quidem frigidissima, in nostros vero hostes grando & fulmina: eorumq; orationibus ac precibus statim Deus præsto fuit, qui neque vinci neque expugnari potest. Quamobrem concedamus talibus, vt sint Christiani, ne qua tela eius generis contra nos petant & impetrent. Hæc Antoninus.

Anno 175. Aufidius Bassus victor antea Parthorum, falso accepto nuncio de morte Imp. arripit imperium: sed post tertium mensem interficitur à militibus.

Anno 177. Athenagoras apologiam iterum scribit pro Christianis ad Imperatorem.

Anno 177. Marcomanni cum Quadis rebellãt. ad quos compescendos Imp. iterum se accingit ad bellum.

Anno 178. an Pausanias & Gellius hoc tẽpore vixerint dubium est. Pausanias citat Olympiadem 235. quæ cadit in annum

Abstract

Objective: To evaluate the effectiveness of a multidisciplinary intervention in reducing the incidence of ventilator-associated pneumonia (VAP) in a medical-surgical intensive care unit (ICU).

Design: Prospective, quasi-experimental study with historical control.

Setting: A 24-bed medical-surgical ICU in a tertiary hospital.

Patients: All patients admitted to the ICU who required mechanical ventilation for more than 48 hours during the study period.

Intervention: A bundle of measures including head-of-bed elevation, daily sedation interruption, oral care with chlorhexidine, and early mobilization.

Measurements and Main Results: The incidence of VAP decreased from 18.4 to 9.7 episodes per 1,000 ventilator days after implementation of the bundle. Median duration of mechanical ventilation was reduced by 2.1 days.

Conclusions: A simple, low-cost bundle can substantially reduce VAP in a medical-surgical ICU.

pellicem Christianorum studiosam fuisse, & quod esset apud Commodum magnæ autoritatis, multa in eos beneficia contulisse.

Anno 181. ab hoc ipso anno obitus Antonini Herodianus orditur suam historiam complectentem annos 59. quę extenditur in Imperium Gordiani, i.e. in annum N. C. 239. Quod autem Herodianus ait, se 70. annorum sui temporis res gestas conscribere, ita forte accipiendum est, quod 19. annos Antonini Philosophi illis 70. annis includat & connumeret.

Anno 181. Isidis sacra à Romanis admissa: adeo quidem vt Commodus ipse se ei Deæ initiarit, Anubinq; portarit.

Anno 181. Theophilus Episcopus Antiochenus scripsit librum ad Autolycum, qui hodie legitur: Et ab Imperio Iulii Cæs. ad mortem Antonini Philosophi, supputat annos 228. quod ad nostram rationem pulchre quadrat: additis 228. ad 3923. Bucholzerus.

Anno 182. tertia Bibliorum versio editur à Theoditione, qui licet hereticus esset discipulus Tatiani; indeque se Marcionitis iungeret & postea Iudæis, haud tamen interpretatio eius reiicitur.

Anno 183. Pantænus scholam Christianorum Alexandriæ instituit, ex qua multarum Ecclesiarum doctores prodierunt. Huius discipulus fuit Clemens Alexandrinus, cuius libri Stromatum nunc quoq; leguntur.

Anno 183. bellum in Britannia exortum, quod Commodi Imp. auspiciis confecit Vlpius Marcellus.

Anno 183. Pantænus Philosophus Christianus, Alexandriæ, ad Indos proficiscitur, prædicaturus Euangelium. Eusebius lib. 5.

Anno 184. Daci rebellantes compescuntur ab Albino Nigroque Præsidibus.

Anno 185. Commodus Imp. crudelitatem suam exercet in Senatum Romanum.

Anno 186. Philippus ordinatur à Commodo Imp. præfectus Ægypti. hic pater est virginis Eugeniæ, postea martyrio coronatæ.

Anno

nunc etiam inter alia quædam ſtatuarum fragmenta Romæ in colle Capitolii, caput æneum, quod Neronis coloſſo Commodus, ſuam ibi exhibens effigiem poſteritati conſpiciendam, impoſuiſſe dicitur.

Anno 193. huc vſq; Clemens Alexandrinus tempora deſcripſit, quia omnes eius ſupputationes morte Commodi terminantur. Idem à morte Antonii & Cleopatræ huc vſq; ſupputat ann. 222.

Hic autem Clemens Alexandrinæ Eccleſiæ Presbyter fuit, & in Catecheticæ doctrinæ profeſſione Pantæno Præceptori ſuo ſurrogatus eſt.

Anno 194. Pertinax, conſenſu Prætorianorum & Senatus fit Imperator, annorum 68. Verum dum licẽtiam prætorianorũ, & alia ſub Commodo vitia frequentata, ſubito emendare conatur, à Prætorianis ſuis trucidatur. multa enim ſimul tuto corrigi non poſſunt, inque rep. conſtituenda opus eſt in primis tempore & conſilio. trucidatur 28. Martii, imperii die 87. Hic primũ fuit Profeſſor Grammatices, in quo munere ſucceſſerat præceptori Sulpitio Apollinari.

Anno 194. hoc tempore viguit controuerſia de Paſchate inter Eccleſiam Romanam & Aſianam, ob quam Victor Rom. Pontifex Epiſcopos Aſiæ excommunicare voluit. Ei per Epiſtolas reſponderunt, Polycrates Epiſcopus Epheſinus, & Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis: Et hic quidem ſenſit, ob ceremoniarum, rituumq; diuerſitatem, doctrinæ & fidei concordiam non rumpendam aut diſſoluendam eſſe. Euſeb. 5.

Anno 194. exercitus Britannicus, Pannonicus, Syriacus quiſq; Duces ſuos creat Imp. Auguſtos Peſcenninus in Syria, Albinus in Britannia, Seuerus in Pannonia: qui vltimus priores duos fraude euertit.

Anno 194. Seueri Imperium.

De hoc Imp. Senatus ita iudicauit, illum aut naſci non debuiſſe,

Digitized by Goog

debuisse, aut non mori: quod & nimis crudelis & nimis vtilis Reip. videretur. Spartia. Dio Herodia.

Anno 195. Pescenninus Niger, resisturus Seuero tandem copias suas transfert in Græciam. verum territus prodigiis Byzantium retro cedit. vbi prælio congressus, amissis 20. millibus suorum, cogitat Parthos: sed reprehensus agitur in crucem.

Anno 196. Seuerus Imp. Byzantium obsidet, oppugnat, nec quidquam tamen profecit illo anno aut sequenti. tertio demum anno fame expugnatur. ciues omnes interfecti. vrbs diruta.

Anno 199. Seuerus in Oriente Parthos & Medos in ditionem accipit: Arabasque interiores ita cecidit, vt fierent prouincia Romana.

Anno 201. Speratus cum sociis Carthagini à Saturnino Proconsule ob Christianismum securi percutitur 17. Iulii. Proconsul paulo post oculis priuatur.

Anno 202. Symmachus versionem Bibliorum edit non de verbo ad verbum redditam; sed vt sententia sententiæ responderet.

Anno 203. Quinta persecutio in Christianos commota sub Seuero: in qua Leonides pater Origenis, gloriosa martyrii morte ex hac vita translatus est, ipso filio puero parentem exhortante per literas ad martyrium alacriter subeundum. Eus. Origenes, inquit Hieronymus, cum sex fratribus, & matre vidua pauper relinquitur annos natus circiter 17. Hic Alexandriæ dispersa Ecclesia 18. ætatis suæ anno κατηχήσεων opus aggressus, postea à Demetrio eius vrbis Episcopo in locum Clementis presbyteri confirmatus, per multos annos floruit.

Anno 326. hic desinit Chronologia Euseb. quæ à natali Abrahæ huc vsq; continet (nostra supputatione) an. 2347. estq; à prima Olympiade hic annus 1100. Apud Euseb. anni Christi paulo aliter quam à nobis digesti sunt. Nam qui nobis est 326. Christi, illi est 329. id quo errore factum sit, facile demonstrari ex tabulis Eusebianis potest, vbi anni nunc omissi, nunc transpositi, aut non recte inter se coaptati sunt: numeri etiam, librariorum forte incuria aut inscitia, ita corrupti ac deprauati, vt annos Christi 310. & 311. transilierint: ne de infinitis prope mendis aliis dicamus.

Deinceps D. Hieronymus continuauit Eusebianã Chronologiam, complexus ea appendice annos 52. vsq; ad annum Christi 378. qui tamen ipsi est 381. idq; ob Eusebianum illum errorem.

Anno 327. Helena Romam reuersa crucis dominicæ portionem & titulum, Basilicæ in Palatio Sessoriano à se conditę, intulit. Constantinus ex tribus clauis vno galeam, altero frenum equi ornauit.

Anno 327. Circa hunc annum obiit Helena Augusta, testamento præsente filio ac nepotibus condito, 20. Iulii: ætatis 80. Euseb. lib. 3. de vita Constan.

Anno 328. Eusebius cum Arrio crimen intentant Athanasio apud Constantinum Imp. primum quod tributum instituisset in Ægypto; & deinde pecuniam misisset Philumelo cuidam, qui contra Imp. rebellaret. sed in vtroq; mentitos fuisse ostendit euentus.

Anno 329. Constantinopolis hoc anno ædificiis pleriſque absolutis, dedicatur, die 10. Maii, feria prima. quidam

habent

Digitized by Google

habent feriam ſecundam 11. Maii, vt Zonaras, Cedrenus.

Templum Apoſtolorum ibidem etiam Conſtantinus Imp. conſtruxit & templum Pacis. ciuibus Conſtantinopoli habitare volentibus annonam largitus eſt: diſtribuitque ſingulis annis octuagies centena millia medimnorum frumenti, quæ ſunt vltra centena millia modiorum Lipſenſium. vnde vrbs breui ſpatio in immenſum aucta eſt; ita vt mox pomœria proferrentur.

Anno 330. Iubilæus mundi 86. Moſis 36. prædicationis Chriſti 6.

Anno 330. Conſtantini edictum, de cohibendis magiſtratibus publicatur. Codex.

Anno 331. Euſebius per Meletianos Athanaſium accuſat cædis Arſenii cuiuſdam, cuius manum Meletiani ſe habere affirmabant. Interim Arſenius hic clanculum latitabat. miſit tamen Athanaſius hominem qui ſerio eum inveſtigaret, inuentuſque etiamſi ſubinde ſedem mutaret, Tyriq; deprehenſus coram Epiſcopo eius loci deſtitutus, totam fabulam cædis ſui abſoluit.

Anno 332. Edicto Conſtantini gentilium templa ſubuerſa ſunt. Hieron. Eſt annus 30. à ſubuerſis templis Chriſtianorum ſub Diocletiano.

Anno 332. Vandali à Gothis pulſi, à Conſtantino Imp. impetrant vti ſedes ſuas figere liceat in Pannonia.

Anno 333. Gothi, Sarmatæ & Orientales Alemanni inuadunt Thraciam quos vicit ibidem Conſtantinus. Sed pace cum his compoſita, præcipue cum Viſigothis, dicti ſunt poſtea & conſtituti confœderati imperii Romani.

Anno 334. Euſebiani iterum calumniantur Athanaſium apud Conſtantinum, efficiuntque vt ab Epiſcopis Cæſareæ Paleſtinæ concilium indicatur, vbi iudicaretur de cauſſa Athanaſii: qui tum comparere noluit. ideo id concilium proximo anno peractum Tyri.

Anno 335. Habetur conciliabulum illud Tyri in Phæni-

cia, 60. Episcoporum Præside Dionysio Comite, homine militari. vbi tandem venit Athanasius cum 47. Episcopis, cui ne locum quidem dederunt.

Anno 335. Constantini acta sunt Tricennalia, quo anno Dalmatius est appellatus Cæsar.

Anno 336. Constantius Athanasium Treuiris exulare iussit. Socrat. Theod.

Anno 336. Plurimum variant autorum annotationes de anno interitus Arii: Sed Socrates lib. 1. c. 37. & 39. non obscure indicat, interitum Arii antecessisse Constantini excessum vnius anni spacio. Sic etiam Sozomenus libr. 2. cap. 29. Sed vtvt annum non exacte definiamus, tamen historiam recitabimus. Cum Arius Constantinopoli in Ecclesiæ communionem recipiendus esset, Alexander eius vrbis Episcopus, tota nocte in templo prostratus orauit Deum, vt Ecclesiam præsenti periculo liberaret, & de Ario blasphemiarum pœnas repoſceret. Postridie Arius magna suorum caterua in templum deductus, inter eundum corripitur horribilibus ventris torminibus, laxataq; aluo petit latrinam, in qua sedens vna cum excrementis effudit iecur, intestina, imputamq; animam, sortitus fœdum, suaq; impietate dignum exitum.

Anno 337. Filiorum Constantini Imperium.

Constantinus successores reliquit tres filios, atq; vnum fratris filium Dalmatium: qui tamen non multo post oppressus est factione militari, & Constantio patruele suo potius sinente quam iubente. Constantinus imperauit an. 3. Constantius 25. incoans (24. plenis) Constans 13.

Anno 338. Athanasius ab exilio Treuirensi redit Alexandriam post annos 2. mens. 4. Theod.

Anno 339. Constantius, tanquam reperto patris commentario, quo hoc iubebatur, occidit Constantium patruum suum, Dalmatium Cæsarem, Optatum, & Annibalianum Dalmatii fratrem. neci subduxit Iulianum ætas, & Gallum morbus.

Anno

Anno 339. Per hæc tempora mortuus est Eusebius Pamphili, Cæsareæ Palestinæ Episcopus & Chronographorum Ecclesiasticorum facile princeps: cuius indefesso studio, incredibili diligentia, & vix satis æstimandis laboribus posteritati consecrata est bona historiæ Ecclesiasticæ pars, qua hodie fruimur. Vide Socrat. 2. Sozom. 3.

Anno 339. ex hoc tempore Constantius Imp. in Synodi Nicenæ decretis tuendis parum constans, Orthodoxos Episcopos in exilium pellere & Arianos fouere cœpit.

Anno 340. occiditur Constantinus Iunior, bellum inferens Constanti fratri, iuxta Aquileiam ad Alsan fluuium. mortuo Constantino summa Occidentalis imperii in Cõstante remansit.

Anno 341. Athanasius, post Synodum Antiochenam, iterum Arianorum artibus exactus, Romam ad Iuliũ Rom. Pontif. profugit. Ariani enim aduersus quos de fide disceptare non poterant, eos subornatis accusatoribus, fictisq; criminibus appetebant, inter quos præcipue aggressi sunt Athanasium acerrimum concilii Niceni vindicem. Sulp. Socrat. &c.

Anno 341. irrumpunt in Pannonias Scythæ. occurrit illis ex Italia Constans. Franci etiam in Gallias irrumpunt.

Anno 341. Constans è Pannoniis in Galliam pergens, debellat Francos expellitque. Sed pace tandem constituta, fiunt Fœderati imperii Romani.

Anno 341. Constantius Quinquennalia celebrat Antiochiæ, & Encænia in dedicatione templi Aurei à Constantino inchoati.

Anno 342. Moritur ille vere impius Eusebius dictus Nicomediensis, Episcopus Constantinopolitanus, Arrianorum patronus.

Anno 343. Oriens caruit consule.

Anno 343. Paulus heremita primus moritur, humatur-

que à D. Antonio. Orta etiam persecutio in Christianos apud Persas, quos cæde & tributo grauant.

Anno 344. Sapores in Persia renouat persecutionem, omnesq; Christianos exscindi iubet.

Anno 345. Constantius in finibus Persiæ cum Sapore parum feliciter bellat: nouem prælijs cum hoste congressus, pleriſq; victus est.

Anno 346. Constans legem fert, de claudendis Ethnicorum templis, sacrificiis prohibitis, sub pœna capitis & confiscatione bonorum.

Anno 346. Athanasius post annum 4. quo Romæ delituerat, proficiscitur Mediolanum, accersitus à Constante Imp. vbi agitur de concilio cogendo.

Anno 347. Synodus Sardicensis, par Nicenæ, celebratur, & decreta Nicena confirmantur: Athanasius & alii Episcopi extorres, sedibus suis restituũtur: Ariani damnantur. Socr. 2. Tripartit. &c. Hanc Synodum præcipue rexit & gubernauit Osius Episcopus Cordubensis.

Anno 248. Sapores post Nisibin ter frustra obsessam, potitur tandem victoria contra Romanos apud Singaram, quam etiam cum aliquot vrbibus recepit.

Anno 349. cum Constantius premeretur bello Persico, timeretq; à Constante fratre nouum bellum, qui ternis literis minaciter scripserat pro Athanasio, restituitur tandẽ Athanasius. rediit è Gallia primum Romã, inde Antiochiã.

Anno 350. Constans Imp. restitutor Africanæ Ecclesiæ, occiditur ab Administro suo Magnentio in castro Helenæ ad montes Pyrenæos; vbi parricida ille purpuram sumit, Decentiumq; fratrem creat Cæsarem.

Anno 350. Constantis morte imperiũ Rom. ad vnum Constantium deuolutum est, & Arianis aperta ianua virus suum late spargendi, & Orthodoxos adflictandi. Nam cum adulationibus Constantium, nimis credulum, sibi deuinxissent, perfecerunt, vt Athanasius exulans passim ad necem quæreretur. Ita postquam Christianis principi. diuino beneficio ad summum imperium acciti & euectis

Anno 356. S. Martinus Sabariensis per hæc tempora militiam sub Iuliano deseruit, dictitans, se militaturum Deo. Dehinc Hilario Episcopo familiariter vti cœpit. Vitam eius descripsit Sulpitius.

Anno 356. Constantius Imp. Romam triumphans ingreditur, & vrbis maiestatem ac nobilitatem admiratur. Derisus tamen, cum triumphales arcus aureo suo curru transgressus, more anseris ceruicem inclinaret, cum alioqui statura esset pusilla. Hormisda Regi astans, interrogatus: Ecquid de Roma sentiret: id sibi tantum placuisse aiebat, quod didicisset, ibi quoq; homines mori. Ammia. Hic Constantius nunquam expuisse scribitur. Idem.

Anno 359. Synodus Ariminensis & Seleuciensis congregantur. Legatis Concilii Ariminensis tradidit Constantius Fidei Formulam verbis fallentibus inuolutam, quæ Catholicam doctrinam, perfidia latente loqueretur. Nam οὐσίας vocabulum tanquam ambiguum, & temere à Patribus vsurpatum, neque ex autoritate scripturæ profectum, abolebat, ne vnius cum Patre substantiæ Filius crederetur. Eadem formula obtrusa est sacerdotibus Occidentalibus Arimini collectis, & Orientalibus apud Seleuciam. His tam frequentibus Synodis & Antisynodis nihil actum, nisi vt paucis in fide vera manentibus, alii metu fracti, alii exemplis tracti, cum autoritatem ex numero seu multitudine sumpsissent, Formulæ Arianæ subscriberent. Addit Sulpitius, quosdam cum conditione subscripsisse, affirmantibus Arianis, si quid minus plene præsenti confessione editum videretur, nostri adderent quæ addenda putarent: præbituros se, in his quæ essent adiecta, consensum. Fauorabilis professio pronis omnium animis excepta, nec vltra nostri repugnare ausi, iam quoquo modo finem perturbatis rebus imponere cupientes. Ita neutra pars vicisse se penitus, aut victam putare poterat: quia fides ipsa pro Arianis, adiectæ vero professiones pro nostris erant, &c. Sulpit.

Anno 360. Hilarius vbi animaduertit, Occidentalibus deceptis,

Digitized by Google

ſtianis perſequendis ſtudium & vafriciem, præter Eccleſiaſticos hiſtoricos, latiſſime deſcribunt Nazianzenus, Cyrillus & reliqui patres. Hic ſuæ perſecutioni miſcuit perſuaſionem, teſte Nazianzeno, ideoque fuit ſuperioribus nocentior & pernicioſior. & vt idolorum cultus ſuſciperetur, honoribus magis homines prouocare, quam tormentis cogere ſtuduit, non tam Chriſtianorum corpora occidens, quam vaferrimis technis ex eorum cordibus Chriſtum euellere tentans. Nazianzenus ait, Iulianum dictum fuiſſe Idolianum, quod idolorum templa à Conſtantino Magno clauſa aperuiſſet, eaque Ethnicis reſtituiſſet. Deditus fuit artibus magicis, ac ethnicis diuinationibus ex victimarum extis, &c. Eccleſias ſpoliauit reditibus, allegans dictum : Beati pauperes, &c.

Anno 362. Iulianus legem tulit, ne Chriſtiani Grammaticam, aliaſque artes liberales vel docerent vel diſcerent. Nam noſtris ipſorum, inquit, pennis percellimur, vt eſt in prouerbio: ſiquidem noſtrorum ſcriptorum præſidiis muniti, bellum contra nos ſuſcipiunt. Chriſtianos etiam aula ſua, militiaque expulit, inter quos fuerunt Iouinianus, Valentinianus, & Valens, qui poſt ipſum imperarunt. Theodoret.

Anno 363. Iulianus odio Chriſtianorum permiſit Iudæis templi Salomonis reædificationem, quam cum illi magno animorum ardore aggrederentur, horrendi flammarum globi è fundamentis erumpentes, exuſtis aliquoties operantibus, locum illum fecere inacceſſum. Acciderunt & alia prodigia, quibus Iudæi ab opere cœpto ſunt repulſi atque deterriti. Ammia. 23. Socr. 3. Theod. &c.

Anno 363. Eſtque hic annus à condito templo Salomonis 1400. eiuſdem deſolatione 968. à deletis Hieroſolymis ſub Tito 292. à morte Chriſti 330.

Anno 365. Iulianus ingenti apparatu bellum Perſis intulit, cui expeditioni interfuerunt duo hiſtorici ſcriptores, Eutro-

Digitized by Google

Eutropius & Ammianus Marcellinus, quod ipſi ſcribunt. Cumque Iulianus aliquanto incautius prælio ſe inſeruiſſet, quidam eques haſta brachium eius transfixit, & coſtas perfodit, vt haſta in imis iecinoris fibris hæreret : quam dum auellere dextra manu conaretur, acuto vtrinq; ferro digitorum neruos ſenſit exciſos. In caſtra itaque delatus 6. Cal. Iulii, ann. ætat. 32. imperii 1. menſ. 8. interiit, & Eccleſiam vexatam atque gementem maximo metu liberauit. Moriturus fertur manum ſanguine impleuiſſe, illumque in aerem proieciſſe, & Chriſtum, debellatorem ſuum, rabioſe allatraſſe hoc ſcommate : Viciſti Galilæe. Ita ſimul & victoriam confeſſus eſt, & blaſphemiam euomuit. Theodoret. lib. 3. Idem ſcribit, Athanaſium prædixiſſe Iuliano breuis temporis imperium. Nam cum multi rabiem eius Eccleſiis metuendam dicerent, reſpondit : Eſt nubecula cito tranſitura. Libanius vero Sophiſta, & Iuliani in religione Ethnica præceptor, Ludimagiſtrum quendam Chriſtianum interrogans per ludibrium : Ecquid faceret fabri filius? hoc reſponſum tulit : Parat Iuliano loculum. Nec multi dies præteriere, cum fama de Iuliani morte aduolauit, eiuſq; cadauer loculo reconditum ad ſepulturam allatum eſt.

Hieronymus in Abacuc cap. 3. Dum adhuc eſſem puer, inquit, & in Grammaticæ ludo exercerer, omneſque vrbes victimarum ſanguine polluerentur, ac ſubito in ipſo perſecutionis ardore, Iuliani nunciaretur interitus, eleganter vnus de Ethnicis : Quomodo, inquit, Chriſtiani dicunt, Deum ſuum eſſe patientem & ἀνεξίκακον? Nihil iracundius, nihil hoc furore præſentius: Ne modico quidem ſpacio indignationem ſuam differre potuit. Hoc ille ludens dixerit: Cæterum Eccleſia Chriſti cum exultatione cantauit : Diuiſiſti in ſtupore capita potentium.

Eleganter quoque Nazianzenus: Iulianum à Perſis vulneratum dicunt, cum inconſiderate excurſiones faceret, & nunc huc, nunc illuc pertertitus rueret. Vulnus itaque accepit tempeſtiuum, totique Mundo ſalutare, & cum ſtoli-

dus ille omnia se ex visceribus cognoscere putaret, vnum hoc vulnus propriis visceribus infligendum ignorauit.

Hieronymus in Epitaph. Nepotiani: Iulianus proditor animæ suæ, & Christiani exercitus iugulator, Christum sensit in Media, quem primum in Gallia denegarat: dumque Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos.

Hieronymus, Theodoretus & alii asserunt, Iulianum in Persas euntem, Galilæorum (ita Christianos adpellabat) sanguinem diis suis vouisse, si victor rediret. Oraculorum enim mendacibus responsis deceptus, somniabat victoriam, postquam Galilæos adoriri cogitabat. Verum, vt Orosius loquitur, Deus impia consilia impii morte dissoluit.

An. 363. Socrates & Theodoretus meminerunt Theodori Martyris, quem Iulianus comprehendi, & loris lacerari, lateraque testis acutis perfodi iusserat: quos cruciatus cum ille egregia fortitudine pertulisset ac superasset, dimissum esse Iuliani mandato. Rufinus vero historicus memorat, se cum hoc Theodoro, longo tempore post collocutum esse & rogasse: An non cum verberibus, tormentisque adflictaretur, maximum sensisset dolorem? illum respondisse: Se initio aliquantum doloris sensisse: at postea ei astitisse adolescentulum, qui linteo molli & frigido faciem sudore manantem continenter tergeret, & bono animo esse iuberet. Et cum carnifices ab eo cruciando cessarent, se non voluptatem sed afflictionem ideo sensisse, quod is qui eius leuasset cruciatum, vna discesserat.

Hic Iulianus est vltimus Imperatorum Ethnicorum. Cæteri post ipsum Imperatores fuerunt Christiani.

Anno 363. Iouiniani Imperium.

Hic cum die 27. Iulii à militibus ad Imperium capessendum raperetur, exclamauit: se Christianum esse, nec velle imperare exercitui idola colenti, & Christum repudianti.

Digitized by Google

pudianti. Ibi illi magno clamore affirmarunt: Se quoque Christianos esse, & Christi nomen venerari. Socr. Soz. Theod.

Hic Imperator vere Catholicus & Orthodoxus Athanasium & alios Episcopos, antea proscriptos & relegatos, in sedes suas reduxit.

Anno 364. Hic desinit Eutropii Chronicon, quod continet (vt nos supputamus) res annorum à Roma condita 1115. secundum Varronem 1116. secundum Eutropium 1119. Finitur etiam hoc loco Chronicon Sexti Ruffi viri Consularis inscriptum Valentiniano Imp.

An. 364. Valentiniani Imperium. Ammia. Victor. &c. Noluit insignia imperii suscipere 24. Febr. quod tum annus bissextilis esset, & imperatoris electio in diem intercalarem ac infaustum incideret. Die itaque 25. Febr. adiit imperium. Vnde prudenter colligit Onuphrius, item Marcellinus, hunc esse 408. (compl. Witich) à quarto Consulatu Iulii Cæs. ex quo bissexti anni intercalatio computanda est. Euidentissimum sane testimonium, de annorum, indictionum & Consulum huc vsq; perducta, rectequè digesta descriptione.

Valens à fratre Valentiniano Imp. in imperii consortium adsumitur, Cal. April.

Valentinianus Occidenti præfuit: Valens Orienti. Ille Orthodoxorum fautor ac protector fuit: Hic vero Arianorum. Ideo de Valente sic loquitur Nazianzenus: Insurrexit repente nebula grandine plena, & pernicies calamitosa, quæ omnem Ecclesiam contriuit & discerpsit. Christi cultor, pariter & Christi osor: qui post persecutionem persecutor fuit, & post Apostatam non quidem apostata, sed nil melius Christianis. Christi nomen præ se ferens, Christum mentiebatur.

Theodoretus lib. 3. de Valentiniano in hunc modum: Cum Iulianus in fanum Fortunæ, inquit, choreas ducens ingrederetur, & æditui vtrinque ad ianuas consisterent, vt introeuntes aqua lustrali expiarent: Valentinianus

tribunus imperatorem præcedens, vbi videt aquæ guttam ſuæ lænæ aſperſam pugno cædit æditiuum, ſeque inde non expiatum, ſed turpi labe pollutum ait. Quod factum Iulianus conſpicatus, Valentinianum ad Caſtellum in ſolitudine ſitum relegauit, ibique vitam degere iuſſit. At Valentinianus anno & paucis menſ. interiectis, imperium tanquam mercedem ſuæ pietatis & confeſſionis obtinuit, & vt Oroſii verbis vtamur, qui pro Chriſti nomine amiſerat tribunatum, retribuente Chriſto loco perſecutoris ſui accepit imperium.

Anno 364. dum Marcomanni & Quadi queruntur apud Imp. quod præſidia Romana vltra Danubium in ſuo ſolo excitarentur, Gabinius eorum Rex, tantum non inter hoſpitalis menſæ ſacra, à Marcellino Valeriæ Duce, per ſummæ perfidiæ ſcelus obtruncatur. vt autem euaſit, fluuio traiecto ipſi omnia ferro atque igni populantes incredibili celeritate tentant Sirmium, occupant Opitergium, Aquileiam obſident; ægreque aſperitate Iuliarum alpium Italiæ aditu prohibentur. Ammian.

Anno 365. Hoc tempore in Eccleſia Dei fulſerunt clariſſima lumina, præter Athanaſium & Hilarium, Baſilius Magnus Cæſareæ Cappadociæ patriæ ſuæ Epiſcopus: cuius vitam deſcripſit Nazianzenus: Gregorius Nyſſenus, Baſilii Magni frater: Gregorius Nazianzenus, D. Hieronymi in ſacris literis præceptor: Epiphanius Cypri Salaminæ Epiſcopus: Didymus Alexandrinus: & Apollinaris Syrus, qui cum Iulianus Apoſtata Chriſtianis liberalium artium ſcholas clauderet, veterem Ebræorum hiſtoriam vſque ad regnum Saulis carmine heroico conſcripſit: & argumentis è ſacris literis depromptis, ſacra poemata, Comœdias & Tragœdias ad Poetarum imitationem componens, res maxime ſalutares animis teneræ iuuentutis inſtillauit, miſcens vtile dulci, vt ille ait. Fieri poteſt, vt quorundam Martyrum hiſtorias ſpecioſis Emblematis ac figuris (quod & Aurelius Prudentius fecit) exornarit, iiſque geſtum

geſtum quodammodo addiderit, vt ad diſcentium captum atq; vſum eſſent accommodatiores. Vide Socr. 3. Soz. 5.

Anno 366. Damaſus, vir doctus & D. Hieronymi amantiſſimus Romanum Pontificatum adiit; quem vt obtineret, cruentis gladiis cum Vrſicino, homine ſeditioſo, decertare coactus eſt. Ammia. 27.

Anno 367. Gratianus Valentiniani filius, creatur Auguſtus die 20. Auguſti.

Anno 367. Valentinianus expeditionem ducit feliciter contra Alemannos: miſſo Theodoſio peditum Magiſtro contra Scotos & Pictos, qui occiſis Romanis Ducib. Britanniam penè occuparant.

Anno 368. Obiit Cæſarius frater Gregorii Nazianzeni.

Anno 369. Circa hunc annum S. Ambroſius factus eſt Epiſcopus Mediolanenſis, qui cum Liguriam eo tempore gubernaret, & ad ſedandum tumultum, ob Epiſcopi electionem ortum, ad templum accurriſſet, de concordia ita diſſeruit, vt communibus omnium ſuffragiis nemo alius quàm ipſe Ambroſius, Catechumenus adhuc, nec dum baptizatus, multum ſanè reluctans, ad Epiſcopi functionem vocaretur. Quam electionem Valentinianus Imp. adprobans, lætari ſe dixit, tantam eſſe in præſide corporumq; cuſtode pietatem, vt Deus cenſuerit animas ei commendandas eſſe. Hoc itaq; modo Ambroſius à faſcibus ad pedum Epiſcopale peruenit. Probus præfectus prætorio cum Ambroſium in Liguriam mitteret, dixit: *Vade ac age, non vt iudex, ſed vt Epiſcopus.* Quo Apophthegmate non ſolum Ambroſium monuit, quanta religione Magiſtratus ei gerendus eſſet, verùm etiam de futuro eius Epiſcopatu vatidicam vocem edidit. Alii referunt hunc euentum ad annos alios: 372. 374. &c.

Anno 370. Valens cum nefario quorundam vaticinio cognouiſſet, cum ſibi ſucceſſurum, cuius nomen ab his literis inciperet, Θ Ε Ο Δ. omnes Theodoſios, Theodoros,

Theodotosq;, quos ad imperium idoneos duxit, è medio tolli curauit. Victor. & alii.

Anno 370. Prima irruptio Saxonum in Romanos limites. Ammian. 28.

Anno 371. Hoc fermè tempore B. Martinus Episcopatum Turonensem susceperit, cui præfuit an. 26. Sulpit.

Anno 372. D. Hieronymus in heremo degens discit literas Hebraicas, 30. annorum: vbi etiam scribit in Abdiam Prophetam.

Anno 372. Athanasius ille post innumeros pro tuenda orthodoxa fide susceptos labores moritur 2. Maii. Succedit Petrus: sed Ariani præsidum fauore freti, vt & Valentis, tumultuantur & Lucium substituunt, crudeliter in nostros grassantem. Monachi vbiq, eiiciuntur: quorum 500. pascit Melania nobilis mulier.

Anno 373. Theodosius senior, qui Firmum, in Mauritania imperium arripientem, egregiè vicerat, & ad laqueum adegerat, trucidatur à Valentiniano propter nominis primas literas. Vix elabitur filius eius Theodosius.

Anno 374. Epiphanius scribit Ancoratum, hoc est, hæresium confutationem anno Diocletiani nonagesimo.

Anno 375. Ex hoc tempore Ariani Orthodoxos crudeliter persecuti sunt, Valentis tyrannide adiuti & armati.

Anno 375. Valentinianus Imp. in Sarmatas expeditionem molitur; dumq; horum legatos pacem petentes acriore oratione perstringit, adeò incandescit, vt laxatis fibris sanguinem copiose vomeret, & interiret subitò 16. Nouemb. Succedunt Gratianus & Valentinianus filii.

Anno 375. Valentinianus iunior appellatur Augustus.

An. 376. Sub Valente & Gratiano recepta cis Danubiũ innumerabilis Gothorũ multitudo. Patriis ea gens pulsa sedibus ab Hunnis agrum per legatos petebat, obtinuitq;. Speciosum n. ignauis visum est, eis vti militib. contra hostes quoscunq;, ac parcere sanguini ciuium. at Barbari illi, paulò post, obuerterunt cornua Romanis quos defensum venerant, de quo egregiè Marcellinus lib. 31.

Anno

Anno 377. Valens propter cladem à Gothis acceptam, q̃ simulatq; locum à Romanis obtinuerant, Thraciam & vicinas vrbes, omnium rerum egeni vastarant, ac Lupicinum ducem cum exercitu cõtra se missum cum legionib. internecione trucidarant, seq; & alios occisorum armis munierant; Valens inquam Antiochia Constantinopolim redit, permissis Episcopis, vt ad Ecclesias suas redirent.

Anno 377. Gratianus Ricomerem cum copiis mittit in Thraciam suppetias laturum Valenti, qui iunctis copiis ingenti prælio hostes afflixit, sed non incruento. Sub autumni tempore, nouis motibus exortis in Gallia reuocatur Ricimer. At interea Gothi nouis copiis aucti, non Thraciam tantum, sed & vicinas regiones affligunt.

Anno 378. Ammianus Marcellinus historiam suam in morte Valentis terminat.

Anno 378. Desinit Appendix D. Hieronymi, qua Eusebii Chronicon continuauit.

Anno 378. Lachrymabile bellum in Thracia gestum, in quo Romanæ legiones à Gothis vsque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse Valens Imp cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem sæpè equo delaberetur, ad cuiusdam villulæ casam deportatus est, vbi ab insequentibus barbaris deprehensus, incensa domo, igne consumptus est 9. Augusti, cum annis 15. non plenis imperasset. Hieron. Oros. Ammia.

Distat hæc Romanorum clades à pugna Carthensi 591. à clade Claudina 697.

Orosius refert, Gothos petiisse, vt mitterentur ipsis Episcopi, à quibus Christianæ religionis doctrinam discerent: & Valentem eis misisse Doctores Arianos: atq; ita Gothos primæ suæ fidei rudimenta ab Arianis accepta in posterum retinuisse. Justo itaq; Dei iudicio Valens à Gothis cremátus est, quorum ille animis pestiferum erroris virus infuderat.

An. 378. Extincto Valente imperium in duos Augustos

recidit: Gratianum & Valentinianum iuniorem. Gratianus ab Arianorum dogmate alieniſſimus fuit. Ideo Epiſcopos Orthodoxos, à Valente relegatos, exilio exemit.

Anno 379. Theodoſii Magni Imperium.

Theodoſius Magnus declaratur Auguſtus, & Orienti præficitur 16. Januar. ætatis 33. Socr. 5. Fuit Imperator optimus: bello & pace præſtantiſſimus: Eccleſiæ inſtaurandæ & Reipub. reparandæ natus: Orthodoxæ doctrinæ amantiſſimus: atq; ſummis quibuſq; principibus comparandus. Diſtat eius imperium à morte Alexandri Magni 700. ab imperio Auguſti Cæſaris 420. à regno Nebucadnezaris Magni 2002. à natali Abrahæ 2400. à Tribunicia poteſtate Auguſti 400. à Roma condita 1130.

Anno 379. Hoc anno Coſ fuit Auſonius Poëta, Gratiani præceptor, cuius poëmata extant. Hunc gratitudinis ergo Gratianus ad iſtum dignitatis gradum euexit.

Anno 379. Ab hoc anno incipiunt hi Chronographi: Proſper, Marcellinus Comes & Sigebertus Gemblacenſis. Proſper complexus eſt annos 67. deſinit anno Chriſti 44. Marcellinus Comes annos 188. vſq; ad annum N. C. 566. vt nunc habet Chronicon eius ab Onuphrio editum. Sigebertus pertenit ad annum Chriſti 1112. Proſper autem & Sigebertus Euſebianum errorem in Chriſti annis ſequentes, eum faciunt N. C. 381. qui nobis eſt 379.

Anno 380. Jubilæus mundi 87. Moſis 37. predicationis Chriſti 7.

Anno 380. Eodem anno Ariani cum 40. annis Oratoria obtinuiſſent, vrbe Conſtantinopoli ſunt egreſſi die 26. Nouembr. Viciſſim verò Homouſiani ingreſſi, Eccleſias receperunt. Socr. Marcellin. Soz. 7.

Anno 380. Theodoſius cum Theſſalonicæ morbo grauiſſimo conflictus eſſet, baptiſmo initiatus eſt ab Acholio Epiſcopo Theſſalonicenſi orthodoxo. Eodem tempore edidit pium & ſalutare edictum: Qui nam ſint cenſendi Catholici, & qui hæretici. Edictum hoc in Codice recita-

tur,

Digitized by Google

tur, & sic incipit: Cunctos populos, quos Clementię nostræ regit imperium &c. Data 3. Calend. Mart. Thessalon. Gratiano V. Theod. Aug. Coss.

Anno 381. Synodus Constantinopolitana, Oecumenica Secunda, à Theodosio indicta, celebratur à 150. Episcopis, contra Macedonianos πνευματομάχους, id est, negantes Spiritum sanctum esse Deum.

Anno 381. Athanaricus Gothorum Rex, cum quo Theodosius fœdus pepigerat, mense Januario Constantinopolim venit, eodemq; mense morbo periit.

Anno 382. Gothi Rege suo defuncto, aspicientes & admirantes virtutem, benignitatemq; Theodosii, Romano sese imperio dediderunt. Marcel. Oros.

Anno 382. Concilium Romæ à Damaso habitum, cui interfuerunt, Paulinus Antiochiæ Episcopus, Epiphanius Salaminæ Episcopus, & D. Hieronymus. Sigon.

Anno 385. S. Ambrosius Episcopus, dum templum Mediolanense Arianis tradere recusat, periculis obiicitur, Justina Valentiniani iunioris matre, & Ariana labe infecta, exitium ei moliente. Qua de re lege Ambros. lib. 5. Epist. 33. & 34.

Anno 383. Maximus militum seditione in Britannia, inuitus propemodum, Imperator creatur. Oros.

Anno 385. Symmachus Romanæ vrbis præfectus, à Valentiniano petit Ethnica sacra restitui. Hunc Symmachum refutauit D. Ambrosius, & Poëta Prudentius duobus libris carminum, quos Studiosi legant.

Anno 383. Arcadius à patre Theodosio creatur Augustus, & in imperii consortium adsciscitur 16. Januar. Constantinopoli. Socr.

Anno 384. D. Augustinus Mediolanum proficiscitur, vt doceat Rhetoricam. ibi relictis Manichæis transit ad Platonicos & Academicos.

Anno 385. D. Augustinus, nihil solidum reperto apud Academicos, Theologos consulit, D. Paulum legit, & in feriis vindemialib. in rus concedit, ibiq; scribit Soliloquia.

Anno 385. Maximus Imp. Treuiros victor ingreditur.

D. Romanus Presbyter D. Martini & Ausonii coæuus obiit iuxta Sigebertum 385. sepultus à D. Martino Blauiæ in Basilica sui nominis.

Anno 386. B. Martinus Treuiris excipitur conuiuio regio à Maximo Imp. præsente Consule Euodio.

Anno 386. Priscillianus supplicio adficitur. Sulp.

Anno 387. Maximus scribit ad Valentinianum ne persequatur Orthodoxos. Interim cum exercitu minitatur descendere in Italiam. Valentinus petit à D. Ambrosio, vt fiat pacis sequester: qua legatione parum proficit. quippe Maximus in Italiã venit. Imperator cum matre fugit Thessalonicam: quo etiam venit Theodosius, ducitq; Gallam Valentianini sororem.

Anno 388. Vrbica, Priscilliani heretici discipula, à populo Burdegalæ lapidibus obruitur.

Anno 388. Circa hunc annum S. Augustinus Mediolani baptizatus est ab Ambrosio Episcopo die Paschatis. Eodem anno obiit Monica mater eius ætatis 56. Augustin. scribit (lib. 3. c. 25. contra literas Petiliani) se post Maximi Tyranni mortem Africam repetiuisse. Alii Baptismum eius in 386. alii in 389. conferunt Sigonius in 384. Nos indefinitè posuimus. Sermo Ambrosii eo die habitus, est inter eius sermones vltimus.

Anno 388. Maximus Tyrannus à Theodosio victus 27. Augusti, & prope Aquileiam à militibus capite truncatus. Socrat. Marcell.

De hoc bello ita Orosius: Theodosius iustis necessariisque de causis ad bellum ciuile permotus, cum è duobus Augustis fratribus & vltionem Gratiani interfecti sanguis exigeret, & restitutionem Valentiniani miseria oraret, posuit in Deo spem suam, secq; aduersus Maximum Tyrannum sola fide maior (nam longè minor erat vniuersa apparatus bellici comparatione) proripuit. Andragathius Maximi Comes summam belli administrabat: qui cum omnes alpium ac fluminum aditus communisset, ineffabili iu-

liiudicio Dei, nauali expeditione, dum incautum hoſtem præuenire & obruere parat, ſponte eadem clauſtra, quæ obſtruxerat, deſeruit. Ita Theodoſius nemine ſentiente, vt non dicam, repugnante, vacuatas tranſmiſit alpes, atq; Aquileiam improuiſus aduenies, hoſtem illũ magnum, Maximum trucem, & ab immaniſſimis quoq; Germanorum gentibus tributa ac ſtipendia ſolo terrore nominis exigentem, ſine dolo & controuerſia clauſit, cepit & occidit. Andragathius Comes, cognita Maximi nece, præcipitem ſeſe è naui in vndas dedit ac ſuffocatus eſt. Formidoloſiſſimum itaq; bellum ſine ſanguine vſq; ad victoriam, duorum morte confectum eſt.

An. 389. Theodoſius, adiũcto ſibi filio Honorio & Valentiniano iuniore, Romę de Maximo victo triumphat.

Anno 390. Ambroſius Epiſcopus, Theodoſium Imp. die Paſchatis templo Mediolanenſi excluſit: nec prius ad ſacram ſynaxin eum admiſit, quam veræ ac ſeriæ pœnitentiæ publica ſigna oſtenderet. Nam cum Theſſalonicæ per ſeditionem quidam interfecti eſſent, Imperator nimium excandeſcens, iuſſerat promiſcuam turbam, inſontes pariter cum ſontibus trucidari: itaque ad ſeptem millia hominum perierant. Totam hiſtoriam fuſe deſcribit Theodoretus lib. 5. & Tripart. 9. Auguſtin. Ciuit. lib. 5. cap. 26.

Ambroſius Theodoſium ad pœnitentiam cohortatus eſt per Epiſtolam, quæ extat lib. 5. Epiſt. 28.

Verba Ambroſii, quibus Theodoſium ab ingreſſu templi reiecit, nonnulla ex Theodoreto recitabimus: Quibus oculis, inquit, intuebere templum illius, qui eſt omnium Dominus? quibus pedibus ſanctum illud ſolum calcabis? Qui, quæſo, manus iniuſta cæde & ſanguine reſperſas extendere audes, & eiſdem ſacroſanctum corpus Domini accipere? Aut quomodo venerandum eius ſanguinem ori admouebis, qui furore ire iubente, tantum ſanguinis tam iniquè effudiſti? Recede igitur, & ne co-

Theorem. *The area of a triangle is equal to one half the product of its base and altitude.*

Let ABC be any triangle, b its base, and h its altitude. Then the area of ABC is equal to $\frac{1}{2}bh$.

Proof. Let $ABCD$ be a rectangle having the same base and altitude as the triangle ABC. Then the area of $ABCD$ is equal to bh. Now the triangle ABC is one half of the rectangle $ABCD$, since the diagonal AC divides the rectangle into two equal triangles. Therefore the area of the triangle ABC is equal to $\frac{1}{2}bh$.

Corollary. *The area of a triangle is equal to one half the product of any two sides and the sine of the included angle.*

Let ABC be any triangle, and let a and b be any two sides, and C the included angle. Then the area of ABC is equal to $\frac{1}{2}ab \sin C$.

Proof. Let h be the altitude of the triangle ABC corresponding to the base b. Then $h = a \sin C$. Therefore the area of ABC is equal to $\frac{1}{2}bh = \frac{1}{2}ab \sin C$.

Theorem. *The area of a trapezoid is equal to one half the product of its altitude and the sum of its bases.*

Let $ABCD$ be any trapezoid, h its altitude, and b and b' its bases. Then the area of $ABCD$ is equal to $\frac{1}{2}h(b + b')$.

Proof. Let E be the midpoint of the side AD, and let F be the midpoint of the side BC. Then the line EF is parallel to the bases AB and CD, and its length is equal to $\frac{1}{2}(b + b')$. Now the area of the trapezoid $ABCD$ is equal to the area of the rectangle having the same altitude h and the same base EF. Therefore the area of $ABCD$ is equal to $\frac{1}{2}h(b + b')$.

Anno 393. Honorius à patre Theodosio appellatur Augustus 10. Januarii.

Anno 393. Theodosius Joannem Monachum apud Thebaidem ob futurorum scientiam celebrem, & cuius prædictioni de Maximo opprimendo euentus respondérat, de euentu belli aduersus Eugenium consulit: cui ille victoriam pollicetur, vt scriptum reliquerunt pleriq; scriptores Ecclesiastici.

Anno 394. Venti pro Theodosio pugnant.

Eugenius atq; Arbogastes, inquit Orosius, collectis Gallorum Francorumq; virib. & Idolis à se cultis nixi, instructas acies campis expedierant, & arcta Alpium latera atq; transitus præmissis callidè insidiis occupârant, vt etiamsi numero ac viribus impares forent, sola tamen belli dispositione vincerent. At verò Theodosius in summis Alpibus constitutus, expers cibi ac somni, Christum solus solum qui omnia posset, corpore humi fusus, mente cœlo fixus orabat. Dehinc postquam insomnem noctem precum continuatione transegit, & testes propemodum lacunas lachrymatum reliquit, arma corripuit, ac signo crucis signum prælio dedit, seq; in bellum, etiamsi nemo sequeretur, victor futurus immisit. Vbi verò ad contigua immiscendæ pugnæ spatia peruentum est, continuò magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hostium irruit. Ferebantur per aërem spicula missa nostrorum, atque vltra mensuram humani iactus, in aëre portata nusquam propemodum cadere sinebantur, priusquam impingerent, & hostium ora pectoraq; verberarent: tela etiam quæ ipsi hostes extorserant, ventis excepta, ac retrorsum coacta, ipsos infeliciter configebant. Eugenius captus atq; interfectus est: Arbogastes sua se manu peremit.

De hoc bello Augustinus lib. 5. Ciuit. cap. 26. Theodosius contra robustissimum Eugenii exercitum, inquit, magis orando quàm feriendo pugnauit: Vt nobis retulerunt milites qui adfuerunt, extorta sibi esse de manibus

quæcunque iaculabantur, cum à Theodosii partibus in aduersarios vehemens ventus iret, & non solum quæcunque in eos iaciebantur concitatissimè raperet, verùm etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. Vnde & poeta Claudianus, quamuis à Christi nomine alienus, in eius tamen laudibus dixit:

O nimium dilecte Deo, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Anno 395. die 11. Nouembr. obiit D. Martinus ex Imperatorum Pannoniæ illustri stemmate prognatus, Episcopus Turonensis. Massæus.

Anno 395. Desinunt Chronica Ruffini & Sexti Aurelii Victoris, quorum ille res ecclesiasticas descripsit, vt Socrates & alii: Hic verò literis mandauit vitas Imperatorum, facto initio ab anno primo Monarchiæ Augusti, victo ad Actium Antonio, quæ narrationes continent 424. annorum historiam.

Anno 396. Marcomanni conuertuntur, opera D. Ambrosii. Paulinus. Alias præterea gentes hoc tempore Orthodoxas factas, relicto paganismo innuit & D. Hieronymus epistola 3. & 7.

Anno 397. die 4. Aprilis obiit Mediolanensis Episcopus D. Ambrosius.

Anno 397. Fritigil Marcomanorum Regina Mediolanum adit visura D. Ambrosium, qui anno priore per epistolam fidei Christianæ capita ei instillarat, sed priusquam eo peruenit, iam obierat.

Anno 398. Hoc anno Honorius nuptias celebrauit cum Maria Stiliconis filia, de quo vide duo Epithalamia à Claudiano scripta.

Anno 398. Joannes Chrysostomus patria Antiochenus, ordinatur Episcopus Ecclesiæ Constantinopolitanæ 26. Febr. Socr. 6. Niceph. 13.

Anno 398. Gildo à Mazescele prælio victus interiit. Hoc est illud bellū Gildonicum à Claudiano descriptum. Est & quartus Honorii Consulatus, de quo idem.

Anno

Digitized by Google

Anno 399. Hoc anno Cos. fuit Eutropius Eunuchus, in quem Claudian. duos libros scripsit. Huc pertinet eiusdem panegyris in Manlii Theodori Consulatum.

Anno 399. In vrbe Carthagine Gaudentius & Iouius, comites Honorii Imp. 14. Calend. April. falsorum Deorum templa euerterunt, & simulachra fregerunt. Augustin. Ciuit. 18. cap. vlt.

Anno 400. Hoc anno Cos. fuit Stilico, in cuius laudem Claudianus scripsit 3. panegyres, quas Studiosi legant propter horum temporum historiam.

Anno 400. Hucusque Chronicon suum perduxit Sulpitius Seuerus Episcopus Biturigensis, qui quant⁹ vir fuerit, scripta loquuntur. Familiarem habuit Paulinum Episcopum Nolanum, de cuius vita vide Victoris Giselini viri doctissimi atq; diligentissimi librum.

De Sulpitio refert Gennadius, eum à Pelagianis deceptum, & culpam agnoscentem silentium vsque ad mortem tenuisse.

Anno 401. Alarichus per Tridentinum saltum 14. Calend. Septembr. descendens, obuia quæq; Alpina oppida primo impetu cœpit. Sigon.

Anno 401. Gothorum irruptio in Italiam.

Ex hoc tempore Gothi de inuadenda Italia, vrbeq; Roma occupanda aut diripienda consilia agitare cœperunt, duce eorum Alaricho ad eam rem eos vehementer cohortante. Nuncitaq; demum Italia, quæ multis sæculis formidini ac terrori exteris gentibus fuerat, extera arma metuere cœpit, & ea paulò post domi suæ vidit ac horruit. Hinc ad Caroli Magni coronationem in vrbe Roma, anni 400. Tot annis Italia, vt loquitur Sigonius, calamitatum, aut præsentium sensu, aut impendentium metu perculsa, nunquam quieuit: Sed humanorum malorum extrema omnia passa est, atq; Ecclesia Dei, quæ paulò ante constituta per Constantinum inde per annos centum in aliqua esse dignitate ac potentia cœperat, maximam ex omni parte iacturam labemq; contraxit.

Anno 402. Epiphanius Episcopus Salaminæ, Constantinopoli in Cyprum rediens, moritur in itinere. Socr. 6. Trip. 10.

Anno 402. Theodosius iunior adhuc in cunis vagiens à patre Arcadio appellatur Augustus. 17. Calend. Febr. Marcell. & alii.

Anno 402. De re apud Pollentiam oppidũ à Stilicone aduersus Alarichum & Gothos hoc anno gesta, vide Prudent. lib. 2. aduersus Symmachum, responsione quinta:

Tentauit Geticus nuper delere Tyrannus
Italiam, patrio veniens iuratus ab Istro.

Anno 402. Huc pertinet libellus Claudiani de bello Getico. De pugna Stiliconis aduersus Gothos commissa ipso die Paschatis, vide Oros. & alios.

Anno 402. Joannes Chrysostomus mandato Arcadii Imp. Ecclesia Constantinopolitana pellitur: sed cum seditio populi, Chrysostomum desiderantis, metueretur, reuocatus, inq; solium suum restitutus est. Socr. 5. Tripart. 10.

Anno 403. Honorius Imp. Romæ de victis Gothis triumphat Stilico cum Alaricho pacem constituit. Sigon.

Anno 404. Joannes Chrysostomus Arcadii mandato iterum in exilium abducitur, cum in Eudoxiam Augustam pro concione quædam dixisset liberius. Hoc tempore celebrem illam concionem recitauit, cuius initium est: Herodias iterum insanire, iterum commoueri, iterum saltare pergit: iterum caput Joannis in disco accipere studet.

Pridie Cal. Octobr. cum grando magnitudine inusitata in suburbiis Constantinopolis fortè decideret, percrebuit sermo, istud Deo irato propter Joannem indicta causa abdicatum contigisse.

Hunc sermonem Eudoxiæ mors vehementer auxit. Nam quatriduo post delapsam grandinem è vita decessit. Socr. 6. Trip. Marcell. Prosp.

Anno 404. Paula Romana mulier primariæ nobilitatis &

Digitized by Google

tis & eximiæ pietatis in Domino obdormiuit 26. Januarii, tertia Sabbati: cum vixisset ann. 56. mens. 8. d. 20. Hæc mortuo marito mundi contemptum cœperat profiteri, atque in eo proposito Romæ vixerat quinquennio, apud Bethlehem verò ann. 20. in monasterio virginum à se instituto. Eius Epitaphium scripsit D. Hieronymus ad Eustochiam virginem, Paulæ filiam, quod extat in primo tomo operum Hieronymi.

Anno 404. Prudentius Poëta hoc anno edidit libros Cathemerinõn, quia in præfatione ait se ista scribere agentem annum ætatis 57.

Per quinquennia (inquit) iam decem,
Ni fallor, fuimus: septimus insuper
Annum cardo rotat, dum fruimur sole volubili:
Quid nos vtile tanti temporis spacio egimus?

Hic est sextus Honorii Consulatus, de quo Claudiani panegyris.

Anno 405. Radagaisus Scytha & religione gentilis in Italiam irruptionem faciens trucidatur ab Honorio ad Fœsulas. De quo sic Orosius: Radagaisus omnium antiquorum præsentiumq; hostium immanissimus repentino impetu totam inundauit Italiam: in cuius exercitu fuisse ferunt plus quàm ducenta millia Gothorum. Conterritum autem diuinitùs Radagaisum Honorius in Fœsulanos montes coëgit, eiusq; ducenta millia hominum inopum consilii & cibi, in arido & aspero montis iugo, vrgente vndiq; timore conclusit, agminaq; quibus dudum angusta videbatur Italia, latenti spe in vnum ac paruum verticem trusit: vbi hostes esurientes & sitientes languentesque confecti sunt. Radagaisus clam suos deseruit, atque in nostros incidit, à quibus captus & interfectus est. Tanta verò captiuorum Gothorum multitudo fuisse fertur, vt vilissimarum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum venderentur. Hic Radagaisus omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare deuouerat.

Anno 410. Ridiculum eſt, ſi non ſtolidum, quod Honorius audiens captam eſſe ab Alaricho Romam, doluit ob captam & amiſſam auem vel gallinam ſuam, quam cum in delitiis haberet, Romæ appellationem ei indiderat. Indignum ſanè, Regem aues præferre vrbibus.

Alarichus vrbem ingreſſurus edixerat, vt iis parceretur, qui ad templa Apoſtolorum confugiſſent, & vt milites ſola præda contenti, à cæde & ſanguine abſtinerent ac temperarent. Oroſ.

Diſtat hæc victricis quondam Romæ & orbis Domlnę calamitas, ab eo tempore, quo à Gallis antè capta fuerat, annis 796. à Monarchia Julii victoq; Pompeio 456. ab ejectis Regibus 916. à clade Claudina 729. à pugna ad Aegates & primi belli Punici fine 650. à pugna ad Claſtidium 630. ad Cannas 624. à crudelitate Syllæ, quam Roma trucidatis magno numero ciuibus exercuit 490. à Monarchia Auguſti, victoque Antonio 439. à morte Auguſti 395. Hinc ad Romæ direptionem noſtro ſæculo factam 1117. De huius cladis die diſcrepant autores: Paulus Diaconus habet 24. Auguſti. Cedrenus 26. Auguſti. Blondus & alii Calend. Aprilis.

Anno 410. Et hoc ipſo tempore orditur Blondus hiſtoriam inclinationis Romani imperii: quam deduxit vſq; ad an. N. C. 1459. circitet.

Anno 411. Alarichus moritur. Ataulfus vxoris Alarichi frater, regnum ſuſcipit: Placidiam Honorii ſororem ducit vxorem captam in Romæ direptione: eam diuino iudicio velut obſidem ac pignus Roma huic barbaro Regi tradidit. Nam illius iuncta coniugio, multum Reipublicæ profuit & commodauit. Oroſ.

Anno 411. Gandauum occupatur à Vandalis Catoci Principis ductu: qui ne vlterius excurrerent Gothi in Nerviis tunc dominantibus Aldenardum & Aloſtum exſtruxere. Meyerus.

Anno 412. Cyrillus in Epiſcopatu Alexandrino ſucce-

Francorum ſetiem: & Pharamundo Regi primo tribuunt annos 11. Tritthemius ſcribit, eum adiiſſe regnum 24. Aprilis, ætatis anno 56. & regnaſſe ſeptennio. Sunt qui Pharamundi initium in ſeq. annum conferant. Hinc ad annum 499. quo Clodouæus, Francorum Rex vna cum baptiſmate Chriſtianiſmum accepit, anni 80. ad Carolum VIII. Reg. Francorum, 1064. id eſt, bis 532. ſiue duo Cycli Magni, ad Caroli Magni regnum 350.

Anno 419. Hinc incipit Chronicon Joan. Tilii de Regibus Francorum à Pharamundo vſq; ad Franciſcum primum. Primum auten Pharamundi annum confert in annum nati Chriſti 420. & tribuit eius regno annos 11.

Anno 420. Hoc tempore lex Salica, qua fœminæ à ſucceſſione terræ Francicæ in perpetuum excluduntur, condita fuit. Tilius. Alii ad 485. referunt.

Anno 420. Hoc anno, vt diximus, vel completur, vel incipit, die 24. Aprilis, annus primus Pharamundi Regis Francorum. Vtrumuis horum ponas, obſerua hunc annum, qui principium Pharamundi attingit, eſſe à principio Samſonis, & à morte Latini, regnoq; Æneæ, annum 1600. à regno Dauidis 1500. à morte Nebucadnezaris Magni & principio Euilmerodaci 1000.

Anno 421. die 25. Martii Venetorum vrbs in ſinu Hadriatico condi cœpta. Sabellicus.

Anno 422. Caſtinus Dux exercitum ducit in Hiſpaniã cõtra Vandalos, Bonifaciũq; à ſe alienat impotẽti imperio.

Anno 423. Theodoſius iunior poſt Honorium imperat, cuius imperii initium habes ſuprà anno 408.

Anno 424. Theodoretus hoc tempore factus eſt Epiſcopus, quia ſcribit annum Concilii Prædatorii Epheſini ſecundi eſſe Epiſcopatus ſui an. 26.

Anno 425. Epiſcopi Aquitaniæ ferè omnes à Gothis Arrianis trucidantur, inter quos Burdigalenſem Epiſcopũ nominat Sidonius, regnãte Eteorigæ rege Viſigothorum.

Anno 425. Valentinianus tertius Placidiæ filius Auguſtus appellatur 22. Septembr. Socr. Trip.

Anno 426. Bonifacius Africæ comes Caſtinum prælio vicit, qua de re lege Epiſtolas eius ad S. Auguſtinum, & huius ad illum. Vide Alb. Cranzium in Vandalia lib. 1. cap. 29.

Anno 426. Genſericus Vandalorum Rex regnat an. 51. Fuit ſecta Arianus, & Catholicorum crudelis perſecutor. Jordan. Cuſp.

Anno 427. Aduentus Vandalorum in Africam.

Vandali à Bonifacio, vt arma pro ſe aduerſus Romanos caperent, magnis pollicitationibus ac ſpebus inuitati & accerſiti, & Hiſpaniis duce Genſerico traiecerunt in Africam. Procop. l. 1. belli Vandal. Diacon. Jordan. Proſp. Cranzii Vandalia l. 1. c. 31. Ab hoc anno incipit hiſtoriam ſuam Victor Epiſcopus Vticenſis, qui ait, Genſericum in Africam ad 80. millia hominum intuliſſe, eumq; atrociter in pios ſæuiiſſe, & vrbes atque Eccleſias vaſtaſſe.

Anno 428. Aëtius in Galliis Francos, qui Galliæ partem Rheno propinquam occuparant, repellit. deſcribit hæc Sidonius Apollinaris, tunc miles.

Anno 429. Hoc fermè anno deſinit hiſtoriã Eccleſiaſtica Theodoreti, continens an. vt ipſe ait, 105.

Anno 430. Jubilæus mundi 88. Moſis 38. prędicationis.

Anno 430. Theodoſius Imp. menſ. Nouemb. literis hinc inde ad Epiſcopos miſſis iuſſit eos ad proximi anni Pentecoſten Synodo Epheſinæ intereſſe, deq; Neſtorii dogmate cognoſcere & pronunciare. Vide acta Synodi.

Anno 430. Euagrius Scholaſticus Epiphanenſis, Chronicon ſuum Eccleſiaſticum ab hoc tempore orditur, quo Neſtorius Eccleſiam errotibus & ſeditionibus repleuit. Complexus eſt Euagrius narrationes annorum 164. vſq; ad 594. Chriſti.

Anno 430. Palladius ad Scotos in Chriſtum credentes à Cæleſtino Pontifice Romano primus mittitur Epiſcopus: an. 430. Beda hiſtor. Anglicæ cap. 13. Proſp.

Anno

Anno 431. Synodus Ephesina, Oecumenica tertia, Episcoporum amplius 200. autoritate & mandato Theodosii iunioris Imp. (post Nicenam Synodum anno 106.) coacta: in qua profligata ac damnata est hæresis Nestorii, qui sublata duarum naturarum in Christo vnione hypostatica duas in eo personas reipsa constituebat: etsi id verbis negaret. Negabat enim has propositiones: Deus est natus ex virgine & crucifixus. Mariam contendebat appellandam esse non θεοτόκον, id est, Deiparam: sed χριστοτόκον, id est, Christiparam. Hinc aut ipse aut alii hoc extruebant; Homini Christo adfuisse λόγον non vnione personali, sed per societatem, siue assistentiam, sicut Deus adest Eliæ & aliis Sanctis. Huius Concilii Rector ac Princeps fuit Cyrillus Episcopus Alexandrinus, cuius diuina scripta apud Orthodoxos in summa veneratione merito habentur. Primus Patrum confessus factus est 20. (alii 22.) Junii. Vide Acta Synodi & Socr. Euagr. Cedren. Zonar. & Vincentium Lyrinensem.

Anno 432. Moses quidam in Creta Insula per mare in Palæstinam reducere conatur Judæos: sed plurimi ex credula plebe mari suffocantur. Impostor hic ea propter quæsitus ad necem, nusquam comparuit: creditumq; Diabolum humana specie ipsis imponere voluisse.

An. 433. Constantinopolis triduũ arsit die 15. Augusti.

Anno 434. Vincentius Lyrinensis librum scripsit pro Catholicæ fidei antiquitate, aduersus profanas hæreticorum innouationes: anno 3. post Synodum Ephesinam, vt ipse tempus hoc annotauit.

Anno 435. Die 11. Febr. pax cum Genserico & Vandalis composita est, & concessa eis ad habitandum per triennium in Africa portio ad Hipponem vrbem. Prosp.

Anno 435. Codex Theodosianus, Imperatorum Constitutiones vetustas continens, hoc anno absolutus & Constantinopoli editus est, 25. Febr. quod docet præfationis subscriptio.

Anno 436. Gothi in Gallia pacis placita perturbant, plę-

Ibn Khaldun's Muqaddimah is a unique work in the history of human thought. It is a universal history that goes beyond the mere recording of events to investigate the social organization of human civilization. It is the first attempt to lay down philosophical principles to explain historical phenomena, to examine critically the reports of historians, and to separate fact from fiction. It is the first attempt to explain the rise and fall of nations, the growth and decline of civilizations, and the various conditions of human society, such as religion, morals, crafts, sciences, and so forth. It is the first attempt to explain the causes of these things and to show that they have their own nature and their own principles.

perinde ac res nouantes occidit, eorumque bona omnia publicauit. Sed paucis post diebus, cœnanti sibi, cum miræ magnitudinis piscis ministri decoctū caput apposuissent, Symmachi nuper occisi caput illi est visum, præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus, & torue intuentibus oculis, furibunde sibi & acerbius comminari. Vnde monstri nouitate territus, membrisq; præter modum tremebundus & rigens, in cubiculum statim citato gradu secessit, identidemq; iubendo, togarum vt sibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quieuit. Elpidio deinde Medico, omnibus quemadmodum accidissent diligentius explicatis, in Symmachum Boetiumque patratum à se scelus deflebat: quo denique deplorato, & accepta calamitate, dolore ingenti affectus, haud longe post moritur, cùm id primum & vltimum iniustitiæ exemplum in suos idcirco exercuisset, quia non suo & pristino more diligenter peruestigata causa, in tantos viros animaduerterat. Theoderico igitur suo fato perfuncto, Atalaricus (aliis Adelrichus) huius ex filia nepos suscepit imperium, annos octonos natus; sub matre Amalasuntha adhuc educatur. Amalasuntha itaq; filii procuratione suscepta regnum administrabat, prudentia & æquitate mirifice pollens, virilem præ se ferebat naturam: quippe quam diu hæc imperio præfuit, Romanum neminem vel corporis pœna affecit, vel rerum iactura: quinetiam nec Gothos ipsos, etsi Romanos lacessendi percupidos, his quoquam pacto iniuriam permittebat inferre: quin potius Symmachi ac Boetii liberis paterna bona restituit. Hæc Procopius in Gothicis.

Anno 526. Iustinus die primo Aprilis, Iustinianum nepotem suum ex sorore natū annos 45. creat imperatorem: Iustinus quarto ab hinc mense obiit Calen. Augusti an. imperii 9. mense circiter vno. Zonar.

Anno 526. Iustiniani Magni Imperium.

Euagrio hic est Antiochenorū annus 575. Marcellino à

condita Constantinopoli 197. Cedreno, Sigeberto, Mariano, Bedæ, Frisingensi 527. Christi: & Marcellino Cedreno, atq; ipsi Iustiniano (Nouella 47.) indictio quinta. Est à regno Dauidis in Ierusalem 1600. à Monarchia Iulii 573. Augusti 556. à nato Augusto 588. à morte Constantini Magni 190.

Anno 527. Persæ inuadunt Mesopotaniam, quibus Iustinianus opponit Belisarium, vnaque Procopium historicum.

Anno 528. Iustinianus ad pacis studia se conferens opus aggressus est, quod ei ad omnem posteritatem gloriam immortalem peperit. Nam consilio, studio & labore virorum iuris peritissimorum Romanas leges hinc inde in libris dispersas in volumina certa redegit, & nouam Iuris ciuitatem condidit, sanctissimumq;. Iustitiæ templum consecrauit. Hoc itaq; primum anno imitatione Theodosii componendo & emendando iuri operam dedit, & viris doctrinæ Legum scientissimis conficiendi Codicis laborem & curam demandauit, idib. Februarii.

Anno 529. Codex Iustiniani, Idib. Aprilis, indictione 7. absolutus ac editus est, vt ex eo in posterum per omnes Romanas prouincias ius diceretur.

Anno 530. Iubilæus Mundi 90. Mosis 40. prædicationis Christi 10. à Roma condita 1281. à baptismo Christi 500. à Monarchia Augusti 560.

Anno 530. Longobardi Pannoniam ingressi, sedes ibi habuerunt per annos 42.

Anno 530. Mense Decemb. Iustinianus Triboniano & cæteris Iurisconsultis mandat, vt veteri iure enucleato, Digestorum siue Pandectarum Codicem componant, & in certos libros ac titulos totum ius antiquum, per 1400. pene annos confusum, digerant. Hi Pandectarum libri triennio confecti & absoluti sunt.

Anno

Digitized by Google

Anno 530. per hæc tempora Gilimer, Genſerici quondam Regis Vandalorum nepos, rei militaris peritus, & aliena inuadere promptus, Hildetichum Regem vt ignauum & inertem apud Vandalos accuſauit, & hac calumnia onerauit, quod Vandalos ſimul cum tota ditione Iuſtiniano prodere vellet. Quæ omnia Vandali facile credentes, Gilimerem conſtituunt Regem, & Hilderichum poſt ſeptem annos regni ſimul cum fratre cuſtodiæ tradunt & necant. Procop. Vandal. Iornandes addit, Gilimerem occiſo Rege Catholico Hildericho, in Orthodoxos ſæuiiſſe.

Anno 531. hic eſt annus vltimus Cycli annorum 95. à Cyrillo deſcripti. Supra 437.

Anno 532. Dionyſius Exiguus, Abbas Romanus, annorum à nato Chriſto ſupputationem, qua hodie vtimur, primus inſtituit, & paſchales ſiue decem nouales Cyclos ſuos hinc orditur. Qua de re Beda ſic loquitur: Primus Dionyſij Cyclus incipit à 22. die Martii, anno 248. Diocletiani, à nato Chriſto 532. poſt Conſulatum Lampadii & Oreſtis: Quos Cyclos noluit Dionyſius ab imperii Diocletiani annis computare: ſed maluit ab Incarnatione Chriſti ſeriem annorum prænotare, propter notitiam exordii ſpei noſtræ, & cauſam reparationis humanæ. Marianus Scotus ſub anno Chriſti 526. ipſa verba Dionyſii de his Cyclis citat.

Anno 533. Inſtitutiones iuris publicatæ ſunt 21. Nouemb. Et Digeſta ſiue Pandectæ 16. Decemb. de quo ita Iuſtinianus: Omni, inquit, Romani iuris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus, id eſt, Inſtitutionum & Digeſtorum ſeu Pandectarum, nec non Conſtitutionum perfecta, & tribus annis conſummata, quæ primum neq; toto decennio compleri poſſe ſperabatur, omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum ſuſtentationem piis obtulimus animis. Has autem leges ſuum obtinere robur ex III. noſtro feliciſſimo ſancimus Conſulatu præſentis XII. indictionis: 3. Calend. Ianuarias in omne ævum valituras, & vna cum noſtris conſtitutionibus pollentes.

Arkansas is a state in the southern United States. Its name is pronounced /ˈɑrkənsɔ/ by residents of the state, and /ɑrkənˈsɔ/ by residents of the surrounding states. Arkansas is the 29th largest by area and the 33rd most populous of the 50 United States. It is bordered by Missouri to the north, Tennessee to the east, Mississippi to the southeast, Louisiana to the south, Texas to the southwest, and Oklahoma to the west. Its capital and largest city is Little Rock.

Arkansas was admitted to the Union as the 25th state on June 15, 1836. Arkansas is the only state that has a French name, although the French pronunciation is rarely used. Arkansas is known as the Natural State, a reference to its many natural resources and its relatively undeveloped landscape. Arkansas is also known as the Land of Opportunity, a reference to its fertile soil and its many opportunities for agriculture and industry.

Arkansas is a diverse state with a wide variety of landscapes. The Ozark Mountains in the northwest are a popular destination for outdoor recreation. The Mississippi River Delta in the east is a fertile agricultural region. The Arkansas River Valley in the central part of the state is a major transportation corridor. The Ouachita Mountains in the southwest are a scenic region with many lakes and streams.

The economy of Arkansas is based on agriculture, manufacturing, and services. Agriculture is a major industry, with the state producing large quantities of rice, soybeans, poultry, and cotton. Manufacturing is also important, with the state producing a wide variety of goods, including food products, paper products, and electronics. Services are the largest sector of the economy, employing the majority of the state's workforce.

Arkansas has a population of about 3 million people. The majority of the population is white, but there is a significant African American population. There is also a small but growing Hispanic population. The state's largest cities are Little Rock, Fayetteville, Fort Smith, and Springdale.

Arkansas has a rich history. The state was first settled by Native American tribes, including the Caddo, the Quapaw, and the Osage. European explorers arrived in the 16th century, and the state was later claimed by France. In 1803, the United States purchased the Louisiana Territory, which included Arkansas. The state was admitted to the Union in 1836.

During the Civil War, Arkansas was a battleground state. The state seceded from the Union in 1861, but it was quickly occupied by Union forces. The state was readmitted to the Union in 1868. After the Civil War, Arkansas experienced a period of economic and social change. The state's agricultural economy was transformed by the introduction of sharecropping, and the state's African American population was subjected to discrimination and violence.

In the 20th century, Arkansas made progress in many areas. The state's economy diversified, and the state's African American population gained civil rights. However, the state still faces challenges, including poverty, education, and healthcare.

Arkansas is a state with a rich history and a diverse landscape. The state's people are known for their friendliness and their hospitality. Arkansas is a state with a bright future.

in Christianorum templa remittendas mandauit. Postquam vero Gilimer inter captiuos, vna cum consanguineis ac Vandalis, proceritate ac pulchritudine corporum præstantibus, in Hippodromo cõstitit, ad Imperatorem in alta sede constitutum, populumq; circumfusum conspexit, ac demum seipsum in quod fatum peruenisset considerauit: nec fleuit, nec aliud quicquam dixit quam illud Salomonis: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas*. Nec mora, ipsa pariter & Bellisarius, iussi ab his qui Imperatoriam purpuram sustinebant, supplices adorauerunt Iustinianum, qui Hilderichi filios ac nepotes, vt ex Valentiniani Imperatoris sanguine venientes, necessitudineq; sibi deinctos, opibus satis amplis muneravit: Gilimerem etiam in Gallia non contemnenda prædia cum suis propinquis incolere iussit: Procop. Vandal.

Anno 535. Bellum Gothicum Italicum.

Iustinianus Amalasuenta necem armis vltus, Gothis, eorumq; Regi Theohadato bellum intulit: quod 18. annis duravit, & copiose descriptum est à Procopio; qui in hac expeditione Comitem Bellisarii se fuisse scribit. Iustinianus itaq; duce Mundo Gothis hoc anno Dalmatiam eripuit: & per Bellisarium Siciliam, à Gothis occupatam recepit, de quo plura Procop. in Gothicis.

Anno 535. Constitutiones, quæ appellantur Nouellæ, à Iustiniano editæ vsq; ad Nouellam 17. Reliquæ sequentibus annis emissæ sunt.

Anno 535. Medardus Veromanduorum Episcopus ab Augusta Veromanduorum, euersa à Vandalis, sedem Episcopalem Nouiomagum transtulit, illique Tornacensem subiecit vbi duo tantum sederant Episcopi, Theodorus & Eleutherius.

Anno 535. obiit Goranus Scotiæ rex suorum fraude. Erat enim Toncerus quæstor rerum capitalium suprematus, qui cum aduersus ditiores multa sæua perpetrasset,

facilem omnium ſperabat apud regem veniam, quod hac ratione fiſci commoda auxiſſet. Populus cui non facilis erat ad regem aditus, ſenio morboq; inualidum, nec ſi adire licuiſſet, aduerſus hominem primarium & gratioſum fides, Toncetum aggreſſi trucidant primum, & inde regem veriti ne vllam ſceleris perpetrati inuenirent veniam.

Anno 536. Roma die 10. Decemb. exactis Gothis à Belliſario recuperata, & Romanis denuo ſubiecta, anno 60. poſt, quam à Gothis occupata fuerat. Euagr. Marcel. Procop. Eſt ab V.C. 1287.

Anno 536. Gothi Theohadatum ob ignauiam & Amalſuentæ indignam necem omnibus inuiſum, interficiunt, & Vitigen ſibi Regem conſtituunt. Marcell. Procop.

Anno 536. Iuſtinianus Menſe Nouemb. nouum Codicem, priore abrogato, publicauit.

Anno 536. hoc anno vltimus Conſulum veteris Romæ fuit Paulinus: poſt quem obſtante bello Gothico in Occidente Conſules creari deſierunt. Orientales aliquamdiu Conſularem dignitatem tenuerunt, donec illa quoque in ſolos Impp. translata eſt. Eſtq; hic annus à primis Coſſ. Romæ deſignatis 1040.

Anno 536. Eſt annus à condito templo Salomonis 1570. eodem deſolato 1140. ab excidio Ieroſolymorum ſub Tito 463. à morte Chriſti 500. compl. poſt captam à Scipione Carthaginem 678. qui numeri cohærent 678. quod memoriæ cauſa moneo.

Anno 537. Vitiges Romam à Belliſario occupatã ſtrenueq; defenſam irrita obſidione premit. Marcell. Iornan. Procop.

Anno 538. In Campania Italiæ, Benedictum Iuniorem ſanctitate clarum, Rex Totila pro Chriſto perſequês, cum eum cum cella ſua comburere voluiſſet, nec valuiſſet, in clibanum ardentem proiecit. qui inde die altero illæſus, etiam veſtibus, exiuit. Sigebertus.

Anno 539. Vitiges cæſo Gothorum exercitu viuus cõprehenditur, & à Belliſario Conſtantinopolim perducitur.

Eum

Digitized by Google

Eum Iustinianus inter patritios relatum præfecit tuendis finibus imperii aduersus Parthorum siue Persarum excursiones: ibiq; Vitiges vitam finiit. Proc. Ior. Diac.

Anno 540. Ildobaldus à Gothis Regi Vitigi sufficitur: & huic rursus anno exacto successit Araricus. Procop.

Anno 540. Beda in Epitome (pag. 203.) habet Eclipsin Solis 12. Cal. Iul. qua durante apparuerunt stellæ hora diei tertia.

Anno 541. Occiso Ararico Totilas apud Gothos suscepit imperium, quod tenuit an. 2. fuit vir prudens, & in rebus gerendis acer ac solers, cuius rei specimen fuit, quod duobus Græcorum ducibus profligatis, Apuliam & Calabriam in potestatem suam redegit. Procop.

Anno 544. Herculanus Perusinus Episcopus à Totila rege secto capite martyrizatur: post mortem vero caput eius vnitum inuenitur. Sigebertus.

Anno 545. Totilas Tibure proditione potitus, multa edit exempla crudelitatis. Belisarius viribus impar, omni arte conatus eius eludit.

Anno 545. obiit D. Remigius Archiepiscopus Remorum.

Anno 545. Factum est prælium inter Chunimundum regem Gepidarum, & Alboinum Langobardorum, in quo vtrinq; periere pugnatorũ 60. millia. Alboinus exempti Chunimundi capite poculum sibi potorium fecit, filiamque eius Rosimundam accepit in vxorem, à qua postea & ipse interimitur, coactam bibere è testa paterna.

Anno 546. circa hæc tempora Romanorum Coss. creari desierunt, quorum vltimus fuisse dicitur Fl. Basilius Iunior, vt Procopius annotauit.

Anno 546. Placentiæ ob famem, ad esum humanarum carnium deuentum est. Procop.

Anno 546. Roma capta à Totila (16. Cal. Ian. Marcel.) qui Capitolium incendit, præcipua ædificia diruit, & mœnium tertiam partem euertit: incolis etiam alio translatis,

vrbem deformatam ac vacuam reliquit. Belliſarius paulo poſt eam recepit, ciues hinc inde diſperſos reuocauit, & mœnia deſtructa reparare & reſarcire cœpit. In hac vrbis direptione, Ruſticiana Boetii coniunx, & Symmachi filia, vna cum aliis matronis patriciis, ab hoſtibus panem emendicare coacta eſt, quæ antehac facultates tuas egentibus impertiuerat. Cumq; Gothi in eius mortem conſpiraſſent, Totilas eam nulla iactura adfici permiſit: ſed eam ac cæteras fœminas omnes, vt extra iniuriã eſſent, ſeruauit, etiamſi Gothi eas in coniugium depoſcerent. Nulla itaq; ex his per barbaros violata eſt, qua ex re Totilas maximam continentiæ laudem retulit. Procop.

Anno 546. Eſt an. V. C. 1297. à morte Auguſti 531. à Roma capta à Gallis 932. ab Alaricho 136. à Genſerico 91. ab Odoacre 70. Hinc ad Romam noſtro ſæculo captam 580. (bis 490.) pleni.

Anno 547. Theodebertus Auſtraſiæ rex armatus Italiam inuadens, occupat Liguriam vicinaſque prouincias. Agathias.

Anno 548. Totilas fruſtratus ſpe recuperandi Romam, exercitum ducit Peruſiam; atq; apud Crotonem & in Roſcia obſidione multa ſtrenue gerit.

Anno 549. Totilas iterum capit Romã, eamq; inſtaurat, & quantum antea ſtudii in ea deſolanda, tantum nunc in reparanda adhibuit ac oſtendit, vt infamiam, quã ſuperior deſolatio ipſi pepererat, nouo beneficio, manſuetudine atq; clementia aboleret. Quotquot etiam ad ſacras ædes confugerant, inuiolatos eſſe iuſſit. Procop. Eſt V. C. 1300.

Anno 550. Sclauini in Dalmatiam erumpunt; & prædã onuſti domum redeunt.

Anno 551. Germanus militiæ præfectus, contra Gothos à Iuſtiniano miſſus, moritur. Claſſis quoq; Imperatoria auxilio futura Italiæ naufragio perit: atque ita Gothi rurſum fruuntur Imperio Italiæ.

Anno 552. Totilas à Narſete, Iuſtiniani cubiculario, prælio

prælio victus interficitur. Succeſſit ei Teias poſtremus rex Gothorum in Italia, qui hoc ipſo anno cum Narſete, ſtrenue ac fortiter dimicauit, & victus atq; fugiens occiſus eſt. Hoc vltimo prælio, quo de ſumma rerum decertatum eſt, tanto animorum ardore Gothi pugnarunt, vt ne quidem occiſo Teia Rege ante pugnandi finem fecerint, quam Narſes per præconem iis veniam daret, qui arma ponerent. Sic Gothorum in Italia imperium concidit, quod à principio Odoacris durauerat annis 77. à regno Theoderici Veronenſis 60.

Anno 552. deſinit hiſtoria Gothica Procopii, hanc Agathias continuauit. Superiori anno etiam finitur Chronicon Iornandis Epiſcopi Gothoci : qui ſub Iuſtiniano floruit.

Anno 553. Iuſtinianus debellatis Gothis, Italiam tanquam Orientalis imperii prouinciam, Narſeti ordinandam ac gubernandam permiſit. Eſtq; annus à Iulii Monarchia 600. iniens.

Anno 554. Coſroes bellum Romanis infert in Colchide, vbi turpiter Imperatoris exercitus fugatur.

Anno 555. Franci cum Alemannis reparaturi regnum Gothorum, in Italiam deſcendunt. Ibi Alemanni peſtilenti lue conflictati ſpoliis tamen diuites ad ſuos redeunt. Franci vero internecione ab Narſete cæſi. Procopius.

Anno 555. Perſarum tria millia in Colchide, fugant Romanorum quinquaginta millia. Agathias.

Anno 555. In Galliis clarent fratres veterini, vno & eodem die nati & Pontifices conſecrati, Medardus ad titulum Noniomenſem, Gildardus ad Rhotomagenſem: & vno die abſoluti à ſeculo, & adſumpti ad Chriſtum. Sigebertus.

Anno 556. obiit D. Medardus Noniomagenſis Tornacenſiſq; Epiſcopus.

Anno 557. Conſtantinopolis iterum ingenti terræmotu concutitur.

Anno 558. Hunni hieme Iſtrum tranſeuntes, Mæſiam & Thraciam vaſtant. pars poſtea in Græciam tranſit,

pars Constantinopolitanæ obsidioni imminet, Iustinianus eos quidem remouet ex Thracia, sed non nisi appenso auro, & promissis stipendiis aureis.

Anno 560. cum Iustinianus ægrotatet, putareturq; defunctus, prætoriani diripuere Constantinopolin.

Anno 559. desinit Catalogus Consulum Cuspiniani; completo à primis Coss. an. 1065. id est, bis 532. plenis.

Anno 561. Claret in Scotia Brendanus, qui Fortunatæ insulas septennali nauigatione perquirens, multa miraculo digna vidit.

Anno 562. Cassiodorus recipit se in monasterium quod condiderat sub Atalarico post captũ Vitigen Viuariense vocarat, ob pisciũ multitudinẽ. Id lucernis horologiis aquaticis & solaribus, præterea bibliotheca pretiosa instruxit.

Anno 563. Constantinopolis incendio fere tota perit. Cedrenus.

Anno 564. Chramnus filius Clotharii regis Francorum, iterum contra patrem rebellans, vincitur, & in tugurio quodam concluſus, cum coniuge & liberis igne crematur.

Anno 565. Iustini Iunioris Iustiniani nepotis Imperium; quod durauit an. 10. mens. 10. d. 20. Onuphr. Euagr. an. 12. mens. 10. cum dimidio.

Anno 565. Sigonii de Occidentis imperio historia terminatur.

Anno 566. Obsidio Burdegalæ per Clodoueum Chilperici filium, quã soluit Sigulphus legatus Sigiberti fratris Chilperici, cum magna hostium strage. aliter Turonensis.

Anno 566. Huc vsq; deductum est Chronicon Marcellini Comitis, qui sub Iustiniano vixit.

Anno 567. Iustinus, ducem militiæ suæ Iustinũ cognatũ, Auaris oppositum blande quidem reuocat, sed vinculis constrictum Alexandriam mittit, & interficit die 3. Octob.

Anno 568. obiit Congallus Rex Scotio, qui iuuentutẽ declinantem ad mollitiem & luxum pacisq; bonis abutentem; magis vitæ exemplo & authoritate, quam legum seueritate continuit.

Anno

Digitized by Google

Anno 568. Langobardi relicta Pannonia quam vi armis habuerant per annos 42. Italiam Alboino duce ingressi, Romanos pellunt, & regnum longe florentissimum constituunt in Gallia Cisalpina.

Anno 568. Regnum Longobardorum in Italia.

Indictione I. feria II. paschatis, 2. April. Longobardi Pannonias egressi, duce Alboino, Italiam inuaserunt, vbique pulsis præsidiis Imperatoris Orientis, Longobardico regno instituto, annis 206. (vsq; ad annum Christi 744.) eam tenuere: quo temporum interuallo Italiam omnem, præter Romam, in ditionem suam, sub 24. Regibus redegere. Diac. Onuph.

Huic mutationi occasionem præbuisse dicitur Sophia, Iustini Imp. coniunx, quæ Narseti, Italiam Ducis nomine obtinenti, per probrum obiecerat, quod Eunuchus esset, eumque relicta Italia ad trahenda vna cum puellis pensa in Gynecæum redire iusserat. Cui ille respondit, se telam exordiri, quam ipsa nunquam pertextura sit. Paulo post Longobardos in Italiam attraxit. Hanc malorum nouitatem noua in cœlo signa multo tempore ante portenderant. Sigeb.

Anno 569. Exarchatus Rauennæ institutus.

Longinus à Iustino Imp. missus, eas Italiæ partes, quas Longobardi occupare non poterant, sub Exarchi nomine annos 15. obtinuit, Rauennæ imperii sede collocata. Onuph.

Anno 570. Obiit D. Vedastus Atrebatium Episcopus.

Anno 571. Alboinus cum Ticinum cepisset deditione, ex insidiis coniugis suæ occiditur, ideo quod ab ebrio rege in celebri conuiuio coacta erat bibere è cranio patris sui adaptato in poculum, deauratumq, atque appositum conuiuis.

Anno 572. Maioris Armeniæ populi Christiani, vexati à Chosroa se subdunt Iustino; qui hac ratione bellum Persicum sibi attrahit.

Anno 573. Charibertus rex Parisiorum moritur sine liberis. hinc dissidium inter fratres de successione.

Anno 574. Terræmotus Burdigalæ maximus & horrendus. Eodem anno diuinitus immissum incendium vicos exussit.

Anno 575. Monasterium primum in Bauaria ædificatum Weltburg. Auentinus.

Anno 576. Tiberii Aniciani Imperium; à primi Tiberii imperio 560.

Anno 577. Longobardi subacta iam vastataque magna parte Italiæ, post vltima crudelitatis exempla in Ecclesiasticos, tentant iterum Galliam. Sed à Delphinatu & prouincia cum occidione repulsi, arma conuertunt in reliquam Italiam.

Anno 578. Imp. Tiberius insignem reportat victoriam in Cappadocia contra Persas. Zonaras.

Anno 579. Tiberius Imp. liberalis in pauperes multis thesaurorum opibus insperato ab diuina clementia exaugetur.

Anno 580. Mauricius à Tiberio, socero suo, appellatur Augustus Cal. Iulii.

Anno 580. Iubilæus mundi 91. Mosis 41. prædicat. Christi 11.

Anno 581, Chilpericus rex Franciæ tributariam sibi facit minorem Britanniam.

Anno 582. Lupi meridie Burdigalam ingressi, spectante populo canes deuorarunt. hinc dictus ipse locus, Vicus luporum, etiamnum hodie.

Anno 583. Mauricii Imperium.

Hic Imp. primis annis fuit princeps laude dignus & felix, eumque Euagrius sic prædicat: Erat vir prudens, inquit, in rebus diligens, animo constans, vitæ ratione & moribus compositus. Aures sermoni superuacaneo obturauit, non cera, vt est apud poetam, sed ratione, qua tanquam claui sermonibus hominum aures, tum aperiret, tum occluderet.

ret. Inſcitiam autem matrem audaciæ, & timiditatem, quæ ei vicina & finitima eſt, ſic à ſe depulit, vt in temeritate periculum, in cunctatione ſecuritatem eſſe cenſeret; &c.

Annum Chriſti 583. imperio Mauricii adſcribunt Sigeb, Marian. Friſing. Vrſperg. item Beda & Gregorius in Epiſtolis copulant 14. Mauricii cum 14. indictione, id eſt, cum anno 596. ergo primus Mauricii eſt 583.

Anno 584. Leuuigildus Mironem, Sueuorum in Hiſpania regem, bello victum, in Clericum detondit, eiuſque regnum occupat. Iſidorus.

Anno 585. Cœpiſſe putatur Merciorum regnum in Anglia.

Anno 586. Philippicus iterum auſpiciis Mauricii, inſignes ex Perſide reportat cum opimis ſpoliis victorias.

Anno 586. Chilpericus rex Franciæ occumbit domeſticis inſidiis, vxoris & Landrici Equitum Magiſtri, occiſus menſe Septembri.

An. 587. & ſequenti infeliciter pugnatur à Perſis, cum inſigni Romanorum gloria.

Anno 588. Ioannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus, adfectat titulum Oecumenici ſiue Vniuerſalis Epiſcopi. Gregor. Epiſt. l. 4. c. 80.

Anno 588. per ſicarios ſubmiſſos ab vxore ſua & Magiſtro Equitum adultero eius occiditur Chilpericus rex Galliæ. nam vt aliquando coniux capillum in Sole ſiccat pectitque, marituſque furtim ſuperueniens eum à tergo leuiter virgula tangit, Fredegundis arbitrata mœchum, ridenti ſermone compellat: Mi Landrice inquit, ſi fortis vir es pectus pete. nemine reſpondente diſcriminato capillo retroſpexit, & vidit fuiſſe maritum, itaque periculum ſtatim communicauit adultero.

Anno 588. Fanaticus quidam Burdigalenſis ſe æqualem DD. Apoſtolis prædicans, pœnas temeritatis luit apud Turones.

An. 589. an. Antiocheno 637. terræmot. Antiochiæ multa

millia hominum oppreſſit prid. Calend. Octobr. ipſo die nuptiarum Euagrii Scriptoris. Epiſcopus toto domicilio ruinam paſſo, incolumis euaſit cum illis qui eum circumſiſtebant. Euag.

Anno 590. Gregorius Magnus creatur Roma. Pontifex 3. Non. Sept. Sedit an. 13. m. 6. d. 10. Beda. à Leonis Magni principio 150. ab eius exceſſu 130. incoatis.

Hic primus *Seruum Seruorum Dei* ſe appellauit, & Conſtantinopolitano Patriarchæ Vniuerſalis Epiſcopi titulum decreto abrogauit. Pet. de Natal. l. 3. c. 192.

Anno 591. Mauritius Theodoſium filium creat Auguſtum die paſchatis 15. April. imperauit cum patre an. 11. menſ. 7. d. 6. Zona. Cedre. Niceph.

Anno 592. Nunc demum detegitur conſpiratio qua occubuit Chilpericus, abdicato Ægidio Epiſcopo Rhemenſe. Turonenſis 10. cap. 19.

Anno 593. Agilulphus Longobardorum Rex fit Chriſtianus interuentu Theodelindæ vxoris, Charibaldi regis Bauarorum filiæ.

Anno 593. Euagrius hiſtoriam ſuam ſcribit anno Antiocheno 641. Euag. 3. c. 33.

Anno 593. initio menſis Nouembris Agilulfus ducit Theodelindam, ac menſe Maio anni ſequentis appellatus Mediolani Rex. hæc autem eius vxor Langobardos Deorum ſuperſtitione adhuc occupatos, ſiue nomine tenus Chriſtianos ob Arianiſmum, ad Catholicam pelexit pietatem. vbi obſeruandum; ſic ſolere Deum, atque eligere infirma mundi, vt cõfundat fortia. Sic & Chrotildis & Ingundis Burgunda & Françа, eodem propemodum modo, perſuaſis maritis regibus ad veræ religionis cultum retraxere fortiſſimas nationes Francos Gothoſque. *Baronius.*

Anno 594. Anno 12. Mauritii terminatur hiſtoria Euagrii, cuius coætaneus fuit Agathias. Euag.

Anno 595. Viguit inter Georgium Rom. & Ioannem Conſtantinop. Epiſcopum contentio de primatu. Qua de re lege Epiſt. Georgii lib. 4. à cap. 76. vſque ad 88. ſub indi-

Digitized by Google

indictione 13. Annus 1200. à principio captiuitatis Babyl.

Anno 595. anno 13. Mauricii Theodorus Medicus ad Chaianum Auarorum ſiue Hunorum principem legatus miſſus, ſuperbi Chaiani iactantiam ita retudit ac repreſſit: Audi Chaiane, inquit, vtilem narrationem. Seſoſtris Rex Ægyptiorum illuſtris & felix, opibuſque clarus, plurimas nationes ſeruituti ſubegit: vnde curru ex auro & lapidibus precioſis conſtructo vehi ſolitus eſt, qui à quatuor Regibus à ſe victis trahebatur. Cumque vnus ex regibus ſæpe reſpiciens, rotam quæ voluebatur, contemplaretur, percontatus eſt Seſoſtris, cur ita reſpectaret? Intuens rotæ volubilitatem, inquit ille, in qua ſumma cito fiunt ima, cogito fortunę inſtabilitatem, alias excelſa humiliantem alias humiliata exaltantem. Seſoſtris parabolam intelligens, noluit currum à Regibus poſtea trahi. Chaianus vero hac narratione mitigatus, inducias cum Mauricio fecit. Diac.

Anno 595. Thaſſilo Slauos, graues perpetuo & infeſtos vicinos, bello aggreſſus, parta victoria maximam omnis generis prædam domum refert.

Anno 596. Gregorius Papa Auguſtinum cum aliquot Monachis mittit in Britaniam ad prædicandum Euangelium. Epiſtola Greg. data eſt 10. Cal. Aug. an. 14. Mauricii, poſt Conſulatum eius 13 indictione 14. id eſt, Chriſti 596. Doctores illi Angliam ingreſſi ſunt anno ſequenti 597. qui eſt ab aduentu Anglorum in Britanniam plus minus 150. Beda.

Anno 597. Auguſtino cum ſociis, qui in Angliam ad prædicandum Euangelium venerant, præbentur ab Edelberto rege victui neceſſaria. & ſequenti anno ineunte, in feſto natiuitatis Chriſti, baptizantur ad decem Anglorum millia.

Anno 598. Guntheramnus Franciæ rex moritur ſine liberis, hereditate relicta Clothario Chilperici filio.

Anno 601. Hoc anno Gregorius Papa ſcripſit Epiſto-

lam de Sanctorum imaginibus in templis, eas nec adorandas, nec confringendas esse, quod idiotis cernentibus idem præstet pictura, quod legentibus scriptura: Vide Epist. Gregor. lib. 9. c. 9.

Anno 602. Phocæ Imperium.

Hic Imp. fuit tyrannus, patriæque calamitas: sub quo omnis generis mala in humanum genus exundarunt: & Res Romana continentibus atq; atrocibus calamitatibus afflicta & attrita est. Quidam sanctus Monachus Deum ad disceptationem prouocans, quæsiuit: Cur tam impium Christianis imposuisset Imperatorem? audiuit vocem sibi dicentem: Deteriorem alium inueniri potuisse nullum, atque hoc meruisse hominum flagitia. Cedr.

Initium imperii Phocæ ad finem anni Christi 602. pertinere colligitur ex Beda Anglicæ hist. lib. 2. c. 4. & lib. 1. ca. 34. & ex titulo Epistolarum Gregorii lib. 11. cap. 1. qui sic habet: Indictione 6. (ineunte ante finem anni 602.) die 23. Nouembr. Coronatus est Phocas, & occisus Mauricius cum quinque filiis masculis & Petro fratre.

An. 603. Chosroes Persarum Rex pacem rupit, & cum Phocæ ducibus prælio congressus illos vicit, & magna clade adfecit. Ced. Diac. Niceph.

Anno 603. Gregorius Magnus ad Phocam scribit Epistolas, quæ extant lib. 11. cap. 36. & 43. sub indictione 6. vbi hunc annum nominat 35. Longobardorum tyrannidis in Italia. Supra 569.

An. 604. Gregorius Magnus Rom. Pontif. obiit indict. 7. sepultus 4. Id. Mart. Beda Angl. histor. l. 2. cap. 1. à morte Augusti 174. Leonis Magni 143.

Anno 605. fit Rex Scotiæ Eugenius, vir imperii plane seueri & asperi: qui superbos & contumaces libentius ferro compesceret, quam conditionibus adiungeret: veniam petentibus ac se vltro dedentibus maxime facilis, & in victoria minime insolens.

Anno 606. Ferraria muris portisque cingi cœpta ab Agilul-

Agilulpho Rege Lombardiæ, ex vico fit vrbs longe clariſſima.

An. 607. Bonifacius III. creatur Pontifex Rom. (5. Feb. Onuph.) qui apud Phocam obtinuit, vt Eccleſia Romana eſſet ac diceretur caput omnium Eccleſ. Beda. Menſe Apr. completur ab V.C. an. 1357.

Anno 610. Giſulfus Foroiulienſium Dux, ab Auaribus oppreſſus, ex Romilda veſanæ ſalacitatis femina, pudiciſſimas produxit filias: quæ cæſo patre, euerſa patria, ſeruis corporibus hoc modo litarunt pudori. Conditis ſub mamillari ſtrophio crudis pullorum carnibus vt calore corruptæ immane fæterent, militum non effugere vim tantum & contumeliam: Sed cogitationem quoq; ac voluntatem libidinis auertere.

Anno 611. Phocas imperium malè partum, maleq; adminiſtratum, male amiſit. Nam aduerſus hominē impuriſſimum ac multis ſceleribus infamem conſpiratunt Priſcus Phocæ gener; Heraclianus Imperatoris Heraclii pater, & Photius, cuius vxorem Phocas vi conſtuprauerat. Hi nauali prælio in portu Conſtantinopolitano ſuperatum, & in regiam confugientem Phocam ſolio deturbant, purpura ſpoliant, & ad Heraclium deducunt, qui confeſtim iuſſit ei amputari manus, pedes, pudenda, & caput: Truncum reliquum milites in foro combuſſerunt (6. Cal. Apr. Onuph.) Fratres etiam eius & neceſſarii occiſi ſunt. Hic exitus fuit vitæ ac ſcelerum tyranni, qui per octennium imperio inſultauerat. Cedr. Zonar.

Memorabile eſt, quod refert Cedrenus, ſeditioſos illos milites qui neglecto Mauricio Imp. Phocam ad tyrannidem euexerant, adeo fuiſſe ſub Phoca conſumptos, vt cum Heraclius creatus Imp. accuratam militū recenſionē ageret, de vniuerſa militum multitudine, quos à Mauricio cōſcriptos Phocas acceperat, tantum duo ſuperfuerint. Tam fœlix eis fuit imperium Phocæ, quem illi coronauerant.

Anno 611. Hiſtoria Nicephori terminatur cum imperio & vita Phocæ.

Beda hist. Angl. l. 2. cap. 18. copulat 24. Heraclii cum 634. Christi, & cum indictione 7. inde perspicitur primum Heraclii esse 611.

Anno 615. Persæ occupato Iordane, Palæstinam & vrbem Ierusalem vi expugnarunt, & per Iudæorum manus interfecerunt, vt fertur, ad 90. millia hominum. Nam Iudæi Christianos à Persis emptos necauerant. Zacharias Præsul Hierosolymitanus & lignum crucis Christi cum reliqua præda in Præsidem abducuntur. Cedr. Diac.

Anno 617. Theodo tertius Boiorum Princeps ope Reginodrudis, opera vero S. Ruperti Episcopi Christianam fidem amplectitur, vnaque cum illo magna vis populi nobilium ignobiliumque. Velserus.

An. 618. Heraclius legatis in Persidem missis à Chosroe pacem petit: sed ille hoc responso eos demisit: Non parcam vobis, donec crucifixum, quem Deum esse fatemini, abnegetis, & donec Solem adoretis. Diac. Cedr.

Anno 622. creatur rex Scotiæ Ferchardus, vir scelerate callidus, qui cum regnum in tyrannidem mutare vellet, alebat inter se factiones nobilium; ita nefarie à se perpetrata impune fore ratus. Sed Proceres, clam eo dissidia composuere: deinde conuentu indicto eum citant. Renuentem, arce in qua se continebat expugnata, inuitum in ius protrahunt, obiecta non purgantem in vincula coniiciunt, in quibus sibi mortem conscíuit, ne diutius superesset ad ludibrium.

Anno 622. Mahomet fit dux & caput Arabum, qui vna cum ipso vrbe Mecha excesserant: regnauit 10. annis Arabicis, mens. 2. diebus 12. vt habet Chronicon Saracenorum.

Hinc Saraceni computant annos Albigeræ, id est, peregrinationis vel expeditionis primæ Mahometi. Erasmus Reinholdus ab initio annorum Christi vsq; ad æram Mahometicam numerat annos Iulianos 621. dies 195. Et D. Crantzemius, quem in rerum Turcicarum consignatione, præter cæteros scriptores, libenter sequimur, refert

Epocham

Epocham Turcicam ad 15. Iulii, qui tum fuerat dies Iouis.

Anno 622. Eſt annus à morte Iſmaelis 2420. à diluuio 2936. condito templo Salomonis 1658. condito templo ſecundo 1140. regno Cyri 1180. eius morte 1150. à regno Philippi Macedonis 980. id eſt, bis 490. à Monarchia Alexandri Magni 950. Iulii 668. Auguſt. 650. à collocato idolo Iouis in templo Dei 787. eodem repurgato 784. ab excidio Ieruſalem ſub Tito 550. plenis: à morte Chriſti 588. coronatione Herodis 660. à condita ac dedicata Conſtantinopoli 290. ab expeditione Xerxis in Græciam 1100. ab aduentu Æneæ in Italiam 1800. Hinc ad natum Carolum Magnum 120. Regnum Othomanni Magni Regis Turcarum 678. captam à Turcis Conſtantinopolim 831.

Anno 622. Hic ipſe annus eſt Medium inter natalem Conſtantini Magni, & inter mortem Othonis Magni: vtrinq; diſtat an. 350. Item eſt medium inter Monarchiam Auguſti, & imperium Rodolphi Habſpurgii, vtrinque diſtans annis 650.

272	622	3942	622
350	350	650	650
622	972	4592	1272

Anno 622. à Roma condita huc vſque completi ſunt 1372. id eſt, vicies octies 49. à Mundo condito 164. Cycli annorum 28. Item eſt annus à Iuliana anni emendatione 666. Et in huius æſtate incipit Olympias 350.

Anno 622. Initium Albigeræ, ſiue æræ Turcicæ.

Anno 622. Heraclius anno 12. imperii, indictione 10. die 4. Aprilis celebrata ſolennitate Paſchali, feria ſecunda Paſchatis mouit in Perſas, adſciſcens Turcorum & aliarum nationum auxiliares copias. Hoc bellum Heraclii cum Chroſroe Perſarum Rege, fuit ſexennale. Cedr. Diac.

Anno 627. Choſroes Perſarum Rex, filium Iuniorem

Mardasam, neglecto primogenito Siroe, regno inaugurarurus, capitur à Siroe, in carcerem detruditur, fame cruciatur, maligne suppeditato pane & aqua, à Sattapis conspuitur & contumeliis adficitur, spectator est necis Mardasæ ac reliquorum filiorum, & post paucos dies ipse quoq; sagittis confictur. Sic inter spicula nequissimam animam reddidit, qui conuiciorum ac blasphemiarum tela in Christum crucifixum eiaculatus fuerat, & arma impia ei intulerat. Siroes regno potitus pacem firmam cum Heraclio Imperatore composuit, & captiuos omnes, quotquot in tota Persida carceribus inclusi tenebantur, reddidit vna cum Hierosolymitano Patriarcha Zacharia & ligno S. Crucis, quod Persæ ante annos 12. Hierosolymis abstulerant. Ced. Diac. Zon.

Anno 627. Eduinus Anglorum Rex à Paulino Episcopo baptizatur, vna cum suis nobilibus ac plebe plurima, die Paschatis, 12. Aprilis, indictione 15. Eboraci: anno aduentus Anglorum in Britanniam circiter 180. Beda hist. Angl. l. 2. c. 14.

Anno 628. Heraclius facta pace cum Siroe, & sexennali bello feliciter confecto, lætus Constantinopolim reuertitur, & à filio Constantino, totaque populi occurrentis, & exultantis multitudine cum plausu faustisque acclamationibus splendidissime excipitur, & in regiam deducitur. Cedr. Zon. Diac.

Anno 629. Heraclius Hierosolymam proficiscitur, reportans eo S. Crucis lignum, & actis Deo gratiis, votisque persolutis, Patriarcham Zachariam sedi suæ restituit. Omnes Ebræos vrbe sancta expulit, adiuncto edicto, ne iis intra tertium milliare adire eam liceret. Cedr. Diac. In huius diuini beneficii, victoriarumque Heraclii in Persida memoriam, institutum est Festum Exaltationis Crucis, 14. Septemb. quotannis celebrandum.

Anno 630. Iubilæus mundi 92. Mosis 24. prædicationis Christi 12.

Anno 630. Athanasius Iacobitarum Patriarcha Heraclium

clium Imp. infecit errore Monotheletarum, qui statuebant, in Christo vnam voluntatem, vnamq; operationem: vnde illi astute ratiocinabantur: in Christo esse vnam naturam. Nam vbi vna actio vel operatio reperitur, ibi vna natura cognoscitur, exceptis nominibus officiorum Christi, quæ sunt vtriusque naturæ. Diac. Cedr.

Anno 630. die prima Octobris obiit Allouuinus Bauo Gandaui. is fuit Hasbaniæ Comitis Agilulphi filius, ex prædone factus monachus per Amandum Elnonensem.

An. 632. Eralmus Reinholdus hinc orditur æram Persarum, dictam Iesdagert.

An. 631. S. Columbano Italiam petente, S. Gallus apud Sangallum remansit, ibiq; cellam suam construere cœpit. Conttactus.

Anno 632. De Saracenorum irruptionibus in Phœniciam, Ægyptum, Palæstinam & Mesopotamiam, quę annis insequentibus acciderunt; vide Cedr. Diac. Zon. & rerum Saracenicarum scriptores.

Anno 633. Amandus Gaudaui prædicat, eosq; ad veram conuertit religionem, auspiciis Martini P.M. & Dagoberti regis Franciæ.

Anno 633. pridie Idus Nouembris D. Leuinus obtruncatur in pago Brachbatensi apud Helscham, ob prædicationem Euangelii.

Anno 634. die 23. Augusti Christiani prælio congressi cum Saracenis apud Emesam Syriæ succumbunt, anno 24. Heraclii Imp. sub quo sane potentia Saracenorum mire inualuit, occupata Persici regni parte & Mesopotamia aliisq; vicinis regionibus.

Anno 636. Scotiæ creatus rex Donaldi, qui & patris laudibus & Ferchardi fratris exitio admonitus, nihil maiori studio egit, quam vt verum Dei cultum tueretur.

An. 641. Dagobertus anno regni nono, orto inter Auares & Bulgaros forte tumultu, quod per interregnum vtrique regem ex suo corpore ambirent, Bulgari victi patriaque pulsi virorum admodum 9. millia cum vxoribus &

liberis, sedes à Francis ipsis hostibus petunt. Rex se deliberaturum ostendit, interim in proxima Boica hiemarent. ibi sparsim per vicos hospitio exceptos, vna omnes nocte incautos iubet opprimi. superfuit vnus Alticeus, qui coacta 700. manu ad Valduccum Slauum fugiens, insidiantis perfidiam euasit.

An. 649. S. Eligius Lemouicensis, constituitur Episcopus Nouiomagensis, Flandrosque fere omnes conuertit ad Christum.

Anno 650. electus in regem Scotiæ Ferchardus Ferchardi filius. cum in alienos passim sæuitia & rapinis grassatus fuisset, tandem in suos furorem vertit, iugulata vxore, & stupratis filiabus. ob quæ scelera cum excommunicatum Proceres coirent ad eum puniendum, inhibuit S. Colmannus Episcopus, professus breui vindictam diuinam instare. Et vero inter venandum post dies paucos à lupo vulneratus in febrim incidit. cumque à solita intemperantia non abstineret, morbo tandem pediculari corpus exedente, exclamasse fertur, merito sibi hæc euenire, qui bene monentem Colmannum non audisset: agnitoq; errore in publicum vili in veste indutum in lectica proferri iussit, palamq; sua scelera fassus interiit anno Chr. 668.

Anno 652. 10. Kalend. Octobr. per omnia membra excarnificatus misere periit S. Emmeranus. Hæserat apud Boios iam triennium, cum diuino spiritu adflatus iter Romam adornat. Vta Theodonis IV. Principis filia, ex Sigibaldo primariæ nobilitatis iuuene ventrem ferebat. vterq; Emmeranum adit, opemque implorat. Episcopus grauiter increpitis, criminis in se transferendi potestatem facit: & vero accepto commeatu viam ingreditur. Iam triduum abierat, cum Vta stuprum passa, absenti imputat. Pater vix præ ira ferro abstinet. mentis potens bonis exutam in Italiam mittit exsulatum. Lanbertus frater iuuenta feruidus & sororis contumelia accensus Emmeranum insequitur, adsequitur Helfendorfi, quo vltro subsiterat. reperit vna cum clericis vacantem statis tertiæ horæ precibus: Mox pro-

productum acerbe increpitum, scipione petiit, ac satellitibus cedit excarnificandum.

Anno 661. Obiit D. Amandus Episcopus octauo Idus Februarii, die Dominico, Indictione 4.

Anno 664. Obiit sancta mulier Getrudis Niuigelana.

Anno 665. die 1. Decembris obiit D. Eligius Tornacensis Episcopus. is quod esset aurifex, Dagoberti Regis impensis, auro & gemmis exornauit sepulcra SS. Dionysii, Rustici, Eleutherii, Martini, Brixii, Germani, Seuerini, Piatonis, Quintini, Luciani, Genouefæ, Columbæ, Iuliani, Chrisolii, Crispini & Crispiniani.

An. 668. creatur rex Scotiæ Malduinus, quem vxor, ob suspicionem de pellice strangulat anni gubernationis 10. quarto post die & ipsa viua cremata.

Anno 668. D. Audomarus patria Constantiensis, fit Episcopus Morinorum, summisque laboribus ad orthodoxam reduxit pietatem magna ex parte in veterem relapsos idololatriam.

Anno 669. Indictione 2. mense Ianuario, datum priuilegium à Martino I. cænobio Blandinensi h. e. D. Petri Gandauensis.

An. 670. In Cameracensibus Maxelendis virgo Christi, ab proco quodam suo, quod adsentiri illi nollet, interfecta.

Anno 679. Childericus Rex Franciæ superbia sæuitiaq; odiosus populo, inter venandum occiditur à Bodillo, quem antea palo alligatum virgis ceciderat. mox ne vindex quis suboriretur, Blitildem quoq; reginam vterum ferentem interemit.

Anno 680. Iubilæus mundi 93. Mosis 43. prædicationis Christi 13.

Anno 680. Monotheletæ, ponentes vnam in Christo voluntatem ac operationem, refutantur & damnantur in 3. Synodo Constantinopolitana, quæ incoata mense Nouembr. durauit vsq; ad 681. finem, ideoque à scriptoribus ei adsignatur indictio 9. & 10. Distat hæc Synodus à Ni-

cena 356. à Constantinopolitana prima 300. ab Ephesina 250. à Chalcedonensi 230. Tot ferme annis grassatum est in Ecclesia virus Eutychianum.

Anno 686. Heraclius Iustinianus, vltimus è stirpe Heraclii, Imp. an. 10. Ced. Zon. In libro Conciliorum copulatur secundus Iustiniani cum indict. 15. (687. Christi) & apud Bedam 4. Iustiniani cum 689 & indict. 2.

Anno 686. Hoc anno Iulianus Pomerius, Archiepiscopus Toletanus, scripsit tres libros, quos hodie legimus, aduersus Iudæos. Vbi de æra Conciliorum (de qua supra 3933.) ita scribit: Æra, inquit, inuenta est annis 38. ante, quam Christus nasceretur: & nunc est Æra 724. detractis igitur 38. ab æra, residui erunt à natiuitate Christi anni 686.

Anno 688. regnum iniit apud Scotos Eugenius V. qui quarto imperii anno, cum dissuadentibus amicis in Pictos duceret copias, ab eis fugam simulantib. in insidias tractus, cum suis omnibus concisus est.

An. 691. Zeno Diaconus Basilicæ D. Ioannis Baptistæ indutus armis regalib. occiditur in pugna tanquam si Cunibertus esset ab Alachi exercitu. Diacon. lib. 5. c. 40.

Anno 692 creatur Rex Scotiæ Eugenius VI. sub quo septem dies per totam Britãniam sanguine pluisse tradunt, conuerso etiam lacte, caseo, butyro in sanguinem.

An. 695. Defunctus est Audomarus Morinorum Episcopus, sepultusq; in cœnobio suo apud Sithiu, quod oppidum exinde, eius nomine insigniri cœpit, dictumque S. Audomari.

An. 696. Iustinianus Imp. à Leontio patricio deiicitur imperio, & abscisis narib. relegatur Cherionam, vbi prope decennium exul vitam miseram & calamitosam egit. Cognominatus fuit Rhinotmetus, à præciso naso. Cedr.

An. 696. Hoc anno terminatur historia Pomponii Læti, quam ille his verbis claudit: Soli Heraclio, inter omnes Romanos principes contigit, vt in vna stirpe Sextus Augustus legeretur. Præfuerunt omnes an. 87. (rectius 86.)

Anno

Anno 696. Leontius Imp. an. 3. Cedr.

Anno 699. Exercitus Romanus mota seditione Apsimarum creat imperatorem, eumque Tiberium nominat. Leontius imperio deturbatur, & præciso naso in monasterium detruditur. Cedren.

An. 699. Dodo interfector D. Lamberti Episcopi, exeso à vermibus toto corpore, absumptus.

Anno 700. Tiberius Apsimarus Imp. an. 7. Ced & alii. Romani peruagati Syriam, ad ducenta millia Arabum, vt fertur, interfecerunt. Cedr. Diac.

An. 702. eligitur in regem Scotiæ Amberkelethus Findani filius, Eugenii V. nepos: qui cum initio miram simulasset temperantiam, mox in omnia simul prorupit flagitia. hac occasione arrepta Picti Scotos inuadunt. Amberkelethus tandem prope cõuiciis excitatus, cum arma sumpsisset, noctu dum necessitatem naturæ cum duobus famulis egreditur, sagitta, incertum à quo missa, occiditur, nondum expleto regni biennio. sunt qui tradant, dum hostes in silua densa vrgeret, sagitta vulneratum, decimo post die exstinctum.

Anno 704. Creatur rex Scotiæ Eugenius VII. in castris oppositis Garnardo Pictorum Regi: qui bellum induciis sustulit, accepta in vxorẽ Spondana Garnardi filia. Eius institutum fuit, vt in cænobiis res gestæ Regum, memoriæ mandarentur. obiit perpetuo pacificus regni anno 17.

Anno 706. Iustinianus Iunior, Trebellii Regis Bulgarorum opera & auxilio, imperium recipit: Tiberium Apsimarum, & Leontium vinctos per vrbem in pompa ducit, eorumque ceruices pedibus calcat, plebe acclamante: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & Leonem ac Draconem conculcabis. Inde eos capite truncari iussit: & in omnes aduersæ factionis conscios grauissime animaduertit. Cedr. Diac. &c.

Anno 712. Philippicus Imp. an. 2. mens. 9. Diac.

Hic sextæ Synodi Decreta abolere Antisynodo congregata contendit, gratificaturus Monacho, qui imperium ei

vaticinando promiſerat, & hoc ipſum prædictionis præmium petiuerat. Cedren.

An. 712. Aripertus Langobardorum Princeps è pugna contra Theodibertum profugus onuſtuſque ex regia gaza auro, hautitur gurgite fluminis quod nando traiiciendum erat. Hic grandi iuſtitiæ documento, ciuitates diſſimulato habitu per noctem circumire ſolitus, omnium de ſe deque iis quos iuri dicũdo præfecerat rumores aucupabatur, prudentia prope altiore; exteros legatos nullo apparatu, non vino, non epulis lautioribus, viles ipſe pelles indutus, contra quam Reges ſolent, excipiebat, ne domum ii reuerſi, fama Italicæ opulentiæ populares ad eius ſoli cupiditatem exſtimularent : quam Gallis alpes traiiciendi aliquando cauſſam extitiſſe ſcire poterat.

Anno 713. 13. Kalend. Maii obiit Vrſmarus abbas Lobienſis, multa fulgidus ſanctimonia.

Anno 715. Pridie Pentecoſtes Philippicus Imp. ab Anaſtaſio ſecretariorum principe capitur, & oculis priuatur. Die Dominico Pentecoſtes Artemius regno inauguratur, eique Anaſtaſii nomen inditur. Cedr. Zona.

Anno 715. Artemius Anaſtaſius Imp. an. 1. menſ. 3. Diac. Zona.

Anno 716. Theodoſius creatur imperator : Artemius Anaſtaſius capta Conſtantinopoli pro purpura induit Monachi habitum, & Theſſalonicam deportatus Monaſterio includitur. Cedr. Zonar. Diac.

Anno 716. Theodoſius Adramyttenus Imp. menſ. aliquot.

Anno 716. Theodo Princeps, Boiorum primus, peregrinationem ad Apoſtolorum limina inſtituit : quo paullo ante Anglici reges eadem de cauſſa venerant, & exemplum valuiſſe putandum, ne in Italiæ propemodum veſtibulo poſitus, ab extremis Britannis iſto officii genere vincerentur.

Anno 717. S. Bonifacius Germanis verbum Dei prædicat. Sigeb.

Anno

Anno 717. Theodosius audiens Leonem Isaurum salutatum esse Imp. ab exercitu, accepta prius securitatis ac salutis fide, citra dimicationem imperio cedit, & vna cum filio factus Clericus reliquum vitæ tranquille exegit. Zon. Ced. Diac.

Anno 717. Leo Conon Isaurus, Iconomachus dictus, Imp. an. 24, mens. 2. d. 25. Cedr. Diac. Principium Leonis huc pertinere demonstratur ex lib. Conciliorum, vbi 5. Leonis est indictio 2. (719.) septimus est indictio 6. (723.) Diacono 4. Leonis est indictio 3. (720.) Idem expresse ait, Leonis imperium cœpisse 8. Calend. Aprilis. Indict. 15. id est, 717.

Anno 718. 13. Xalend. Aprilis die Dominico, factum est prælium Vinciacense in Cameracensibus, quo victor Carolus Martellus Chilpericum regem ac Ramanfredū magistrum Equitum Lutetiam vsq; insecutus est. Hi Franciam adfectabant contra Dagobertum II.

Anno 718. Ratholdus Dux Frisonum baptizandus à Vulfrando Episcopo, cum vnum pedem haberet in Baptisterio, interrogat vbinam plures forent maiorum suorum, in inferno, an in Paradiso? vt audit in Paradiso, etiam alterum pedem extrahens, Satius est, inquit, vt plures quam pauciores sequar.

Anno 720. Carolus Martellus, Caroli Magni auus, in Francia rebus præclare gestis nomen suum ad omnem posteritatem nobilitat. Fuit Maior domus, id est, Palatii regii siue aulæ Præfectus, de quo multa scriptores Gallici & alii. Pleriq; numerant Martelli annos ab anno Christi 714. quo obiit Pipinus pater eius.

Anno 720. Mordacus Amberkelethi filius fit Scotiæ rex, non in pace modo colenda, sed monasterijs etiã iuuandis Eugenii æmulus. obiit regni anno 16.

Anno 720. obiit D. Vulfrannus Pontifex Senonum, cuius corpus adseruatur Gandaui in monasterio Blandinensi.

Anno 720. traiecto Danubio Carolus Martellus rex

Francorum mouet in Boios. pace constituta abiit victor: sed statim rebellatum: & rebelles iterum victi, gazaq; ingens de Boiis parta.

Anno 725. Bedæ Chronicon à Mundo condito huc vsq; perductum terminatur 9. anno Leonis, & alicubi ait se ista scribere 725. Christi.

Anno 725. Leo Imp. cœpit εἰκονομαχεῖν, id est, euertere Sanctorum imagines, quæ res maximis in Ecclesia & Repub. turbis occasionem præbuit. Nam post 3. aut 4. annos Gregorius II. Rom. Pontifex, icto cum Francis fœdere, à Leone defecit, & ne vrbis Romæ & Italiæ tributa annua ei penderentur, interdixit atq; inhibuit. Ex eo tempore Romani Pontifices ad Francos respicere cœperunt, neglectis Græcis Imp. Cedren. Diac.

Anno 727. Aquitani socordiam Regum Galliæ non ferentes, Eudonem sibi Aquitaniæ ducem eligunt; quem tamen Chilperico iunctum Carolus Martellus Franci nominis vindex in ordinem redigit. Cæterum eius iniuriæ memor Eudo paulo post Saracenos ex Hispania in perniciem Martelli euocat.

Anno 729. Burdigala à Saracenis capta & misere spoliata, nec non & ceteræ vrbes vicinæ. tuncq; & monasterium S. Crucis ordinis Benedicti à Barbaris in suburbio diruptum.

Anno 730. Iubileus mundi 94. Mosis 44. prædicationis Christi 14.

Anno 730. Carolus Martellus Sarracenos ex Hispania contra se euocatos ab victo Eudone superat ante vrbem Turonem, transeunte ad se Eudone cuius etiam ditiones exusserant, cecidere ad 3075. millia, in quibus & Rex eorum Abdirama. è nostris desiderati tantum 1050.

Anno 730. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus præfuit Episcopatui an. 26. moritur 755.

Anno

Anno 730. Etfinus Eugenii VII. filius ſuſcipit regnum Scotiæ, idq; per annos 31. in ſumma tranquillitate continet. Iam ſenior, cum per ſe non poſſet, 4. præfectos dedit, qui ius populo dicerent. ſub iis facinoroſi reſumpta licentia, vel magiſtratuum negligentia, vel vt quidam crediderunt, culpa, omnia miſcere cœperunt.

Anno 731. hiſtoria gentis Anglorum, à Beda conſcripta, deſinit. Appendix à quodam adiecta eſt.

Carolus Martellus 732. vincit in prælio Eudonem Ducem in Vaſconia, principatuq; ac vita ſpoliat. anno ſequenti victis Vaifero & Hunoldo filiis Eudonis Aquitaniam ſubigit. at 734. ducto in Friſiam exercitu, Poponem ducem in acie cædit. gentemq; ſubigit.

Anno 733. Eclipſis Solis facta 18. Calen. Septemb. circa horam diei tertiam, ita vt pene totus orbis Solis, quaſi nigerrimo ſcuto, videretur eſſe coopertus. Beda in Epit. hiſtoriæ Angl. pag. 206.

Anno 737. obiit Wigbrodus Epiſcopus Traiectenſis in Friſiis, natione Anglus, nominatus ab Sergio I. Clemens.

Anno 739. per reges Siſebutum & Dagobertum expulſi Hiſpania atq; Gallia Iudæi: quo etiam tempore Carcombertus Anglorum rex ſublatis idolis Anglos vera imbuit religione.

Anno 741. Annales Francorum complexi annos 88 incipiunt.

Anno 743. Ogdilo Dux Bauariæ, rapta ſorore Pipini, contra eum rebellat; quem Pipinus ſanguinolenta pugna ſuperat. Sigeb.

Anno 746. Carolomannus Caroli Martelli filius huius mundi gloriam & bona caduca contemnens, Romam proficiſcitur & fit Monachus, Pipino fratri ditiones ſuas relinquens. Fran. Annal.

Anno 748. Pipinus Grifonem fratrem rebellantem in Saxonia, complicesq; eius Thassilonem Lanfridum & Sindigerum bello victos capit. & Thassilonem quidem Bavariæ imponit, Grifoni vero concedit 12. Comitatus in Neustria: quod ei non sufficit, sed fugit in Aquitaniam ad Waiferum: perimiturq; à fratre 751.

Anno 749. Rachis Langobardiæ rex, dum Romæ imminet fœdere rupto, Zachariæ Papæ suadela, non solum à malo abstinet; sed cum vxore ac filiis monachus fit.

Anno 750. 4. Kalendas Ianuarias obiit S. Hilduardus, Leucorum, h. e. Tullensium Episcopus, in agro Teneramundensi.

Anno 750. Pipinus Francie Rex.

Childericus Francorum Rex à Pipino apud Zachariam Rom. Papam accusatur, quod solo Regis titulo contentus ociosam vitam degeret, & muneris sui officiis neglectis curam omnem regni in ipsum Pipinum reiiceret: Itaque iussu Zachariæ Pipinus appellatur Rex Francorum, & Childericus rex tonso capite in monasterium detruditur, vbi & vitam finiit, vltimus primæ stirpis Regum Francorum, qui ex eadem familia annis 331. à Pharamundi principio recta linea inter se successerant. Nam Gallici scriptores in Regum suorum familiis tres mutationes numerãt: primam à Pharamundo vsq; ad Pipinum annorum 331. Secundam à Pipino vsque ad Hugonem Capetum Comitem Parisiensem annorum 237. Tertiam ab Hugone Capeto vsque ad nostra tempora.

Pipinus, Caroli Magni pater, à S. Bonifacio Archiepiscopo vngitur in Regem Francorum, regnat ann. 18. Fran. Sigeb. Schaff. Regino. Plurimi tamen ad sequen. ann. 751. referunt Pipini coronationem. Verum in historiis Regum Franciæ discrepant annotationes vnius anni spacio, propter annorum Christi radicem aliter atque aliter fixam & constitutam, de qua lite pronuncient alii, per nos potest quisq; sequi, quod iudicauerit esse rectissimum. Chronologis

Digitized by Google

logis paratum est præsidium in duabus voculis: inclusiue & exclusiue, vel anno currente aut completo: quibus omnia inextricabilia expediunt,& nodum Gordium secant.

Est annus Romæ conditæ 1501. vbi obserua, paria esse spacia à Roma condita ad natum Christum,& à nato Christo vsq; ad Pipinum:& rursus à Pipino ad natalem Caroli V. Imp. nempe annos 750.

3219	750	anni N. C.
750	750	à Pipinio ad Carolum.
3970	1500	natus Carolus V.
750		
4720		

Hinc ad mortem pii & docti Roberti Regis Franciæ anni 280. ad vesperas Siculas 532.

Anno 753. Hidulphus Treuirorum Episcopus monasticæ vitæ desiderio tactus, magistratu vltro abiit.

Anno 754. Bonifacius Archiepiscopus Magunciacensis, natione Anglus, dictus antea Vunefredus, in Frisia prædicans interimitur.

Anno 756. Waiferus rebus suis diffisus, muros vrbium Aquitaniæ solo tenus euertit; quos restaurans Pipinus, ad suorum tutelam fidis committit Principibus.

Anno 756. Pipinus contra Aistulphum Longobardorum Regem, bona Ecclesiæ Romanæ erepta nõ restituentem, duxit exercitum in Italiam,& illum pactis stare coegit. S. Petro etiam Rauennam, aliaq; Italiæ loca donauit.

Anno 756. Aistulphus moritur, cui Desiderius, vltimus Longobardorum Rex, substituitur, qui regnauit ann. 18. Fran. Sigeb. Contract. Frising.

Anno 757. Waiferus filius Eudonis Dux Aquitaniæ, dum vexat res Francorum, vertit in se iram Pipini, à quo bello petitus, fœdere pictæ pacis elabitur.

Anno 760. Gaifarus Eudonis filius, dum Ecclesias tur-

bat,& res nouas molitur contra Pipinum,ab eodem ſignis collatis vincitur.idem à ſuis deſertus,occiditur.767.

Anno 761. Eugenius VIII. creatur rex Scotiæ. licentiamque facinoroſorum aliquot cruentis prælijs refrenat. rebus pacatis in omnia flagitia præceps, poſt tertium regni annum,in cœtu Procerum, omnibus in eius exitium conſentientibus,confoſſus periit.

Anno 764. Ferguſius III. Etfini filius eligitur in Regem Scotiæ, vitiorumque fœditate par Eugenio VIII. pari prope fato functus eſt tertio item anno regni, intoxicatus ab vxore. Alii ſcribunt, cum coniux ei ſæpe exprobraſſet pellicum greges, neque quidquam proficeret, noctu dormientem ab ea ſtrangulatum. cumque plurimi amicorum ea de morte ſuſpecta crudeliter torquerentur; mulier alioqui ferox,tot innoxiorum capitum miſerta, cædem à ſe factam confeſſa, ne ad ludibrium ſupereſſet, pectus cultro transfodit.

Anno 766. Pipinus Rex, Remiſtanium fratrem Eudonis, patruum Waiferi,à quo ad regem transfugerat,& indè tamen ad ipſum redierat,captum à ſuis in bello ſuſpendit in patibulo.

Anno 767. Pipinus rex vltimo exterminio Aquitaniam atterit,Santonas capit, ibique Waiferi matrem, ſorores, nepteſque captas ſecum abducit. at enim Waiferus anno ſequenti à ſuis ſubditis pertæſis malorum in gratiam Pipini perimitur.

Anno 767. creatur Rex Scotiæ Soluathius Eugenii 8. filius,qui niſi tertio anno regni è frigore podagram contraxiſſet, inter optimos reges annumerari poſſet. nihilo tamen minus tumultus,per præfectos, conſilio & prudentia ſedauit.obiit anno Chriſti 787.

Anno 769. Hunaldo in Aquitaniam,meditante res nouas, Carolus Magnus eo tendit,firmatque eam ſibi & ſuis; etiam Vaſconiam quo confugerat Hunaldus, qui Carolo vna cum vxore deditur à duce Lupo Vaſcone. at idem anno 771.

no 771. Romam pergit, tanquam ibi perseueraturus: sed inde transit ad Langobardos, à quibus paulo post per seditionem obruitur lapidibus.

Anno 769. Desiderius rex Longobardorum, sub obtentu orandi, Romam ingressus, aliquot nobiles Romanos captos excæcat.

Anno 770. Carolus Francorum Rex matrimonium inire cupiens cum Berta Desiderii Langobardorum filia, ad se in Galliam euocat, mire dissuadente Stephano P. M. asserente Langobardos gentem perfidam, pollutam, ex qua tantum gignantur leprosi. Ergo Carolus persuasus à Papa, anno sequenti, ducit Hildegardin Sueuam.

Anno 771. Carolus accepto nuncio de Carolomanno fratre suo 4. Decemb. extincto, ex hoc tempore regnare cœpit solus an. 42. Schaff. Franc.

Anno 771. Constantinus Imp. contra Bulgares nauali prælio pugnaturus, nauibus bis mille Aquilonis impetu contritis, totum pene amisit exercitum.

Anno 772. Carolus Magnus Saxoniam primum bello aggressus est, & Idolum, quod à Saxonibus vocabatur Irminsul, euertit. Annal. Fran. Schaff. Cranz.

Anno 772. Est annus à Beli R. Assyrii principio 2900. à morte Cyri 1300. à Monarchia Alexandri 1100. Augusti 800. ab imperio Vespasiani 701. à nato Constantino Magno 500. Estque ætatis Caroli 30. plus minus completus.

Anno 773. Hadrianus Papa impar viribus Desiderii Regis Langobardorum, Pontificias vrbes vndiquaque occupantis; invocat opem operamque Caroli Magni: qui legationibus primum agit, conatus persuadere sua Pontifici restitueret: post etiam ei ingentem offert vim pecuniæ vt pacem cum Pontifice colat. Vt nihil efficit, mense Octobri ingreditur Italiam manu armata. Papiam occupat, regem fugat.

Anno 773. Carolus Magnus ſecundo Romam venit, ſynodum conſtituit cum Hadriano Papa, aliiſq; 153. religioſis Epiſcopis & Abbatibus; in qua Papa cum vniuerſali ſynodo dedit ei ius eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem, dignitatem quoq; principatus. Inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos per ſingulas prouincias ab eo inueſtituram accipere definiuit; vt niſi à rege laudetur & inueſtiatur Epiſcopus, à nemine conſecretur, omnes huic decreto rebelles anathematizat, & niſi reſipiſcant, bona eorum publicat. Sigebertus.

Anno 774. Finis regni Longobardici in Italia.

Deſiderius Longobardorum Rex à Carolo Magno captus in exilium mittitur. Ita Longobardorum in Italia regnum ad Francię Reges tranſiit anno 206. poſt, quam Longobardi Italiam primum intrauerant. (Vide 568.) Franc. Sigeb. Regin. Eſt annus 800. appellationis Auguſti.

Anno 774. Paulus Diaconus iuſſu Caroli Magni concinnat hiſtorias ac lectiones de Sanctis. antea fuerat à ſecretis Deſiderio regi. ſed accuſatus, quod ei fugam muniiſſet, imitando Caroli manum, damnatus vt præcidatur ei dextra, in ſcripturæ elegantis gratiam Carolus ei pœnam remittit: mauultq; hominem ſibi amicum quam hoſtem, ob poſteritatem.

Anno 775. Conſtantinus Copronymus Orientis Imp. moritur menſe Auguſto, indictione 13. (775.) Diac.

Anno 775. Leo filius Copronymi, Imper. anno 5. Zon. Diac.

Anno 777. Telericus Bulgarorum rex Conſtantinopolim cum ſuis venit; initiatur religioni Chriſtianæ: fit patricius, & honeſtatur nobili matrimonio.

Anno 778. Alcuinus, ſiue Albinus Flaccus, qui in puericia ſua docuerat Eboraci in Anglia, & legatus ad Carolum miſſus, ibidem manſerat, eumq; inſtruxerat in Dialecticis Rhetoricis atq; Aſtronomicis, iubetur à Carolo emendare ſacra Biblia, deſcribentium vitio falſata.

Anno

Digitized by Google

Anno 778. Carolus proceres Francos qui in angustiis Pirenæorum Vasconum perierant insidiis, Burdigalæ sepeliendos curat. Corpus vero Rolandi, præfecti litoris Britannici, tumulari voluit Blauiæ in Basilica D. Romani, eius ense appenso, quem Durandal vocant, item posito ad pedes sepulcri cornu: quod tamen postea in templum D. Seuerini Burdigalæ translatum est. Annales Burdegalenses.

Anno 779. Childericus Rex, superbe sæueq; imperans odium in se vertit populariũ. eum mota seditione Bovillus, quem aliquando alligatum palo virgis ceciderat, inter venandum adortus occidit: moxque, ne vindex exoriretur Blitildem quoq; reginam vterum ferentem interimit.

Anno 780. Iubilæus mundi 95. Mosis 45. prædicationis Christi 15.

Anno 781. Vilibaldus Eistadiensis Episcopus moritur Nonis Iulii.

Anno 781. Irene Leonis Imp. Constantinopolitani vidua, mater Constantini, legatos expedit ad Carolum Magnum, petentes filiam filio suo. quorum nonnulli ibidem remanent, qui ipsam, & linguam Græcam & mores docerent.

Anno 782. Aribo Frisingensis Episcopus fatis concessit.

Anno 782. Carolus Magnus Magdeburgi subuertit idolum Veneris, & subactis Saxonibus Ostphalis in Westphaliam redit, ibiq; rem constituit.

Anno 783. Victi à Carolo Magno Saxones, traductiq; magno numero in Belgicam. multi ex iis Lyderico Flandrici litoris custodi attributi, vt per illum in fide officioq; Francorum continerentur. hi omnes erant capita gentis, & in quibus aliquid eluceret dignitatis. traducti autem cum liberis vxoribusq; è contra ex Belgico multæ admodum familiæ in Saxoniam velut in Coloniam emigrarunt, quo vicinos suos continerent.

Anno 783. Elipandus Toletanus Episcopus incidit in heresin Nestorianam, familiaritate Sarracenorum: opponunt se quidam illi: toleratur tamen in Episcopatu ad decennium.

Anno 783. Hildegardis Caroli Magni Imp. vxor è vita abiit. quam vt domi pernobilem, Sueuam origine fuisse satis constat; sic sunt qui Andecsii in Boica, matre Regarda Andecsensi Comite natam esse contendant. Fidem adhibere Theganus vetat, à quo Imma, Gotofridi Alemanniæ Ducis proneptis Hildegardim peperisse planè traditur.

Anno 783. S. Emmerani magni operis Basilica Reginoburgi à Simperto absoluta.

Anno 785. Hoc demũ anno Saxones à bellis quiescentes, & apostasiæ culpam deprecantes, à Carolo Magno veniam & impunitatem impetrant, & vna cum Witikindo Duce suo baptismum & Christianismum suscipiunt. Ann. al. Fran. Regino, &c.

Cranzius in Saxon. refert, Saxonum principes pro insignibus in militaribus vexillis gestasse pullum equinum atrum ante baptismum: Candidum vero post baptismum.

Anno 787. Factus est rex Scotiæ Achaius filius Etfini; sub quo inita amicitia inter Scotos & Francos, dum Carolus Magnus inde accersit qui Philosophiam Lutetiæ Græce ac Latine docerent. obiit 809.

Anno 788. Constantinus Imperator, impulsu matris Irenes, Caroli filiam repudiat, ducitq; Mariam Armeniam: inde odium in Francos natum erat, quod Carolus Ducem Beneuentanum clientem Imperatoris Constantinopolitani sibi subiugarat. eundem Ducatum dum Græci hoc anno inuadunt, turpiter vincuntur à Caroli filiis.

Anno 788. Thassilo Dux conuictus pactiones ihisse cum Hunnis, & inibi esse vt itetum turbas daret Germaniæ, damnatus omnium sententiis in Concilio Ingelhemensi, habitum vna cum filio Theodone mutat, conditurq; Lautilla prope Wormatiam, à Cancore Comite ante annos

amplius

amplius 20. ædificatum. Horum omnium malorũ ei fons & origo fuit vxor ambitiosissima Luitburga.

Anno 789. Carolus bellum intulit VVilsis Vandalis. Cranzius.

Anno 789. Aldegisus Desiderii regis filius, qui patre victo ad Græcos perfugerat, eorum subnixus auxiliis venit in Italiam, aut ad regnum repetendum, aut ad inferendam vltionem. sed inito bello cum Francis, detentus ab eis, amara perimitur morte. Sigebertus.

Anno 790. Constantinus Irenen matrem captã 6. Idus Nouemb. imperio se abdicare coegit, & solus imperauit an. 6. mens. 9. d. 8. Onuph.

Anno 791. Pipinus Caroli magni regis ex concubina filius, gibbo deformis, à quibusdam Francorum Primoribus illicitur ad res nouas contra Patrem. sed re detecta, tonsuratur, detrusus in monasterium Prumiense. complices exiliantur aut perimuntur.

Anno 792. Franci à Saxonibus cæduntur 8. Iulii ad Luppiam flumen.

Lydericus Comes Harlebecanus, factus est à Carolo Magno Admiralius littoris, item Saltuarius Siluæ Flandricæ 792. 16. kal. Februarias: & ita quidem vt eadem dignitas remaneret in posteros. nactus est istud beneficium ob multa præclara merita: multos enim annos Carolus ac Pipinus Reges strenua ac fideli eius operâ vsi fuerant; maxime aduersus Sarracenos in turanda à Bononia Antouerpias vsq; maritima Belgarum ora. Annales Meyeri.

Anno 793. Alfonsus rex Hispaniæ congressus cum Sarracenis; vno prælio trucidat septuaginta millia, liberatq; Hispanos tributo.

Anno 794. Carolus Rex Francorum, eruditus non patria tantum lingua, sed & peregrinis, barbara antiquorum carmina, quibus veterum Regum bella & actus decantabantur scribit, mandatque memoriæ; Mensibus anni iuxta propriam, id est, Teutonicam linguam

vocabula impoſuit: ventos etiam 12. propriis nominibus diſtinxit, cum antea quatuor tantum fuiſſent, dicti cardinales. Sigebertus.

Anno 795. Conſtantinus Imp. repudiata vxore Maria, quam monialem facit, ducit Theodeten cubiculariam, coronatq; menſe Auguſto. hinc tumultus in Eccleſia: dum quidam factum iſtud diſciplina notandum autumant, alii id Imperatoriæ purpuræ condonandum cenſent. vnde aliqui in exilium acti.

Anno 795. Carolus exſtruit Aquiſgrani Baſilicam plurimæ pulchritudinis, ad cuius ſtructuram à Roma & Rauenna columnas & marmora deuehi fecit.

Anno 796. Theodorus Studita, celebris monachus Conſtantinopoli, quod Conſtantini nuptias approbare nollet, relegatur.

Anno 796. Leo Papa mittit Carolo Magno per legatos claues confeſſionis D. Petri, cum vexillo vrbis, rogans vt aliquem è ſuis Romam mittat, qui à populo Romano fidelitatis iuramentum accipiat. Regino Vrſperg.

Anno 797. Irene imperatrix Conſtantinopolitana Leonis I V. Porphyrogeniti vidua an. 7. exilii ſui filium Conſtantinum oculis priuat 16. Auguſti, eumq; imperium abdicare & in carcere miſeram agere vitã coegit vſq; ad mortem, quo die ante quinquennium Conſtantinus Patruis ſuis oculos effoderat. Irene ſola imperauit an. 5. menſ 2. d. 16. Ced. Diac. Onuph. alii ad ſeq.

Anno 799. Leonem Papam celebritatem litaniæ maioris agentem, Romani capiũt, linguam ei oculoſq; eruunt. voce diuinitus reddita vt & viſu, iterum vtraq; radicitus exſtirpant. qui de manibus eorum elapſus ad Carolum fugit; à quo reſtituitur in integrum anno ſequenti. Sigebertus.

Anno 800. 31. Maii putatur obiiſſe ſiti in Pyrenæis fortiſſimis ille heros Rolandus Comes Cænomani, Caroli Magni è ſorore filius, in prælio contra Saracenos.

Anno 800. Romani qui ab Imperatore Conſtantinopolitano

Digitized by Google

politano iamdudum animo desciuerant, accepta modo occasionis opportunitate, quia mulier excæcato filio eis imperaret, vno consensu Carolum coronant per manus Leonis Papæ, Cæsaremq; atque Augustum proclamant: Pipinum vero filium eius collaudant regem Italiæ, die natali Christi.

Anno 800. Turpinus Rhemorum Pontifex Romæ natali Christi à Leone Papa diadema impositũ accipit. Tilius.

Anno 801. Irene Imperatrix Orientis, vt beneuolentiã subditorum sibi conciliaret, remisit omnibus tributa. at hoc rebus suis melioribus facere debuisset.

Anno 801. Caroli Magni Imperium in Occidente.

Exeunte anno Christi 800. Carolus Francorum Rex, qui à rerum gestarum magnitudine & gloria dictus est Magnus, atq; Ecclesiis & Scholis constitutis religionem Christianam in Germania longe lateq; propagauit: Romæ à Leone III. Pontif. Max. consecratur, & faustis populi acclamationibus salutatur Imp. Romanus, & Augustus: die natali Christi incoante annum 801. quam inaugurationem ille primum ita auersatus est, vt affirmaret, se eo die, quamuis præcipua solennitas esset, templum non ingressurum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset. Sic Occidentis imperium ad Reges Francicos transiit. Eginhartus, Regino, Schaff Frisin.

Estque post Augustuli imperium & Odoacris in vrbe Roma regnum, annus 324. à Roma condita 1551. regno Dauidis 1880. regno Salomonis 1840. morte Salomonis 1800. Monarchia Iulii 846. Augusti imperio 841. eiusdem Monarchia 829 Hinc ad natalem Caroli V. Imp. 700. ad eius coronationem 720.

Anno 802. Carolus Imp. mittit Constantinopolin pro pace & concordia ineunda, & simul de coniugio contrahendo cum Irene; à quibus nec ipsa abhorruit: sed ecce,

dum hoc agitur Nicephorus Patricius vltimo Octobris occupata per vim Constantinopoli Irenẽ imperio deiicit.

Anno 803. Aaron Ammiras cum trecentis millibus contra Nicephorum Imp. adscendit, quem non ferens Nicephorus, turpe fœdus iniit, pactus se ei daturum annuatim tricena millia numismatum, & tria numismata in tributum capitis Imperatoris, & tria pro capite filii sui. Sigeb.

Anno 803. Nicephorus Imp. ad Carolum mittit legatos, ipsumq; conueniunt in Germania ad Salam fluuium, offeruntquẽ pactum faciendæ pacis conscriptum. Eginhardus.

Anno 803. hic Impp. Græcorum Catalogum abrumpemus, & per Imp. Occidentis annorum mundi seriem continuabimus.

Anno 804. Carolus Imp. omnes Saxones trans Albim morantes in Franciam transtulit, pagosq; eorum Abotritis dedit. Sigeb.

Anno 804. Leo Papa iterum in Gallia apud Carolum Natalitia Christi celebrat.

Anno 804. Saxones Transalbinos Carolus Magnus prælijs multis tandem subactos, magno numero traduxit in Galliam: ex quibus Flandriæ Brabantiæq; haud parum accessit incrementi.

Anno 805. Caroli exercitus Boemiam populatur, Duce eorum Lechone occiso. Fran. Annal.

Anno 805. Helmstadium contra Sorabos & Vuilsos munitum à Carolo Caroli Magni filio, postea traditum fuit fratribus cœnobii Werdenæ: quibus sine caussa rebellantibus, sortiti sunt Gulielmum Ducem Brunsuicensem.

Anno 805. Merciorum regnum in Anglia desiit, & ad Elfridum tota Anglia peruenit.

Anno 807. Augustæ Vindelicorum templum ædificatum.

Anno 807. Carolus Imp. lectiones, cuilibet festo conuenientes, ex Patrum scriptis à Paulo Diacono decerptas & collectas per anni circulũ in Ecclesiis legi præcepit. Sigeb.

Anno

Anno 807. Dresda ad Albim contra Bohemos, Numburgum ad Salam contra Sorabos, muniuntur ab Carolo Magno. Auentinus.

Anno 807. venit ad Carolum Magnum legatus Abdelæ Regis Persarum. Venere itē Georgius & Felix, legati Thomæ Hierosolymorum Patriarchæ, varia eaq; pretiosa adferentes munera; in queis mira arte Horologium, vt ingentem nostris rei nouitas incusserit admirationem.

An. 809. Pipinus filius Caroli Saracenos vincit, & Ducis Veneti iniuriis lacessitus, Venetias occupat. Antonin.

Anno 809. Carolus Imp. Venetias Nicephoro reddit, qui nouis & iniustis legibus omnes suos exacerbat, Deiq; iram in se exaggerat.

Anno 809. Congallus patruelis Achaii fit rex Scotiæ, qui cum summa domi & foris concordia quinquennium regnat.

Anno 810. Rex Danorum Godofridus ducentarum nauium classe inuectus in Frisios, raptim omnes regionis insulas depopulatus, opima cum præda domum recurrit.

Anno 810. Nicephorus Imperator Bulgariam ingreditur; & quia nescit temperare victoriæ, à Bulgaris cum multo Senatorii ordinis numero interimitur 13. Iulii Stauratius filius, post eum vno tantum anno imperat.

Anno 811. Moguntiæ pons quingentorū passuum longitudinis trans Rhenum, quem Carolus Imp. per decem annos ingenti labore & mirabili opere de ligno constru-xerat, ita vt perpetuo durare posse videretur, ita tribus horis conflagrauit, vt ne vna quidem hastula super aquam remaneret.

Anno 811. Hemingus rex Danorū moritur; post quem duo inter se de regno contendentes, bello colliduntur, in quo pene vndecim millia Danorum perimuntur.

Anno 812. Carolus Imp. Ludouico filio suo coronam imperialem imponit, & Bernardum filium Pipini regis nepotem suum Italiæ regem facit.

Anno 813. Paulus Diaconus Aquileiensis, Chronicon suum huc vsq; perdux.

Anno 814. Dongallus electus in regem Scotiæ, dum expeditionem parat cõtra Pictos, submersa nauicula in transitu Speię amnis rapidissimi, extinguitur, anno imperii sexto.

Anno 814. Ludouici Pii Caroli Magni filii Imperium.

Anno 815. Leo Papa defuncto Carolo, à Romanis ciuibus iterum exagitatur, villæq; eius ac prædia igne cremantur. Ludouicus Imp. ipsi subsidio mittit exercitum cum Bernardo, quo seditiosi compescuntur.

Anno 815. Hispani plurimi fugientes Saracenorum tyrannidem, fugiunt in Galliam, quibus Ludouicus non modo locum tribuit habitandi, agrosq; quos colerent; sed etiam voluit eos immunes esse à tributo.

Anno 816. D. Iacobi Apostoli corpus, regnante Alfonso Casto proditũ est Compostellæ in Hispania, clara luce aliquot noctibus locum sepulturæ illustrante.

Anno 817. Ludouicus Imp. cum feria quinta ante Pascha domum è templo in arcem rediret, pons cum porticu, senio & carie exesus labitur; cuius casu plurimi Imperatoris satellites atq; comites male affecti sunt: Imperator solus fere incolumis euasit, cutis tantum ad aurem scissa, & lignum cruri impactum.

Anno 818. Bernardus Caroli Magni nepos, filius Pipini, contra Ludouicum Imp. hieme insurgit in Italia, Alpibus occupatis. ex quibus mox eiicitur ab exercitu Ludouici, dedenteinq; se Bernardum & pœnitentem, cum consiliariis suis oculis priuat: Episcopos vero in monasteria detrudit. Bernardus die tertio moritur; 17. Aprilis. cuius crudelitatis valde pœnituit Ludouicum.

Anno 819. Lodouicus Imp. mortua Irmengardi ducit vxorem Iuditham Welphi Comitis filiam.

Anno 820. Alpinus Achãii filius, suscipit imperium Scotiæ, Pictos aliquoties vincit; sed tandem insidiis fugientium circum-

Digitized by Google

circumuentus captuſque, cum proceribus ſuis, crudeliter interimitur, anno regni tertio.

An. 820. Aquiſgrani per diſpoſitionem Imp. Ludouici Epiſcoporumq; & Abbatum, capitula aliquot ad vſus monachorum regularium addita ſunt; & multa ſanctarum Scripturarum compilatione facta, clericorum & clericalium ſanctimonialium regulæ conſtitutæ ſunt.

Anno 820. Peſtis in Gallia graſſatur ob humidiorem aeris conſtitutionem. & quamuis fame laboraretur, frumentum tamen venditum eſt ex conſtitutione Caroli; modius auenæ duobus denariis, hordei & ſiliginis quatuor, farinæ vero ſex. Annal. Franc.

Anno 821. Tanta erat hiems, vt Rhenus, Danubius, Albis, Sequana, Scaldes totos 30. dies glacie concreti equos, plauſtra, carros tranſeuntes ſuſtinerent.

Anno 822. In Thuringia, ceſpes longitudine pedum 50. latitudine 14. altitudine ſeſquipedali, ſine manibus de terra præciſus & ſubleuatus eſt, & vltra pedes 25. translatus. Anno item ſequenti, in Saxonia, tellus in modum aggeris limite vnius leucæ intumuit.

Anno 821. Thomas quidam ſeruus Conſtantinopolitanus profugus olim ad Sarracenos, eiurata noſtra religione, adeo ſtrenuam eis operam nauat in rebus bellicis per annos 25. tantamque ſibi conciliat auctoritatem, vt inſtructus auxiliis Sarracenicis Conſtantinopolin hoc anno obſideret menſe Decembri, continuaretque fere per annum ſequentem.

Anno 823. In territorio Tullenſi villa Comerciaca, puella duodenis poſt communicationem in Paſcha à Sacerdote ſuſceptam, primum per 10. menſes pane, deinde omni cibo & potu per triennium abſtinuit; & poſt ad communem hominum vitam rediit.

Anno 823. Lotharius filius Ludouici Imp. à patre in Italiam dirigitur, aque Paſchali conſecratur in Auguſtum. Paullo poſt Nobiles aliquot Romæ perimuntur, eo quod iuſto proniores viderentur in Lotharium: cuius criminis

ſuſpectabatur & Paſchalis Papa, qui ſe tamen ſuper eo coram populo & Legatis Imperatoris iureiurando expurgat.

Anno 824. Michaelis Imp. Orientis Legati ad Ludouicum Imp. miſſi, intulerunt ſimul libros Dionyſii Areopagitæ Græcos in Galliam.

Anno 825. Synodus Pariſienſis prima Nouembris conuenit, vbi decretum eſt, Imagines ſtulta præſumptione non abolendas, nec aſſertione ſuperſtitioſa adorandas, ſed memoriæ cauſſa habendas. de qua videatur Baronius.

An. 826. die XI Nouembr. feria prima, moritur Theodorus ille Studita defenſor imaginum.

Anno 826. Haroldus Danorum Rex cum coniuge & liberis, plurimiſque Danis, præſente Ludouico Imp. baptizatur Moguntiæ. Cranzius 4. c. 10. alii ad præced.

Anno 826. Azo Aquitaniæ præfectus cum à Ludouico rege defeciſſet, & Saracenos iterum ex Hiſpania euocaſſet in Aquitaniam, per Aldebrandum & Donatum Ludouici legatos profligatur: Burdigala iterum viciniſque vrbibus receptis.

Anno 827. Euphemius præfectus Siciliæ, cum rapuiſſet monialem inuitam ad ſtuprum, & ad pœnam à Michaele Imp. expoſceretur, fugit in Africam ad Saracenos, pollicitus ipſis Siciliam ſi exſtrueretur exercitu iuſto: quod & præſtitit. nec enim ſolum Sicilia potiti ſunt, ſed & magna parte Italiæ, in Apulia & Calabria. Proditor tamen hic à Siculis hac æſtate capite plexus. Cedrenus.

Anno 828. Cum Saraceni ex Sicilia eiici non poſſent, Ludouicus Imp. exercitum mittit in Africam, cuius vaſtatione ipſos redigit vt ad ſua defendenda Sicilia diſcederent.

Anno 830. Iubilæus mundi 96. Moſis 46. prædicationis Chriſti 16.

Anno 830. Incipit Chroniçon Monaſterii Hirſgauienſis hoc

hoc anno fundati, editum à Ioanne Trithemio Abbate Spanhemensi.

Anno 830. Hoc tempore vixerunt Strabus Gloſſæ ordinariæ in S. Bibliis autor: Freculphus hiſtoricus: Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis, autor hymni: *Gloria laus, &c.* quem cum die Palmarum in carcere alta voce cecinisſet, Imperator carcerem transiens, & hymno delectatus, ſtatim eum liberum dimitti iuſſit. Trith.

Anno 1230. ſub Otthone IV. Imp. tota fere Friſia diluuio Oceano tegitur, amiſſis hominum centum amplius millibus.

Anno 830. In Ludouicum Imp. conſpiratio à filiis Cæſaris, Principibuſq; quibuſdam & Epiſcopis facta detegitur. cauſam præbuerat Ludouicus, quod Hiſpanum quendam feciſſet cubicularium, ſuſpectum in Iuditham vxorem eius. Etſi autem deinde illum remouerat, vxore etiam detruſa in monaſterium, tamen filios ſibi reconciliare nequiit; ſed exercitu oppugnatur à Pipino; qui vix demum reconciliatur patri.

Anno 831. Pipinus patri Ludouico ſuſpectus, iubetur apud patrem manere in aula: ſed ipſe clanculum ſe ſubducit.

Anno 832. Ludouicus cum exercitu mouet in Aquitaniam contra filium Pipinum: citatque ad iudicium, & damnat ad carceres. Verum is ereptus à ſuis patrem imperio deiicere conatur, & cum fratre Carolo regnum diuidere.

Anno 833. Ludouici Imp. filii parentem exercitu oppugnant, eoque fraude & inſidiis redigunt vt ſe eis dedat. Igitur abdicato imperio circumducitur à Lothario ex conſilio aliquot Epiſcoporum, quos ipſe pater promouerat, inter quos erat Ebbo Rhemenſis. Vixque interuentu procerum Germaniæ relaxatur, arma & imperium & vxorem accipit, Dominica Lætare 834.

Anno 834. Monaſterium Frauuenmünſter, in ſiniſtra

Limagi situm, ex illustribus Principum Comitumq; familiis, fundatur à Ludouico Imp.

Anno 834. Lodouicus Rex Franciæ à filiis suis Lothario ac Pipino capitur ac custoditur Suessione. quæ res exstitit magnorum motuum atque ingentis calamitatis materies.

Anno 835. Ebbo Rhemensis seipsum indignum iudicat episcopatu, in publico conuentu Metis. Reliqui Episcopi fugere in Italiam. Theodulphus Abbas Floriacensis qui consenserat conspirationi à Bernardo initæ, & Andegaui incarcerabatur, carmen illud *Gloria in excelsis* à se compositum, alta voce Imperatori ad Ecclesiam tendenti accinit: quod adeo placuit, vt carcere liberatus fieret Episcopus Aurelianensis.

Anno 836. Lotharius in Italia Romanam Ecclesiam iniuria afficit. Pater Ludouicus monet vt abstineat: seipsum breui venturum ibidem, sed impeditur à Normannis Frisios infestantibus quos defendere cogitur.

Anno 837. Lotharius Imp. Carolum filium, suasu Iuditha armis cingit, regem creat, & facit Ducem Neustriæ. cui consentit & filius Pipinus.

Anno 838. Pipinus filius Ludouici moritur, relicto sui nominis filio. Iuditha, infensa Ludouico priuigno, persuadet Imperatori, vt sibi constituatur tutor Lotharius, diuiso regno inter Lotharium & Carolum, exclusis Pipino nepote, & filio Ludouico Bauariæ Duce. inde noui motus in Gallia.

Anno 838. Fridericus Episcopus Traiectensis interficitur, iubente Iuditha Augusta, propterea quod eius cum Ludouico Principe nuptias ceu incestas damnasset. Adscribitur autem numero Martyrum.

Anno 838. Kennethus Alpini filius, vt succesſit in Scotia patri, quo facilius Proceres ad bellum Pictorum excitaret, ad cœnam vocat. pernoctantes humi in Aula, substratis frondibus aut herba, adgreditur sopitos per iuuenem, qui Asellorum piscium exuuiis indutus voce per longum canalem

Digitized by Google

nalem emissa, vt longius ad aures perferretur, velut cælitus demissus, eos ad bellum hortetur. Subito expergefacti ad vocem, vt iis tum visum est, humana augustiorem, cum fulgor argenteus è pellibus piscium in semisomnes oculos incurreret; religione tacti, regi rem in maius narrant, qui & ipse sibi similem speciem visam mentitus, omniũ decreto, veluti auctore Deo bellum decernit, euentu admodum felici, Pictis ad internecionem deuictis. Agri eorum pro virtute cuiusque diuiduntur. Ab hac victoria vixit Rex quietissime, promotis finibus ab Orcadum insulis vsque ad vallum Hadriani, annos adhuc 16. in vniuersum 21. ad annum vsque Christi 854.

Anno 839. Ludouicus Bauaricus conuentum agit Procerum suorum Francfurti, conquestus de parentis iniuriis. Parens exercitu collecto conuentum dissipat. Legati vix abeo impetrant, ne filium bello persequatur.

Anno 840. Ludouicus Pius altaria Corturiacum, Putthem, Turhold, Aldenardam, Heynam, Haltrum, Niueliacum, Donsam, Cominium, Spiram, Maldegam, Rodenburgum, Slipias Valdemaro Episcopo concessit, augendo Tornaci Canonicorum collegio: qua ex re magnæ postea ortæ rixæ inter Episcopos & Comites.

Anno 842. Ludouicus & Carolus filii Ludouici Pii fratrem suum Lotharium prælio ad Fontiniacum in Altissiodorensibus vicerunt. Causa discordiæ erat quod Lotharius stirpis maximus spreta diuisione patris Galliam Germaniamq; vna cum Italiæ imperio solus obtinere vellet: cecidit ibi omnis pene Galliæ nobilitas: adeoque accisa est viribus, vt deinde vix se tuerentur contra piratas Normannos Danosque.

An. 843. Lotharius Imp. bello inferior, legatione missa petit à fratribus offensarum obliuionem, & hereditatis partem æquam: quam & impetrat.

Anno 843. à diuisione pergens in Saxoniam, validissimam libertorum coniurationem, dominos, opprimere

volentium fortiter compescuit, auctoribus factionis capitali sententia damnatis. Sigebertus.

Anno 843. Hugo filius Caroli Magni ex Reguina concubina, Verumanduorum idemque Sithiuensium abbas; per Morum quendam monachum furatus est in Sithiu corpus D. Audomari, vt adsportaret in Veromanduos. Sed deprehensi, coacti sunt id restituere. sacrilegii pœnas statim dedere: mente captus est Morus: Hugo à Carolo rege missus ad Tolosæ vrbis obsidionem interiit. *Annals Meyeri.*

Anno 844. Hoc anno (alii præced.) facta partitione regnorum inter tres fratres: Carolus Galliam accepit: Ludouicus Germaniam: Lotharius cum Imperatoris nomine Italiam, mediamque partem Franciæ inter Scaldin & Rhenum, quę ab eius nomine appellata est Lotharingia. Sigeb. Regi. Aemyl.

Anno 844. Romani Pontifices nomina mutare cœperunt, quem morem hodie seruant. Martin. Polonus.

Anno 844. Ramirus Hispaniæ rex ingenti prælio superat Saracenos, occisis 70. armatorum millibus.

Anno 845. Normanni in Galliam erumpunt, omnlaque cæde & incendio vastant. Carolus Calnus cum vi minus posset, pecuniis eos placat.

Anno 846. Sarraceni ex Africa classe aduecti suburbia Romæ depopulantur; & templa DD. Petri ac Paulli diuitiis illustria spoliant.

Anno 847. Leo IV. P.M. adimit Imp. Lothario & Ludouico ius eligendi Pontificis. Decret. distinct. 63.

Anno 847. Basiliscus Romæ in quadam cauerna plurimos interficit. Papa Leo eum interficit.

Anno 848. Quædam Pseudoprophetissa, tanquam instaret dies Iudicii, Moguntiam turbat: adeo vt etiam aliqui sacri ordinis ad eam inclinarent. ab Archiepiscopo correpta, confitetur istud feciſſe quæstus causſa, suggestione cuiusdam Presbyteri. Sigebertus.

Anno 849. Saraceni iterum ex Africa oppugnatum veniunt

piunt Romam. sed Leo armata classe eos vincit ad Ostiam Tiberinam.

Anno 850. Normanni iterum, duce Godefrido Gallias vastant. Carolus Rex impar viribus, partem regni ipsis concedit, quæ nomen eorum præfert etiamnum hodie.

Anno 851. Tanta fuit annonæ caritas & fames, vt filii & parentes beluino quodam furore sese mutuo fere deuorarint.

Anno 851. Rupertus Dux Saxoniæ, ex prosapia Widekindi, benemeritus de regno Galliæ, constituitur Comes Andium, intra Lirim fluuium & Sequanam. ex hoc propagati sunt Galliæ reges nostri æui. Spangenberg.

Anno 851. Normanni Gandauum cum cœnobiis Gandensi, Blandinensi, ac Tronchinensi ferro & igni vastauere.

Anno 852. Carolus Galliæ rex, nepotes ex fratre Pipino, Pipinum & Carolum, imperium inquietantes, capit & attonsos detrudit in monasterium.

Anno 853. Lotharius Imp. abdens se in Monasterium Prumiense, moritur 29. Septemb. imperii an. 15. mens. 3. d. 10. Regino & alii.

Anno 853. Normanni piratæ oram Aquitaniæ variis diutinisque incursionibus depopulantur: & Burdigalá per vim capta, occisoque Seguino Caroli Calui præfecto; ac trucidatis miseretiuibus, eam diripiunt & incendio vastant.

Anno 853. Iidem die 1. Aprilis Ligeris ostia petulantius ingressi Manetum vrbem occupant, Episcopumque baptismalia celebrantem vna cum toto clero obtruncant. Regino.

Anno 854. Michael Imp. Orientis, vt excessit ex ephœbis, libere cupit imperare, amotis paulatim tutoribus. male autem institutus, alterum suis repræsentat Neronem.

An. 854. Donaldus Kennethi frater ſuccedit in regnum Scotiæ; ſed quidquid alter acquiſierat ab hoſte hic voluptatibus ſuis amittit. Nam velut iam ſecurus, militaribus ſtudiis neglectis, venatores, aucupes, & nouarum libidinum inuentores circa ſe prope ſolos habebat. in hos publicum patrimonium profundebatur. Regem ſuum æmulatus iuuentus & plebs. itaque Angli cognita Scotorum ignauia, repetunt Pictorum ſibi ſupplicum agros. concurritur armis, victor Scotus captiuatur ſua ſibi ignaula, dum ſtatim à cæde tranſit ad voluptates. vt liberet ſe; cedit omni agro qui intra vallum Seueri eſt. &c. Angli Brittoneſque eum inter ſe diuidunt, Pictis eluſis fruſtratiſque. Donaldus ad ſua reuerſus, vt antiquum obtinet, in carcerem coniicitur, vbi vel præ dolore inhibitarum voluptatum, vel metu publici ludibrii, ſibi manus infert, regni anno 6.

Anno 855. Ludouici II. Imperium, quod dutauit an. 19. menſ. 10. Onuph. Friſing.

Anno 855. Ludouicus Imp. filius Romam cum exercitu venit, quod ſuſpicio eſſet Romanos ſtudere rebus nouis, tanquam prodituri Italiam imperatori Græco.

An. 858. Conſtantinus Kennethi filius, præfectus imperio Scotico, Donaldi indulgentia res collapſas, egregie reſtituit. Sacerdotum ordinem, iam relicto prædicandi Euangelii munere, luxu corruptum, & venationibus, aucupiis, aulicæque pompæ deditum, ad veterem parſimoniam, legibus ſeueris reducit. Iuuentutem, deliciis effeminatã humi cubare, ac ſemel quotidie cibum ſumere iubet. ebrioſos capitali ſupplicio multat. Luſus prohibet, niſi qui ad militiam corpus animumque firmarent. Verum anno regni ſui 16. dum deuicto vno exercitu Danorum, alterum temerarius aggreditur, ductis ſuis tanquam ad prædam non ad prælium; magna exercitus parte amiſſa, ipſe captus, & in ſpeluncam modicam tractus, occiditur, anno Chriſti 874.

An. 859. Emino Epiſcopus Nouiomagenſis occiditur à Normannis in vrbis direptione. aliis vocatur Omnio.

Anno

Anno 862. Balduinus Ferreus Flandriæ Comes Judithan Caroli Calui Francorum Regis filiam, desponsatam 857. Edeluulpho Anglorum regi Roma redeunti per Galliam, legatis aufert ducitq; sibi in vxorem: inde bellum. Verùm Gallus bis ter fusus, Gregoriano fulmine Balduinum excommunicat. nempe: *Quidquid delirant Reges plectuntur Achiui.*

Anno 863. Carolus Caluus atq; Ebo Pontifex Remorum, ad confirmandam Flandriæ pacem, simul vt rudis ferocisq; gentis animi remollescerent, D. Donatiani Remorum olim Pontificis reliquias concesserunt Flandris; quæ demum Brugis collocatæ in D. Virginis ædicula, quæ nunc est Diui Donatiani.

Anno 865. S. Anscarius Archiepiscopus Hamburgensis, & Nordmannorum Apostolus, moritur. Crantz. Metrop.

Anno 870. Saraceni cum Persis bella iterarunt, & Persæ Turcico milite vsi, illorum auxiliis vicerunt: Ab eo vsq; tempore Turcæ nunquam postea reliquerunt Asiam, & in Saracenicum tàm regnum quàm nomen transierunt. Drechs. Cedren.

Anno 874. Ethus Constantini frater succedit Scotis; nulla alia commendatione electus rex, nisi quia reliquias copiarum à Danis profligatarum reduxit. quippe immemor fratris & maiorum cum se omnibus vitiis pollueret, ac iuuentutem ad peiora procliuem secum traheret, coniuratione nobilitatis capitur, regnum eiurare coactus anno secundo quam ad id peruenerat. in custodia tertio die mœrore periit.

Anno 875. Ludouico Imp. mortuo, Carolus Caluus Galliæ Rex, & Ludouici Pii filius imperauit an. 2. mens. 2. circiter. Onuph. Contract. Regia.

Anno 877. Carolus Caluus Imp. veneno necatur à medico suo Sedechia Judæo Pridie Non. Octobr. Regin. Marian. Schaff.

Anno 877. Ab obitu Caroli Calui Aquitania fuit sub

nouem ducibus beneficiariis regum Franciæ, vsque ad Ludouicum iuniorem regem.

Anno 876. Etho Gregorius Dongalli filius sufficitur Scotiæ regno, cui nulla virtus abfuit Principis. Reconciliatis omnibus quos in petendo regno habuit aduersarios, Procerum inter ipsos sustulit discordias. plura caritate quam metu apud suos perfecit. Leges de immunitate Ecclesiasticorum, qui sub Pictis prope seruorum loco fuerant, vel veteres reuocauit vel nouas condidit. Pictos, Danos, Anglos, Brittones compescit. vnde ei cognomen magni. obiit 892.

Anno 877. Ludouicus III. dictus Balbus, Caroli Calui filius, & Francorum Rex Imp. an. 1. mens. 6. d. 5. Onuph. alii ad seq.

Anno 879. monasterium feminarum nobilium Tiguri consectatur.

An. 879. Caroli III. (qui Crassus dictus est) Imperium. Onuph. Schaff.

An. 880. tanto numero & crudelitate irruperunt Normanni, vt totius Galliæ vires ad obsistendum nequaquam sufficerent. etiam Belgium miserabiliter ferro igniq; euerterunt, præcipue Flandriam ac Brabantiam. annis sequentibus Treuiros vsq; excurrerunt.

An. 881. Dani Cameracum vna cum cœnobio D. Gangerici incenderunt. Aduersus quos Balduinus Comes emuniuit castellum Bruggam.

Anno 883. Normanni cognita morte Ludouici regis, ferociores facti, Treuetim vrbem occupant ac tantum non diripiunt 28. Martii.

Anno 884. Carolus Crassus Cæsar coactus est pacem ac fœdus facere cum Normannis, data regi eorum Godofredo Gilla Lotharingii Ducis filia, adiectaq; in dotem Frisia. At anno 888. Neustriam eis dedit incolendam, quam à se vocarunt Normanniam.

Anno 885. Regino historiographus, quod ipse scribit, in Monasterio Prumiensi vixit.

Anno

Digitized by Google

Anno 887. Carolus Craſſus Nortmannis concedit Galliæ partem trans Sequanam; ex quo tempore prouincia illa dicta eſt Normannia. Regino & alii.

Anno 887. Carolus Craſſus à proceribus imperio exuitur menſe Nouembr. Dicitur ad eam egeſtatem redactus, vt neceſſariis etiam alimentis deſtitueretur. Reg.

Anno 887. Arnolphi, Caroli Craſſi ex fratre nepotis, Imperium. Onuph. Regino.

Anno 888. Gens Vngarorum egreditur ex ſedibus ſuis in Pannoniam. Regin.

Anno 891. Arnolphus Imp. vicit Nortmannos, eoſq; ita cecidit, vt ex innumerabili multitudine vix reſiduus eſſet, qui ad claſſem aduerſum nuncium reportaret. Regin.

Anno 891. die 26. Iunii Normanni Arnulphi Cæſaris exercitum ſupetant ad Moſam in Iulia, vbi tum periit Archiepiſcopus Moguntinus Sudcroldus.

Anno 892. Donaldus V. Conſtantini filius promouetur in regem Scotiæ: qui pacem ita coluit, vt ſemper ad bellum fuerit paratus. & cum nemo diu laceſſeret, id operam dabat, ne iuniorũ animi, pacis bonis corrupti nimiũ luxuriarent, & quod antea ſæpe acciderat, in fædiſſima vitia prolaberentur. moritur 903. iuxta ſummis & infimis carus.

Anno 893. D. Audemari oppidum fortuito conflagrauit incendio.

An. 895. Sunt qui huc referant initium Chriſtianiſmi in Boemia, cuius Dux hoc anno baptiſmo initiatus ſit: de eo quod adfirmem non habeo: recitaui tamen, quod vetus Codex manuſcriptus continebat. Aeneas Syluius hiſtor. Boemicæ cap. 12. Vltimus paganorum Ducum, inquit, fuit Borſiuoius, qui tamen & ipſe imperante Arnolpho Cęſare à B Methodio Morauorum Archiepiſcopo, cum Ludimilla coniuge, ad baptiſmi gratiam perductus an. 995. (rectius 895. & ſic habet exemplum manuſcriptum) poſt Chriſti Saluatoris noſtri ortum. Vide Volaterranum lib. 7. hinc ad Chriſtianiſmum in Polonia anni 70.

Anno 900. Ludouici IV. Arnolphi filii Imperiũ. Regin.

Anno 901. Gens Hungarorum ingreſſa fines Longobardorum, omnia cædibus, incendiis ac rapinis crudeliter vaſtat. Regin.

Anno 903. Conſtantinus III. Ethi filius fit Scotiæ rex, homo non tam ingenio prauo, quàm in bono parum conſtante. Eius auſpiciis malè pugnauit in Anglos Milcolombus. nam cum Athelſtanus Eduardi nothus, ſatis acre prælium initio conſeruiſſet, ſenſim primo, deinde trepidantius cedendo, cum iam veræ fugæ ſpeciem præbuiſſet, Scotus ſe victorem ratus, ne ſi longius ſequeretur, præda omnis penes inertiſſimos eſſet, ad caſtra diripienda recurrit. Tum Athelſtanus ſigno dato, in eos ſparſos & præda graues cum ſuis ad ſigna collectis ingruit, fœdaq; cæde opprimit. Rex Scotus exinde inter monachos vixit ad Fanum Andreæ per annos quinque, mortuus 943.

Anno 905. Deſinit Chronicon Reginonis. Cætera adiecta ſunt ab alio, qui ordine recitat excurſiones & irruptiones Vngarorum, qui Saxoniæ, Thuringiæ, Bauariæ, aliisq; locis Germaniæ, bella, vaſtationes & incendia intulerunt. Conſule Chronicon Helmoldi Presbyteri Lubecenſis cap. 8. Item Cranzium & alios.

Anno 907. Albertus Comes Francicus Henrici Babebergenſis filius, qui varios in patria & viciniis in adgnatorum extremam perniciem tumultus excitarat; à Ludouico III. Cæſ. capitis damnatus, malè facere deſiit.

Anno 907. Hungari Bauariam depopulati ſunt, quibus Ludouicus IV. Imp. occurrit quantis potuit copiis: & congreſſus cum illis continuo ttium dierum prælio à quinto Iduum Auguſti, vſque ad tertium Idus, victus tandem ac fugatus, perdidit præcipuam florentiſſimamq; partem nobilitatis Germanicæ.

Anno 912. Gandaui iuxta nouam arcem templum Diuæ Pharahildis extrui cœptum.

Anno 912. Cunradi I. Franconiæ Ducis Imperium. Sigeb. Contract. Friſing.

Anno

Anno 915. Hungari Germaniam depopulati ſunt, & Fuldam vſque peruenerunt.

Anno 916. Otho Dux Saxoniæ & Brunſuigæ obiit, cui ſucceſſit Henricus Auceps. ſic dictus quod in adoleſcentia cum pater rebus præeſſet plurimum indulgeret aucupiis.

Anno 917. Hungari rurſus in Germaniam hoſtili exercitu omnia ferro atque igni conſumplere.

Anno 918. Henricus Auceps Dux Saxoniæ, Eberhardum fratrem Cunradi Imp. memorabili pugna ſuperat: in qua tanta Francorum cædes facta, vt publicè diceretur: Vbi tantus infernus, qui tantam poſſit capere deſcendentium multitudinem? Krantzius.

Anno 918. die 21. Januar. Bertoldus, Erchingerus, & Ludfridus eorundem ſororis filius, Principes Sueuici, propter enormia quædam delicta, præcipuè quod Cunradi Imp. petulanter contemnerent, in comitiis Moguntinis proſcripti, à Burcardo Sueuiæ Principem factum per Cæſarem, poſt longos carceres Aldingæ plectuntur capite. Auentinus.

Anno 919. Cunradus Imp. moritur, an. imp. 7. ſepultus Fuldæ. Schaff. Contract. Tritth.

Anno 919. Cunradus ante mortem Henrico Saxonum Duci miſit ſceptrum, Coronam, & cætera ornamenta, & imperii proceres cohortatus eſt, vt Henricum eligerent Imper. Regin. Sigeber. Schaff. Vrſp.

Anno 920. Romani Imperii dignitas transfertur a Francis, ad Saxones.

Henricus I. Dux Saxonum, dictus Auceps, Imperator deſignatus. Friſing. Siffrid. Vrſp. Eſt à nato Auguſto Cæſar. an. 980. id eſt, decies & quater 70. à regno Dauidis 2000. à Coronatione Caroli Magni 120.

Anno 923. S. Vlricus conſtituitur Epiſcopus Auguſtanus. Bruſch. alii ad ſeq.

Anno 923. Hungari Germaniam vaſtantes inſigni pu-

gna victi sunt ab Henrico Aucupe Imp. ad Merseburgum Saxoniæ oppidum.

Anno 924. Henricus Rex pacem cum Vngaris in annos 9. firmat. Sigeb.

Anno 924. Rutheni hoc ipso anno fidem Christianam Græcorum ritu susceperunt, sub Olha Ducissa & Volodimiro filio eius Russiæ Monarcha, in qua etiam constanter perseuerant. Gaguin. Chron. Mos. Baron Herberstenii.

Anno 925. Vngari Heluetiæ partem depopulantur.

Anno 927. Circa hæc tempora Henricus Auceps Brandeburgum primariam vrbem Henetorum obsedit & expugnauit asperrima hyeme, castris in glacie positis. Sabin. Brotuf. & Iustus. Sigeb. refert ad 925. Hinc Marchia Brandeburgensis ab Henrico Aucupe constituta dicitur: qua de re ita scribit Cranzius Vandal. lib 3. cap. 6. In nostris annalibus nomen Marchionum non legitur ante primum Henricum Saxonem Romanorum Regem, qui primus domitis Danis ad oppidum Slesuicum, cũ eo transtulisset Saxonum Coloniam, imposuit regioni præsidem, quem appellauit Marchionem, & illi regendos tuendosque regni limites prouinciam imposuit, quasi Duci limitaneo. Inde quoque cum ordinata per illum prudentissime Saxonia constituisset, qui agros colere, qui sequi tenerentur militiam, cum quintum quemque, quatuor in agris remanentes, sumptibus & armis expedirent, illumque durante militia alere iuberentur: vires quas perinde in Vngaros comparauerat, primum in Vandalos statuit exercere: tyrocinium hoc reputans maioris militiæ, duxitque in Metropolim gentis Brandeburgum, eamque obsedit per brumam in glacie, & oppugnauit constantissime, & exhaustis obsessorum viribus consumptisq; commeatibus, etiam expugnauit, collocauitque in ea primus Marchionem, qui prouinciam tueretur armis quæsitam, & augescere contenderet in diem, & quam Romani, simili ex causa, dixere Prouinciam, ille appellauit Marchiam. Marchiam vulgo vocant Saxones districtum vnius villicationis aut ditionis. Inde

Feldt.

Feldtmarcke nomen duxere : vt tum Marchiam dicerent Saxones eam Prouinciam, quam sui iuris esse, per arma sunt consecuti. Inde præsidi nomen inditum, vt Marchio diceretur, qui illi ius diceret. Hæc ille.

Anno 927. Henricus Auceps victis Vandalis, & Brandeburgo expugnato, primum Marchionem Brandeburgensem constituit Sigefridum, coniugis suæ Mechthildis fratrem. Chron. Sax.

Anno 928. Hinc orditur Cuspinianus Marchionatum Austriæ, quem primus tenuit & administrauit Leopoldus dictus illustris, & ei præfuit an. 55. Vide Austriam Cuspin. Est annus à regno Dauidis in Ierusalem 2000.

Anno 930. Iubilæus Mundi 198. Mosis 48. prædicationis Christi 18.

Anno 930. Incipit historia Fabricii de vrbe Misna.

Anno 931. Henricus Imp. regem Abotritorum Christianum effecit. Contract. Sigeb.

Anno 933. Henricus Auceps rursus Hungaros vincit ad Mersburgum, cæsis amplius 40000. reliquos fugatos tota eiecit Germania. alii referunt ad 934.

Anno 933. Vngari Orientales Francos & Alemaniam Galliamque deuastantes, per Italiam redierunt.

Anno 934. Henricus ad Mersburgum incredibili cæde fudit ac fugauit Vngaros, exercitu eius vociferante: Kyrie Eleison: Kyrie Eleison. Tributum illud quod Vngaris debebatur, cultui d uino impendit, & vsibus pauperum distribuit, Pater patriæ ab omnibus passim acclamatus. Magna est dehinc fama Henricum secuta. eumque omnes gentes ac Reges venerati sunt. Protusius habet integram historiam, & refert ad an. 933. Sed Regin. app. Sigeb. Marian. ad 934.

Anno 935. Henricus Auceps Imp. Danos vicit, tributa eis imposuit: & Nubam regulum eorum baptisma suscipere coegit.

An. 937. Otto Magnus Imp. paulò ante diem Michaelis die 25. Septembr. vicit Boleslaum Bohemiæ Ducem.

Anno 937. Hungari Germaniam Galliamq; ad Oceanum vsq; belli cladibus vastauerunt.

Anno 938. Eberhardus Palatii Comes & Giselbertus Lotharingiæ Dux, Regi Ottoni Magno rebellant cum Tanquardo fratre Ottonis.

Anno 938. Hungari denuò Germaniam & Galliam vastant.

Anno 938. Circa hæc tempora S. Wenceslaus Boëmorum Dux à fratre Boleslao occisus Martyrum numerum auxit. Sigeber. Martyrium eius describit Æn. Syluius in Boëm. hist. c. 14. 15.

Anno 938. Malcolumbus Donaldi filius declaratur rex Scotiæ: qui vt belli vulnera, ac potissimum licentiam ac luxum sanaret, vniuersos Scotorum conuentus iuridicos alternis ferè annis inuisit, summaq; cum æquitate ius dicit. Tandem 15. regni anno, dum actius latrócinia punit, & luxuria diffluentes iuniorum mores coërcet, in Morauia noctu à coniuratis exstinguitur.

Anno 939. Otto Magnus Imperator ad petitionem Edittæ coniugis suæ Magdeburgum, cum antea arx tantum esset, ciuitatem condidit, & monasterium in ea fundauit.

Anno 940. Arnulphus Magnus Comes Flandriæ nouum templum condidit Brugis Diui Donatiani, legitq; ibi Canonicos Sacerdotes 13. ex quibus qui Antistes est, Præpositus vocatur.

Anno 940. Cunradus Franconiæ Dux Eberhardum & Giselbertum Otthonis Magni hostes de improuiso oppressit. Eberhardus cecidit in prelio. Giselbertus traiecturus Rhenum submergitur.

Anno 943. Cunradus Franconiæ Dux, ab Otthone Magno Imp. Lotharingiam dono accepit, eiusque filiam Ludgardam matrimonio sibi iungit. Chron. Sax.

Anno 944. Vngari à Carinthiis multa cæde mactantur.

Anno

Anno 948. Synodus in Ingelheim à 30. numero Episcopis habita est.

Anno 948. Bertholdus Arnulphi Bauariæ Ducis (quem Henricus I. nomen regium apud Boios post Ludouici III. obitum, abdicare coëgerat) frater, in Eberhardi fratris filii locum, propter eiusdem rebellionem ante suffectus, diem obiit 23. Nouembr. sepultus Altachii. Et sic deinceps Bauaria Saxonici sanguinis Principibus parere cœpit, postquam annis 160. Francis paruisset. Auentinus.

Anno 949. Ottho Magnus Imp. cum exercitu Franciam ingressus est. milites eius stramineos gestabant pileos, & in eis colos cum fusis subtiliter tornatos; quod Hugo Capetus Saxonas nominasset effeminatos. Ottho Ludouicum regem fororium suum liberatum regno restituit: & Hugonem Parisiis obsessum compulit ad fœdus & pacem.

Anno 953. Fulcherus homo spurius, existimatus filius principis coquorum Ludouici regis Galliæ, Nouiomagensem malis artibus adeptus Episcopatum, omnia fecit deteriora: administrauitq; menses omnino 18. morbo abreptus pediculari. Magnum exemplum puniti ambitus simoniæ, si nos posteri timeremus Deum.

Anno 953. Indulfus declaratus rex Scotiæ, proximum biennium tranquillè transigit. at octauo anno inuaditur propinè à classe Danica nauium 50. postq; aliquot prælia contra eosdem occiditur ineunte decimo sui regni anno.

Anno 953. Arnulphus & Hermannus, Arnulphi qui regium nomen in Bauaria abdicauerat, post patrui Bertholdi mortem, cum Ottho I. Imp. Henrico fratri tradidisset Bauariam, inito cum Ludolpho Othonis filio Sueuiæ Duce fœdere Henricum Bauaria eiiciunt, Vlricum Augustæ Episcopum Othonis fautorem....

Anno 954. die 1. Nouembr. obiit Henricus Bauariæ Dux, Otthonis I. Imp. frater, relicto successore Henrico filio, patre Henrici II. Imp.

Anno 955. die 10. Augusti Ottho I. Imp. Vngaros in-

genti vincit prælio ad Lycum fluuium: quo die & ipſi Bohemorum copias ante annos 48. graui clade oppreſſerant. captus eſt Vngarorum Rex cum 4. Principibus aliisq;, quos Eberhardus Bauariæ dynaſta Ratisbonam miſit, ad Henricum, qui illos ad portam quæ Pannoniam ſpectat laqueis ſuffocari & in patibulis ſuſpendi iuſſit. reliquos captiuos Eberhardus viuos in foſſam coniecit, terra lutoq; obruit. Auentinus.

Anno 955. Vngari in campo Lyci prope Auguſtam cruentiſſimo prælio ſuperantur die 10. Auguſt. tribus eorum Regulis ad gentis dedecus laqueo ſuſpenſis, Sigeb. Schaff.

Anno 962. Otho Magnus Romæ acclamatione totius Romani populi & Cleri exceptus à Joanne Papa coronatur, & Imp. atq; Auguſtus appellatur. Contract. Volaterr.

Anno 962. S. VVolfgangus Epiſcopus Ratisbon. vixit.

Anno 963. Duffus Milcolumbi filius, adeptus Scotiæ regnum, compeſcit nobilitatem, quæ vectigalem ſibi faciebat plebem, præter dictũ gratuitum, certa pecunia ſingulis familiis indicta. Paulò poſt nullis apparentibus cauſis morbo nouo afflictatur; ſudore perpetuo diffluẽs. deprehenſa imago cerea lento igne toſta: qua fracta, rex conualuit. Sed deinde à Donaldo Foreſſæ arcis Præfecto ſceleratè trucidatur dormiens, quod aliquot neceſſarios ſi latrociniis infames, pœnæ eximere precibus nequiiſt poſtquam regnaſſet 4. annos, menſes 6.

Anno 965. Initium Chriſtianiſmi in Polonia.

[Joachimus Curæus in Annalibus Sileſiæ: Sileſia doctrinam Chriſti recepit, ſub annum Seruatoris 965. tum cum imperium Romanum & Germanicum adhuc gubernaret Otho primus, Princeps verè heroicus, qui Eccleſias Chriſti apud Henetos, Danos & vicinos populos pia cura & liberalitate conſtituit. Et parebat tunc hæc regio Principi Poloniæ. Ita enim tunc tota gens nominabatur.]

Mieslaus Polonorum Princeps primus Chriſtianus, Gneſnæ

Gneſnæ Chriſtianiſmo per Baptiſmum vnà cum ſua gente initiatus eſt: & 7. Martii qui fuit quarta Dominica Quadrageſimæ (vulgò appellatur Lætare Jeruſalem) ex mandato Regis, idola & ſimulachra Ethnicorum numinum confracta vbique & ex templis eiecta ſunt; & quotannis deinde memoria huius emendationis publico ritu celebrata eſt. Vnde huius moris adhuc manent veſtigia, in Sileſia & vicinis locis, vbi illa Dominica ſolent ornari ſtatuæ Ethnico more, quæ deinde cum certis imprecationibus deturbantur in paludem vel in cœnum. Conſule de his ſcriptores hiſtor. Polon. Mechouium, Cromerum, Fulſtinium, Joach. Curæum &c.

An. 965. Eſt annus à condito templo Salomonis 2000. compl. à Monarchia Cyri & fine captiuitatis Babylonicæ, iactisq; fundamentis templi ſecundi in Jeruſalem 1500.

Anno 966. Primus Epiſcopus in Sileſia conſtituitur Godefridus, ciuis Romanus, vir pius & doctus, Catecheta Sileſiæ annis 17. Curæus.

Anno 967. Idib. Julii Boleslaus Sæuus Dux Bohemiæ, Wenceslai frater obiit.

Anno 967. Wigmannus Comes Noui Caſtri Gandauenſis Othoni Auguſto rebellis, à Miſacha Sclauorum regulo Othonis amico interficitur.

Anno 967. Deſinit Appendix Reginonis.

An. 968. Culenus ſuccedit Duffo in regno Scotiæ; cui nihil prius quàm inquirere in cędem anteceſſoris ſui. Rege properante in Morauiam vbi ſcelus patratũ erat, nauicula aufugit Donaldus: aliquot dies ventis aduerſis iactatus, tandem naufragio in littus eiicitur, & cum ſuis omnibus pœnas dedit. Arx cunctis qui in ea erant cæſis, cremata. Exinde dilabitur ad voluptates ventris & ventri proximas; palamque ita ſe immerſit flagitiis, vt nec à matronis honeſtis, nec ſacris virginibus abſtineret. Nobiles cum nihil apud Regem monendo proficerent, ab aula ſecedunt, Rege gaudente remotos tam ſeueros arbitros. Is conuiuiorum veneriſque totus, præmio

proſequebatur eos qui nouum voluptatis genus, quantumuis ſpurcum ac deteſtandum inueniſſent. Iuuentus illecebris talibus delinita, & adulatorum ſcurrarumque turba regem in cœlum ferre laudibus; vt qui laborum moleſtias animorum remiſſione leuarit primus. Ad hæc continuanda, cum ſumptu opus eſſet, opulentiores confictis cauſſis ſpoliabantur. Poſt triennium, hominibus aut metu, aut ſegnitia ceſſantibus, ipſa luxuria pœnas exigere cœpit. exhauſtus venere ac cruditate, ſimilis erat cadaueri. Tandem ob ſtuprum per vim filiæ illatum, occiditur ab Radardo Thano patre. regnauit 4. annis, menſibus 6.

Anno 969. Hungaria cum Rege ſuo Stephano fidem Chriſti amplectitur.

Anno 973. Otthonis II. filii Othonis Magni, Imperium. Sigeb.

Hic Imp. dictus eſt *Mors pallida Saracenorum*. Eſt à Beli principio annus 3100. à morte Cyri 1500. à Monarchia Alexandri 1302. Auguſti 1000. compl. à nato Conſtantino Magno 701.

Anno 975. Kennethus III. Duffi frater ſublimatur in Regem Scotiæ, diuerſus longè à priore. Aula per eum libidinum & nequitiæ miniſtris purgata, vt idem in cæteris regni partibus fieret, perſuaſus ad Principum nutus atque exempla vulgus circumagi. Ipſe ad conuentus habendos, ſingulas regiones, furta, cædes, latrocinia coercere. non comparentes artibus circumuenire. Impetitus claſſe Danica, quorum Duces per totam [illegible]em teſſeram dederant, nemini in caſtra niſi victori reditum ſperandum, velut diuinitùs per vnum hominem Haium, de aratro ruſticum, in re propè deſperata oblatum auxilium. Has aliasq; virtutes plures coinquinauit, cæde Milcolumbi veneno ſublati, vt filius ſuus à morte patris regnaret ſecurior. Ex illo torqueri conſcientia, audire vocem quaſi de cœlo &c. deniq, inſidiis Fenellæ, cuius filium punierat ob ſcelus periit regni anno 25. Chriſti 994.

Anno 976. obiit Dubrauca Duciſſa Bohemia, quæ iam pro-

prouectæ ætatis nupſit Duci Polonienſi, peploq; direpto à capite ſuo, puellarem ei impoſuit coronam, vt virgines ſolent.

Anno 980. Jubilæus mundi 99. Moſis 49. Chriſti prędicationis 19.

Anno 982. Ottho II. Imp. congreſſus 15. Julii in Calabria cum Saracenis omnibus copiis ſuis amiſſis, inter quos permulti Duces Epiſcopiq; Germanici, vix euaſit. fugiens enim à piratis captus ingenti ſe redemit pecunia, licet incognitus.

Anno 984. Otthonis III. (qui dictus eſt *Mirabilia mundi*) Imperium. Friſing. Vrſp.

Anno 988. Mortuo Ludouico Rege Francorum vltimo ex Pipini progenie (quę hacten° ab anno 751. regnum Gallię tenuerat annis 237.) Hugo Capetus Pariſienſis ſucceſſit in regno Francorum. Regnauit an. 9. Ab hoc Hugone Capeto deſcendit linea Regum Galliæ, qui hodie regnant. Hugo itaque Andegauenſis (vt loquitur Meyerus) primus apud Gallos, Gallus regnare cœpit, Germanorum Francorum extruſo ſanguine. Hinc ad Caroli V. Imp. initium 532.

Anno 992. exorta conſpiratio Ruſticorum in Turgouia contra Nobilitatem.

Anno 994. Conſtantinus Culeni filius, cognomento Caluus, 12. die à funere Kennethi appellatur Rex Scotiæ, excluſo Milcolombo, ob quem pater eius alterum Milcolombum intoxicarat, nouaſq; leges hereditarias inttoduxerat. diuiſum tamen regnum in factiones duas, occiſusq; Conſtantinus in prælio contra filium Kennethi anno 6. regni, menſe 6.

Anno 995. die 5. Octobris obiit Ratisbonæ Henricus Rixoſus Dux Bauariæ, Henrici fratris Othonis I. Imp. filius, pater Henrici Imp. qui Othoni III. ſucceſſit.

Anno 997. Mortuo Hugone Capeto in Gallia regnauit filius eius Robertus Rex pius & doctus annis 34. Huius extant ſacra Cantica: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia.*

Item de Natiuitate Domini: *Iudæa & Ieruſalem*. Item de S. Petro: *Cornelius Centurio*. Item Collecta de martyribus: *Concede nobis Domine*. Item: *O Conſtantia martyrum laudabilis*.. Hæc Gillius.

Anno 997. die 23. April. occiditur à Boruſſis Adalbertus Epiſcopus Pragenſis, qui eos conuertere volebat ad fidem. Cadauer eius emit Boleslaus Rex & Gneſnæ ſepeliit: Dies mortis toti Poloniæ feſtus eſt, præcipuè verò Gneſnenſibus, vbi tunc celebres exercentur nundinę.

Anno 1000. De hoc anno ita Sigebert. Multa prodigia ſunt viſa. Terræmotus factus eſt permaximus, Comes apparuit 19. Cal. Januar. circa horam nonam, aperto cœlo quaſi facula ardens cum longo tractu, fulguris inſtar, illabitur terris, tanto ſplendore, vt non modo qui in agris erant, ſed etiam in tectis lumine ferirentur, qua cœli ſciſſura ſenſim euaneſcente, viſa eſt figura quaſi ſerpentis capite creſcente cum cæruleis pedibus.

Anno 1000. Sunt qui ad hæc tempora referant inſtitutionem Septemuiratus ſiue Senatus VII. Electorum, penes quos poteſtas eſt Romanum Imperatorem eligendi. De qua tamen ſententia vel dubitare vel diſputare cœpit Auentinus lib. 5. & hunc ſecutus Onuphrius Panuinius lib. de Comitiis imperatoriis, quorum vterq; exiſtimat Electores demum poſt obitum Friderici II. (id eſt, poſt annum Chriſti 1250.) à Gregorio X. (qui Pontifex Roman. creatus 1271.) confirmatos eſſe.

Anno 1000. Baſilius Imperator Græcorum indictione 13. grauem exercitum mittit aduerſus Bulgarorum caſtra trans Aemum, & duabus vrbibus captis, victor domum redit. Cedr.

An. 1061. Martinus Cruſius hinc orditur imperii Germanici Epocham: id eſt, inſtitutionem Electorum ſiue Septemuirorum, eamq; orditur à morte Othonis.

An. 1001. creatus Rex Scotiæ Grimus, ſed ita vt & pateretur in eodem regno ſecum Milcolumbum. communis vtriq; limes eſſet vallum Seueri: quidquid intra vallū Milcolum-

Digitized by Google

columbo, quod extra Grimo cederet. Pax ea seruata per annos 8. exinde violatur à Grimo, q̃ remissa per otium industria, totum se voluptatibus immerserat. deinde crescente ex luxuria egestate, ex egestate auaritia, multos è ditioribus afflixit fictis causis. monentes meliora fuga elapsos ĩgne ferroq̃; persequitur. Ergo recurritur ad Milcolumbum, qui ipsum capit in prælio, oculisq̃; priuat.

An. 1005. Milcolumbus solus regnat in Scotia, exoculato Grimo; cuius factionem deposita omnium offensionum memoria, in gratiam recipit. A suis tutus, impetitur ab Suenone Dano; q̃ occupata Morauia suos ibi collocat, vt & in Buchania. sed tandem vtraq; eiicitur vi. Rex Scotus vt militi benè de patria merito gratiam referret, omnes agros regios ei diuisit. Nobilitas contra, Regi concessit, vt cum eorum aliquis moreretur, liberi ad 21. annum ætatis in tutela regis essent: isq̃; prouentus omnes, præterquam quod in educationem impenderetur, acciperet. item vt puberum collocandorũ potestas penes eum esset, ad eumque dos rediret. Supra annos 30. regnum ita tenuit vt nisi auaritia senilem animum corrupisset, inter optimos Principes haberi posset. Verum vt post immodicas largitiones, prædia temerè nobilitati diuisa, per scelus ad se retrahere conatus, multos opulentiorum ita multaret, vt alios ad mortem, alios ad extremam egestatem redigeret, tandem apud Glammim in Angusia, corruptis pecunia domesticis, nocte à percussoribus obtruncatur.

An. 1007. Balduinus Barbatus Aquisgrani venit ad Cæsarem, pro Flandris captiuis in bello, haud pœnitendi nobilibus viris Valentianas ei restituit: reconciliaturq̃ue eo loco Cæsari.

An. 1008. tanta longè lateq̃; per Flandriam grassata est silentia, vt vix mortuis sepeliendis sufficerent vivi.

Anno 1011. vixit Willigisus Episcopus Moguntinus, pentarii filius, à quo Episcopi Moguntini hodie habent rotam pro insigni. Brusch. De hoc Episcopo sic scribit Siffridus: Willigisus humili progenie ortus, pa-

trem habuit qui currus & bigas facere ſolebat: ideo in thalamo ornatis & grandib. literis hæc ſcripta habebat: *VVillegis, VVillegis, recole, vnde veneris.* Hæc & in Teutonica lingua ſcripta erant, appendebat etiam rotas & huiuſmodi inſtrumenta in pariete circumquaq;, in quibus ſuam proſapiam recognoſcebat. Hinc habentur duæ rotæ in clypeo Eccleſiæ Moguntinæ. Hic Archiepiſcopus Eccleſiam maiorem & S. Albani Moguntiæ conſtruxit. Hæc Siffrid.

An. 1014. Henricus Imp. vnà cum S. Kunigunda vxore ſua Romæ coronatur à Benedicto Papa. Cõtract. (Onup. 25. April.) Ex hoc tempore imperauit annis 11. Friſing.

Anno 1014. 4. Calend. Octobr. mare Flandricum tempeſtate concitatum finitimos inundauit agros, damnique plurimum dedit.

Anno 1017. Alexander Edgari frater ſuccedit in regnũ Scotiæ, cognomento Acer, quod poſt expeditionem in Roſſiam contra latrones, redeunti per Merniam occurrens paupercula queſta maritum ſuum à Comitis Merniæ filio loris cæſum, quoniam ob æs alienum in ius ipſum vocaſſet, rex ex equo deſiliens, non prius conſcendit, quam facinoris auctor fuiſſet adfectus ſupplicio. obiit regni anno 17. ſine liberis.

Anno 1023. Aribo Epiſcopus Moguntinus Idibus Auguſti Synodum conuocauit Salingſtadii, in qua decreta facta ſunt de ieiuniis in feſtorum quorundam vigilia obſeruandis, & nuptiis certo tempore intermittendis aut non celebrandis, vt: ab Aduentu Domini vſq; in Octauas Epiphaniæ, & à LXX. diebus vſque in Octauas Paſchatis &c. Item: vt Presbyter poſt galli cantum æſtiuis noctibus bibens, proxima die Miſſam non celebret. Reprehenſi ſunt etiam Presbyteri, qui exorta in vrbibus incendia extinguere tentauerant lineo (vt vocant) corporali, in quo corpus Chriſti conſecratum fuerat, in ignem iniecto. Vide acta Synodi, & Chron. Hirſ.

An. 1023. Stanislaus Epiſcop. Cracou. cum Regem Poloniæ Vladislaum liberius increparet crudelitatis atq; adulteri

terii, sacris operaturus ab ipso Rege lethali vulnere afficitur in vertice 3. Idus April. 1023.

Anno 1024. Cunradi II. Saliqui (quem aliàs appellant Cunradum I. s. de gente Francorum) Imperium.

Anno 1025. Ferdinandus eius nominis primus in Hispania regnat an. 47. mens. 8. Tarapha. Hinc ad Ferdinandi Imp. Coronationem 532.

Anno 1027. Cunradus Romę coronatur à Papa, & Imperatoris nomen sortitur ipso die Paschatis. Frising. (Ohuph. 7. Cal. April.)

Anno 1027. Balduinus Insulanus Barbati filius, Comes Flandriæ despondit sibi Adelam Francorum Regis Roberti filiam; & ad domum propriam in cunis asportauit; eamque vsque ad annos nubiles diligenti cura nutriuit. tuncque affinitate fretus regali, patrem à proprio solo repulit, Flandrensibus ab eius fidelitate auulsis.

Anno 1028. Basilea imperio subditur Germanico, sublato iugo regni Burgundici.

Anno 1030. Quintus millenarius Mundi: Jubilæus mundi 100. Mosis 50. Prædicat. Christi 20. à partitione terræ 2500. à Baptismo Christi 1000.

Anno 1030. Indictus Aldenardæ à Balduino Flandriæ Comite conuentus, cui Hugo Episcopus Noulomagensis cum omni Flandriæ dignitate interfuit: nec non corpora omnium eius territorii vicinorumque Sanctorum; quibus in cerimoniis tantus Diuo Gerulpho, quod Flandrici esset generis, habitus dicitur honos, vt primum vbique sortiretur dignitatis locum, eiusq; feretrum reliqua omnia præcederet. Annal. Meyeri.

Anno 1030. Cunradus Imp. Stephanum Pannoniæ regem cum exercitu petit, & interea in Alemania Wetnherus Comes cum aliis multis occiditur (17. Augusti.) Contract. Vrsp. Schaff.

Anno 1030. Cunradus Imperator 12. Julii posuit primos lapides trium maximorum templorum Spirensium. Brusch.

Anno 1031. Stephanus Vngariæ Rex missis legatis cum Imp. Cunrado pacem facit. Contract.

Anno 1033. Donaldus in Scotia succedit, cæso Milcolumbo. hic cum summa æquitate ius dicebat, ac singulis annis ad inopũ querelas audiendas, perlustrabat prouincias: quo ipso vt bonorum studia sibi conciliabat, ita creuit malorum audacia, Principis lenitatem accipiente ꝑ ignauia. contra eos missus exercitus, victus fususq;. mittitur alter q egregiè vincit. Seditione domi pacata, turbatur à Dano, qui post victoriam prosperam egregio Scotorum dolo circumuentus, omnib. suis ad vnum per temulentiam occisis, vix in patriam rediit solus. Dano cessante, proditione Macbethi, Ducis ante sui, contra Danos ac rebelles, ideoq; magna spirantis, fœdè obtruncatur, regni anno septimo.

An. 1036. Normanni V Viscardo & Richardo Ducibus Italiam inuaserunt, sedesq; ibi posuerunt.

Anno 1040. 23. Augusti, Henrici III. Imp. designati copiæ, dum Vratislaum rebellem Bohemiæ Regem, Petri Vngariæ regis confisum auxiliis, petunt; Bohemorũ insidiis circumuentæ, insigni clade ꝑteruntur. Cæsar ꝑ captiuorum redemptione, Bohemo filium obsidem reddidit: nec longè post, illatam hanc cladem maxima Boêmorum obsidione, flammis, direptionibusq; vicissim vltus est.

An. 1040. Macbelus vi occupat Scotiæ regnum, occiso rege Donaldo. id vt stabiliret sibi, potentiores magnis largitionib. conciliat, populi fauorẽ æquitate parat: in summa, per decennium benè regnum administrat. inde dilapsus ad tyrannidem, Banchonem regiæ cædis socium suum, in cõuiuio iugulat. Proceres sibi metuentes, domũ suam quisq; secedit. Rex leuibus de causis & plerunq; confictis, potentissimum quemq; occidit. eorum bonis facinorosorũ manus, nomine custodię alitur. Nec his satis fisus in colle Dũsinano arcẽ ædificat, opusq; id Thanis omnib. per vniuersum regnum diuidit, quorũ potentissimus Macduffus, regi vitam cõmittere diffisus, aufugit in Angliam ad Milcolumbum Donaldi filium; cum eo de tyranni exitio consultat.

Digitized by Google

fat. Exercitu decem millium intratur Scotia. desetitur ab omnibus Macbetus, 17. anno imperii; tandemq; fidem facit prouerbio; malè partum malè dilabitur.

Anno 1042. 3. Nonas Nouemb. Oceanus ruptis Flandrorum aggeribus accolis grauissima intulit damna, submersis non pecudibus tantum, sed & hominibus.

Anno 1043. tanta fames fuit in Bohemia, vt tertia pars populi interiret fame. Cosma Pragensis.

Anno 1043. 12. Calend. Septemb. obiit Brugis Gunnildis vxor Henrici Imperatoris filii Cunradi: quæ iniustè à marito accusata adulterii, innocentiamque suam tuita duello ministri Angli penè puer contra accusatorem suum giganteæ staturæ bellatorem, dimisso marito pet repudium concesserat in Flandriam ad propinquum suum Balduinum Pium.

Anno 1044. 4. Julii Henricus IV. Imperator ingenti cæde prosternit Vngaros ad amnem Arrabonem, misso diuinitùs in ipsos hostes vehementissimi turbinis auxilio. Auentinus.

Anno 1044. Henrici III. Cunradi II. filii Imperium.

Henricus Imp. glorioſissimam victoriam adeptus est in Vngaria, 3. Non. Julii. Contract. Schaff.

An. 1045. Cadauer effossum est Romæ via Laurentana, quod Pallantis dicebant filii Euandri, admodum immane; cum face ad caput ardente, quæ nec aqua, nec vento exstingui potuit, donec supra flammam foramine acu facto, aër immissus fuit. Facies illius erat quatuor pedum & semissis.

Anno 1046. Gotofredus Dux Lotharingiæ deficit ab Henrico Cæsare, trahitque in partes Balduinum Insulanum Comitem Flandriæ; quod Mosellanorum ducatum à Cunrado Imperatore Gotheloni Duci attributum Gotofredo Gothelonis filio ablatum, Alberto cuidam donasset. durat id bellum annos 8.

Anno 1049. Andreas factus est Rex Vngariæ: à morte Stephani Regis ann. 11. circiter & mens. 4. elapsis.

Bonfi. Contractus ad finem anni ſuperioris refert, quod idem eſt. Ritius autem ſcribit, Andream iam coronatum, cum Vngari poſt mortem Stephani à fide Chriſtiana deſciuiſſent, edicto publico præcepiſſe, vt omnes Vngari, relicta ſuperſtitione Ethnica, redirent ad verum Dei cultum, Chriſtiq; fidem, qua S. Stephanus Rex eos inſtituerat, vltimumq; ſupplicium in eos ſtatuiſſe, qui contrà facerent.

Hic Andreas Belam fratrem ſuum, Ducis Poloniæ generum, cum tota familia reuocauit in Vngariam, regniq; participem fecit, vt ipſe duas regni partes obtineret, Bela tertiam, Ducis appellatione. Hæc Ritius. De Petro Vngariæ Rege, quem Andreas oculis & regno priuauit, vide Bonfinium, Vngar. Chronic. Vrſpergenſ. & Friſingen. cap. 33.

Anno 1052. initium habuit vrbs & collegium Schaphuſianum.

Anno 1053. Papa Leo IX. inſignem cladem accepit die 18. Junii à Normannis, Italis terga vertentibus, & Teutonicis magna ex parte occumbentibus. Contract. Schaff. & Friſing.

Anno 1056. Aldeburgenſes collapſum longa ætate D. Petri templum lapidibus oppidi olim euerſi reædificant. qua tempeſtate tantus eſt cœmiterio Virginis Matris habitus honos, vt in illo niſi nobiles non ſepelirentur: aliiq; omnes ad Petri humarentur.

Anno 1056. Henricus Henrici filius Imp. deſcendit in Flandriam contrà Balduinum Inſulanum conſeditq; in agro Arkenſi iuxta Fanum Audomari. Occurſum illi ad nouam Foſſam, cæſumq; fugatumq; perſecutus eſt miles Maguntiacum vſque. Annales Bertiniani.

Anno 1057. Georgii Cedreni Chronographi Græci Chronicon finitur indictione vndecima (ineunte) qua coronatum ſcribit Iſaacium Commenum Imp. Conſtantinopolitanum menſ. Septemb.

Anno 1057. 25. die Aprilis Milcolumbus recuperato

regno

regno paterno, declaratur rex Scotiæ. ſtatimq; liberis eorum qui à Macbeto fuerant occiſi, bona paterna reſtituit. Primusq; creditur honorum gradus introduxiſſe à vicinis accepto nomine, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Ridaros ſiue Equites. Macduffo tria priuilegia conceſſa; vt poſteri eius regem coronandum, in cathedra collocarent, vt in regio exercitu præeſſent primæ aciei, vt ob cædē impræmeditatam generoſi, 24. ob plebeii 12. marcas argenti ſoluerent latrones punit. Occultis inſidiis petitus; principem eius, nihil ea de re ſuſpicatum, ad ſe vocat: ac longiore ſermone familiariter inſtituto, ſolus in vallem ſecretam, aliis ſubſiſtere iuſſis, hominem ſeducit. Ibi exprobratis ei ſuperiorib. beneficiis, & cōmemoratis inſidiis in ſuum caput ſtructis: Quin tu nunc, ait, armatus armatum, ſi tantū tibi animi eſt aggredere, & quod per dolum petis, virtute præmium tibi para. Perculſus ille re ſubita, humi deiecit ſe ſupplex, veniamq; obtinuit à rege non minus clemente q̄ forti. Vxoris etiam precibus dediſſe fertur, vt primam nouæ nuptæ noctem, Proceribus per gradus quoſdam, Lege regis Eugenii debitam ſponſus dimidiata argenti marca redimere poſſet. Bellū quoq; mouit in Anglum, qui fraude interceperat Anneuicum arcem. ea ad famem extremam redacta, dū cuſtodes petunt vt rex claues recipiat, eaſq; ad cuſpidem Lanceę ſuſpenſas incautus prehendit, miles adacto in oculum ferro eū interimit. etiam fili⁹ eius Eduard⁹ ibidem, vltioni temerariè incumbens cæſus 1093.

Anno 1019. Juxta Tornacum in pago Brachatenſi, prodigioſo inter ſe bello concurrerunt colubri. Sigeb. Gemblac. At hoc cum homines quotidie faciant, mite alioquin ac cognatum genus, ſæculum vocatur.

An. 1059. Romę celebratur ſub Nicolao II. Papa Concilium Lateranenſe, in quo Berengarius Turonenſis ſuam ſententiam de Euchariſtia reuocauit ea verborum forma, q̄ extat in Decreto Diſt. 2. de Conſecra. Ego Berengarius Eccleſiæ Andegauenſis Diaconus anathematizo hæreſin, de qua infamatus ſum, quæ aſtruere conatur, panem & vi-

num in altari post consecrationem solummodo Sacramentum,& non verum corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi esse, & non posse sensualiter, nisi in solo Sacramento manibus Sacerdotum tractari vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ Sedi, & ore atque corde profiteor, de Sacramentis Dominicæ mensæ eandem fidem me tenere, quam Dominus & Venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta Synodus, autoritate Euangelica, & Apostolica tenendam tradidit,mihiq; firmauit,scilicet,panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Christi esse, & sensualiter non solùm Sacramentum, sed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi & fidelium dentibus atteri, &c.

Hanc confessionem Berengarii Romæ coram 114. Episcopis editam misit Papa Nicolaus per vrbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & ad alia loca, vt Ecclesiæ, quæ prius doluerant de auerso atque peruerso, postea gauderent de reuerso atq; conuerso. Hactenus Decret.

Berengarium refutarunt Lanfrancus Archiepiscopus Cantuarienſis & Guimundus Episcopus Auersanus, qui illo tempore vixerunt, & quorum hodie contra Berengarium scripta leguntur. Damnata etiam fuit eius sententia à Leone IX.

Anno 1061. Andreas Rex Vngariæ, videns Belam fratrem suum regnum affectare,& Vngaros paulatim ad eum deficere, vxorem suam & filium Salomonem,cui Imperator filiam suam paruulo paruulam desponderat, cum multis opibus ad Henricum Imp. misit, petens, vt sibi misso exercitu subueniretur, &c. Schaffn.

Anno 1061. Boleslaus Poloniæ Rex Bele precibus fatigatus, in Vngariam expeditione suscepta, magnas Andreæ copias ex Vngaria, Germania & Bohemia contractas, fudit, & Belam Albæ Regiæ in sede regia collocauit. Post hunc conflictum Andreas longius fugiens, comprehensus

henſus ab Vngaris & malè tractatus in ſylua Boconienſi regni & vitæ finem fecit. Cromer. Fulſtin. Ritius, Vngar. Chronic. &c.

Anno 1061. 5. Calend. Februarii obiit Spignen Dux Bohemiæ. Hic cum in hoſtem proficiſceretur, & iam leuatis ſignis militiæ vnius die iter perfeciſſet, obuiam habuit viduam quæ flens & eiulans poſt eum clamabat, Domine vindica me de aduerſario meo. Et ille, faciam inquit, cum de expeditione rediero. At illa; Quid ſi non redieris? cui me vindicandam dimittis? cur tuam mercedem à Deo accepturus omittis. Hic ſtatim intermiſit iter ſuum, eamq; iuſto iudicio vindicauit de aduerſario. Coſma Pragenſis.

Anno 1062. Athela vxor Balduini Barbati Comitis Flandriæ Meſſenis collegium inſtituit XII. Sacerdotum, ac Parthenonen XXX. Benedictinarum Virginum: eo allato Roma corpore B. Martyris Sidronii.

Anno 1062. cum fames Flandros premeret, ingensq; multitudo hominum panis quęrendi cauſa confluęret Aldenburgium, repertus, quidam prima luce mortuus, vt creditum eſt, fame: qui dum ſepeliretur Sacerdos Godobertus prohibuit pulſum campanę, q̃ eſſet homo ignotus. ſed ecce per ſe æra illa, cunctis ſtupentibus, perſonuerunt.

Anno 1064. Lietbertus Cameracenſis Epiſcopus fundauit ibidem loci monaſterium S. Sepulchri.

Anno 1065. Henricus IV. Imp. cum hactenus omnia per tutores acta fuiſſent, accinctus eſt gladio, & ipſe bella gerere cœpit anno regni ſui 9. ætatis 14. App. Contract.

Anno 1065. mortuo ſine liberis Eduardo Rege Anglorum, reliquit heredem teſtamento Gulielmum Ducem Normanniæ: cui cum ſe opponeret Haraldus Goſuini Angli cuiuſdam filius, implorat opem ſoceri ſui Balduini Inſulani Comitis Flandriæ. quam addixit hac conditione, vt ipſe Gulielmus omnesq; poſthac Angliæ Reges penderent in perpetuum Flandris Comitibus 300. in annos ſingulos marcas argenti. Annales Meyeri.

Digitized by Google

Anno 1066. Visus est Cometes, qui effectu non caruit. Nam eodem anno Guilelmus Normanniæ Dux ab Eduardo hæres institutus, Angliam cum exercitu inuasit, & Haraldum, qui Regis Angliæ nomen vsurpare, Guilielmumq; Anglia arcere conabatur, vicit & occidit. Frising. Meyer. Schaffn.

Anno 1066. De Sclauorum defectione à fide Christiana, vide Helmoldum cap. 24. Alii ad 1064.

Anno 1067. patri successit Balduinus Montensis Comes Flandriæ; qui auctor fuit virgæ albæ quam Flandrici Prætores etiam nunc gestant.

Anno 1067. ad 7. Idus Maii dedicatum Gandaui nouum templum Diui Bauonis, simili cæremonia qua templum D. Petri Insulæ.

An. 1068. Gerardi montem in Flandria muniuit, atq; ad oppidi formā condidit Balduin. Montenſ. comes Flandriæ.

Anno 1070. Pridie Nonas Julias strangulata à seruis suis S. Godeleua iussu Bertulphi Gestellani mariti, impulsu matris sui. is postea conuersus ad pœnitentiam vixit obiitque austerè in cœnobio D. Winnoci Bergensis.

Anno 1071. Johannes Xiphilinus Patriarcha Byzantinus, qui Dionis historiam in Epitomen redegit, floruit.

Anno 1071. Clara & celebris quoq; hoc tempore fuit memoria S. Sebaldi in Nürnberg. Schaffn.

Anno 1071. Est annus à Monarchia Alexandri 1400. Augusti 1100. Vespasiani imperio 1000.

Anno 1071. In huius anni autumno (teste Schaffnaburgensi) Henricus IIII. Imperator conuentu Misnæ indicto, Boleslaum Poloniæ Regem & Vuratislaum Bohemiæ Ducem dissentientes, à mutuo odio & maleficio iubet desistere, eique se socium contra alterum profitetur, qui primus arma sumpturus esset. Eius compositionis forma publicè in templo Misnensi recitata est. Fabric.

Anno 1072. dedicatum Gandaui à Rabodone Episcopo tem-

po templum, quod vocabant S. Christi: euersum postea à Carolo V. Imperatore vt inibi fieret castrum coërcendis ciuibus.

Anno 1072. Robertus Frisius Comes Flandriæ, victo occisoque in prælio pupillo suo Arnulpho legitimo herede Principatus Flandriæ, expiandæ cædis caussa per Flandriam vel à fundamentis erexit, vel à barbaris destructis restituit templa in honorem Diui Petri, Brugis, Ipræ, Hulsti, Bergæ, Orscampi, Ostendæ, Tileti, Marlebecæ, Maldegemiæ, Zuinardi, aliisque locis pluribus. Casleti autem templum Saluatoris restituit, legitq; D. Petro Sacerdotes Canonicos XX. ac Toralti reparato templo, X. Annales Flandriæ.

Anno 1073. Hoc anno die vigesimo primo Aprilis obiit Alexander Papa. Marianus. Successit Gregorius VII. antea dictus Hiltebrandus. Hic aduersatus est Henrico IV. Imperat. eiusque crebrò meminit Venericus Episcopus Vercellensis (qui hoc tempore floruit) in libro de vnitate Ecclesiæ & schismate inter Henricum IV. Imp. & Gregorium VII. Papam, de quo plurima lege apud Vrspergensem, qui in his temporibus describendis est accuratus & copiosus. Vide & Bennonem Cardinal. in vita huius Pontificis & sequentium.

Cœlibatus Sacerdotum in Germania.

Anno 1074. Schisma ortum propter Sacerdotum matrimonia, à Gregorio VII. inhibita, q̃ prohibitionem alii bonam ac piam, alii impiam & Euangelio contrariam esse contendebant. Scribunt ea de re Sigebertus & Nauclerus mirabilia. Meyer.

Anno 1074. Octauo Maii Stanislaus Episcopus Cracouiensis, quod apertius Boleslaum secundum Poloniæ Regem ob vitam malam reprehenderet, iussit eum trucidari ad aram. Exinde eo à Pontifice excommunicato Polonia pluribus annis ciuilibus dissensionibus ac cædibus in

Principum plurium multitudine ac vilitate, miserè quassata est atq; eneruata. Ceterùm refertur de hoc Boleslao: Cum aliquando Sacrificulus quis miraretur in aula magnã vim auri atq; argenti; alteq; ingemisceret: quæsita caussa Rex, vt intellexit esse quia miraretur regiam beatitudinem suamq; egestatem: Quin tu inquit, tantum opum hinc aufer quantum corpore auferre potes. Ille tantam molem in vestem infarsit, vt redituro domum, in via ex onere, cum nollet quid abiicere, ceruices fractę esse dicantur. Rex cognito casu, cadauer & aurum, tanquam damnatum quid in profluentem abiici iussit.

Anno 1075. occisus Godefridus Comes Louanienſis Antuerpiæ à percussoribus Roberti Frisonis comitis Flandriæ.

Anno 1075. die 9. Junii Henricus IV. Imp. atroci clade prostrauit Saxoniæ Principes rebelles in loco Nagelstede ad Vnsterrodum Thuringiæ amnem. Paulò post iterum cum Imp. congressi, impares viribus victori se dediderunt; inter alios etiam Otto Dux ad Visurgim, qui statim dimissus est.

Anno 1076. S. Ladislaus Rex Vngariæ regnat annis 19. Vngar. Chron.

Anno 1076. Hoc demum anno ortum est schisma inter Gregorium VII. & Henricum IV. Imp. quo Romana Respub. totaq; Ecclesia miserè turbata est, Gregorio anathema Henrico denunciante, & in imperio Rodolphum ei surrogante. Vrsperg.

Anno 1076. perpetuum fuit gelu in Flandria à prima Nouembris adusque 16. Calendas Maias.

An. 1077. Rudolphus Dux Sueuiæ, 13. Martii in Forcheim à quibusdam Principibus eligitur Imperator contra Henricum IV. Imp. Coronatur 21. Martii Moguntiæ à Sigefrido Archiepiscopo, media quadragesima. Vrspergens. Marian. Sigeb. Venericus.

Anno 1077. 25. Decembr. Polonorum Dux, qui multis iam annis Germanorum Impp. fuerat tributarius, obser-

uata

Digitized by Google

uata inteſtinorum Germanorum occaſione, regium ſibi nomen vſurpare cœpit, ac quindecim Epiſcoporum auſpiciis conſecratur in Regem. Lambertus.

Anno 1077. Henrico IV. Cæſ. verſus Italiam profecto, Principes aliquot, quorum maior pars erant Epiſcopi Saxonici, conueniunt Forchenii, & in gratiam Hildebrandi P. M. Sueuiæ Ducem Rudolphum, cui germana ſoror Henrici nupta erat deſignant Cæſarem 13. Martii: eoque Germaniam tum vtcunq; tranquillam innumeris implent calamitatibus. Lambertus.

An. 1077. Deſinit Chronicon Lamberti Schaffnaburgenſis, Chronographi doctiſſimi & accuratiſſimi.

Anno 1078. tanta erat paupertas per Germaniam ob continuas bellorum rapinas, vt villici iumentis orbati, octo vel decem viri combinati aratris terram proſcinderent, ne fame pereundum eis foret.

Anno 1079. Oppidum D. Audomari vnà cum monaſterio D. Bertini fortuito incendio deflagrauit.

Anno 1079. Lambertum Baliolanum virum nobilem obtruſum ſibi à Roberto Friſio Flandriæ Comite in Epiſcopum, contra leges, quæ libera ſuffragia relinquebant Capitulo, Taruannenſes ipſi linguam extremitatesq; digitorum præcidentes, vrbe eiiciunt.

Anno 1080. Jubilæus Mundi 101. Moſis 51. Chriſti prædicationis 21.

Anno 1080. Henricus IV. cum Saxonibus, quorum dux erat Rudolphus Sueuus, quartum prælium commiſit, die 12. Octob. in quo Rudolpho præciſa eſt dextra, quam cum Mersburgi moriturus abſciſſã intueretur, grauiter ſuſpirãs dixiſſe fertur ad Epiſcopos q aderãt: Spectate, inquit, dextram legitima ſupplicia expendentem, q̃ fidem ſacramento munitam, & Henrico Domino meo datã, vobis vrgentib. præter æquum & fas temerè violauit. Videte q me contra Dominum meum ſolium aſcendere feciſtis, vt recta via me veſtra monita ſequentẽ duxeritis. Quibus dictis, expi-

ſauit: ſepultus Mersburgi. Venericus, Marian. Sigeber, Vrſpergenſ. Bonfin. Helmol. cap. 29. Rudolphus regio ritu ſepultus eſt, quod cum ęgrè ferrent quidam, & dicerent, non decere hoſtem Imperatoris ita honorari mortuum: reſpondit Imperator: Sinite eum regiis inſignibus ornatum ſepeliri: vtinam omnes mei aduerſarii hoc ornatu ſepulti iacerent.

Anno 1081. Boleslaus Poloniæ Rex ob S. Stanislai cædem à Gregorio VII. diris deuouetur, & regnum ſolenni ritu ei abrogatur, ſuccedente ipſi VVladislao.

Boleslaus inuiſus omnibus in Vngariam fugit, ibiq́ue conſcientiæ doloribus laceratus miſerè periit. Mecho. Cromer.

Anno 1081. Bellum Abbatis Sangallenſis cum Berchtoldo Zeringenſi & ſociis in Turgouia.

Arnulphus Sueſſionum Epiſcopus 18. Cal. Septembr. 1087. defunctus eſt Aldenburgi in Flandria, ad quam pacificandam miſſus fuerat an. 1083. à Gregorio VII.

Ceterùm cum Odo Abbas D. Medardi Sueſſionenſis mirum in modum doleret tantum virum non iacere Sueſſione, Arnulphum Abbam, & Godebertum Boldradumque Monachos magnis ſubornat præmiis, vt de nocte furarentur viri corpus deferrentq́; Sueſſionem. ii quoties id tentarent, toties miraculo prohibiti ſunt, atq; ita tonante, vt eis videbatur, cœlo timore perterriti, vt tandem clamoribus Deum teſtarentur, nunquam vltra Beati viri ſepulcro ſe manus allaturos. Annales Meyeri.

Anno 1083. Taruonenſes metu Comitis Flandriæ corpus D. Maximi Bononiam tranſportant: cuius caput Bononienſes poſtea retinuere. quod furtum 50. demum anno patuit, inſpecta tum primum Sancti capſa.

An. 1083. Affligemenſe monaſterium, Brabantiæ ditionis, Flandriæ finitimum dedicatur à Gerardo Cameraci Epiſcopo. primus Abbas fuit Fulgentius. ortum habuit in illa ſolitudine à ſex militibus conuerſis ad inſtitutum Benedictorum, qui eo loci cellam conſtruxere.

Anno

An. 1083. monaſteriũ D. Vuinoci Bergenſ. arſit, quo incendio abſumptos tradunt libros 24. ſcripta videlicet ac monumenta ſtudioſorum virorum eius domus.

Anno 1083. 4. Nonas Junii feria 6. poſt Pentecoſten Henricus IV. Imp. poſt biennii obſidionem Romam cepit. Papa Hildebrandus, qui & Gregorius VII. vocatur, fugit in molem Hadriani.

Anno 1083. Deſinit Chronicon Mariani Scoti, indict. 6. Eius Chronico appendicem addidit Dodechinus.

Anno 1085. Egbertus Marchio Saxoniæ tyrannidem arripuit contra Henricum IV. Imp. in Saxonia. regnauit annos 5. & menſes aliquot. Fuit hic Dominus Brunſuici & poſt quinquennium in Molendino Eiſenbutel occiſus eſt à militibus Imperatoris 1090.

Anno 1085. die 24. Junii Sarraceni ſuccumbunt in regno Granatæ, interuentu Guilielmi Angliæ Regis Normanni, quem vis tempeſtatis, in Normanniam tendentem contra filium Robertum, in Beticam vſq; abripit.

Anno 1086. conſpectus eſt apud Auguſtanos coruus albus.

Anno 1086. Henricus IV. Imp. VVratislao Bohemorum Duci Moguntiæ in conuentu Principum attribuit titulum dignitatemq; regiam, Morauorum regno in Bohemiam translato. Æn. Sylu. Pletiq; tradunt VVratislaum regem coronatum eſſe Pragæ ab Engelberto Archiepiſcopo Treuirenſi, die 16. Maii anno 1087.

Anno 1086. Ordo Carthuſienſium inſtitutus eſt Coloniæ à Brunone Theologo: cui occaſionem præbuerant triſtes voces hominis morituri, & ad cogitationem de futuro Dei iudicio contremiſcentis. Antonius & Speculum Vincentii lib. 26. cap. 82. Alii ad 1084.

Anno 1088. Magnus Dux Saxoniæ inferioris, ſucceſſit patri Ortolpho.

Anno 1088. Kanutus Danorum Rex à ſuis occiditur, quod eis perſuadere conaretur vt frugum decimas penderent, vnde viuerent Sacerdotes.

Anno 1089. Gothofredus Bullionenſis Euſtathii Comitis Bononiæ filius, Lotharingiam qua eiecti fuerant maiores, recepit: Brugisq; inſtitutus eſt Præfectus templi D. Donatiani à Roberto Iuniore Comite Flandriæ, perpetuus Flandriæ Cancellarius ac Magiſter monetæ domus Comitis &c. Annales Flandriæ.

Anno 1090. Henricus Craſſus Princeps ad Viſurgim, Comes Northeimenſis, ac Dominus Brunſuigi, ducit Gertrudem ſororem Egberti vltimi Marchionis Saxoniæ: quæ illi poſtea peperit Rixam, quam Lotharius Saxo Imp. matrimonio habuit; cui ex illa nata eſt filia Gertrudis, mater Henrici Leonis Ducis Saxoniæ.

Anno 1090. 15. Calend. Maii, quarta feria in ſecunda hebdomada Paſchæ combuſtum eſt monaſterium SS. Martyrum, Viti, Wencelai, atq; Adelberti, in vrbe Pragæ.

Anno 1091. Robertus Friſius Comes Flandriæ ex Syria reuerſus, reſuſcitauit quandam conſuetudinem, qua ſacerdotio Flandrenſi non licebat facere teſtamentum: ſed cum morerentur Sacerdotes, omnium bonorũ ipſorum Comites ipſi ſeſe fecerant heredes, ſed nihil obtinuit, reluctante Vrbano P. M.

Anno 1093. Donaldus Banus Milcolumbi cæſi frater, ſublimatur in regem Scotiæ, maximè ab iis qui ſuperiorem Principem corruptæ maiorum diſciplinæ, falſo inſimulabant, Anglosq; domo pulſos in Scotorum agris collocatos dolebant. verum cum boni omnes colerent memoriam Milcolumbi, Donaldusq; multa inter ſuos capiti eorũ minaretur q̃ ſacramentũ dicere abnuerẽt, eligunt ſibi Duncanum Milcolumbi nothum: ad eius aduentum multis deficientibus, rebus ſuis diffiſus, poſt ſextum quã regnum intraſerat menſem, profugit in Æbudas. At Duncan⁹ homo militaris, & artium pacis non admodum gnarus, cum imperioſius omnia tractaret, breui in maximũ maioris partis odium incurrit. Vnde Donaldus corrupto Macpendiro, Merniæ Comite nocte eum curat obtruncandum, poſt annum & 6. menſes imperii. ipſeq; deinde, bonis eũ (inopia

pia melioris) magis tolerantib. q̃ probantibus, plus minus triennio, turbulentissimum regnum gessit, hinc Insulanis, inde Anglis omnia infestantibus. Cumq; Magno Norvegiæ regi insulas Occidẽtales occulta pactione vltrò donasset, actum occultis nunciis cum Edgaro Mileolombi filio, vt Scotiam ingrederetur : id vt factum, à suis destitutus Donaldus capitur, & paulò post moritur in vinculis.

Anno 1094. ab Idibus Octobris in mensem Aprilem perpetuæ fuere pluuiæ, grauissima mox subsequente pestilentia : vnde dictus fuit *Annus pluuiosus*.

Anno 1095. Fucherius Carnotensis, qui fuit Capellanus (vt veteres nõminãt) Balduini, fratris Godfridi Bilionæi, historiam rerum per 29. ann. gestarũ ab anno 1095. ad 1124. breuiter & magna cum fide perstrinxit. Pontacus.

An. 1095. Concilium Claromontense in Galliis, congregatum ab Vrbano II. Papa, qui Christianis Principibus contra Turcas arma decreto & cohortatione sua induit, eosq; ad expeditionem vltramarinam pro recuperanda Terra Sancta excitauit.

Anno 1095. adprobatur memorabilis ille cereus Ytherio & Nocmanno de cœlo traditus per virginem matrem, qui alios quidẽ morbos, sed præcipuè sacrum illum ignem exortum 1088. statim tolleret. vnde & multi alii cærei, vt Brugensis, Falcobergensis, Bononiensis, Nigellanus, Arkensis, Blendecanusq; deriuati.

Anno 1096. Henricus Comes Louanensis profectus Tornacum ad Euerardum Principem ciuitatis, quendam ex eius nobilitate Gosceguinum virum fortissimum, prouocat ad duellum; qui inuitus primo statim incursu hasta ipsum confodit.

Anno 1096. Celebris expeditio in Palæstinam à Christianis Principibus suscipitur studio recuperandi terram sanctã. Tanto numero Christiani mare transierunt, vt Occidens vniuersus demigrare visus sit in Orientem. Appellatur bellũ sacrum, estq; pio zelo susceptum, sed piorũ sanguine multo gestum. Describitur à Fucherio, Guilelmo

Tyrio, Blondo, & rerum Gallicarum Germanicarumque scriptoribus.

Anno 1096. S. Leopoldus Marchio Austriæ dictus pater pauperum, patri in gubernatione succedens, regnauit an. 40. Huius filius fuit Otho Episcopus Frisingensis historiographus. Cuspinianus.

Anno 1097. die 5. Martii Saracenorum exercitus atroci clade prosternitur à Christianis ad Nicæam.

Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis moritur 3. Julii 1097. Balæus. Ei succedit Anshelmus in præsulatu. Sigeb.

Anno 1097. Edgarus Milcolumbi filius summo omniũ ordinum consensu reducitur in regnum Scotiæ, q̃ summa in pace vixit ann. 9. & 6. mens. bonis omnib. carus & verendus; malis adeo formidabilis, vt toto eius regni tẽpore nulli mot⁹ intestini, nullus ab hoste externo metus fuerit.

Anno 1097. Nicea, vrbs Synodi Nicenæ memoria celebris, expugnatur à nostris. Sigeb. &c.

Anno 1098. die 7. Febr. cæsus exercitus Saracenorum 28. millium, qui in subsidium obsessis intra mœnia Antiochiæ venturi erant. Tyrius.

Anno 1098. Antiochia nono mense obsidionis die 3. Junii (al. 31. Maii) expugnata est à Christianis; & cæsa 100. millia Saracenorum. Drechs. Fucher.

An. 1098. 28. Junii Christiani præter humanã opinionẽ Saracenos memorabili vincunt prælio ad Antiochiam.

Anno 1099. Hierosolyma capta, & Saracenis erepta est à Christianis 15. Julii, die Diuisionis Apostolorum, feria 6. hora qua Christus mortuus est, die 39. obsidionis.

Godfridus Bilionæus Princeps Lotharingiæ, qui primus conscensis & superatis mœnibus in vrbem Hierosolymam irrupetat, creatus est primus Rex Hierosolymorum, sed regni titulum & insignia ideo se nolle dixit, quod indecens duceret, Diadema aureum hominem peccatorem gestare ea in vrbe, in qua Saluator mundi, æternus Rex, spineam coronam suo sacratissimo sanguine

madem-

mladentem gestasset. Tradunt itaque Coronam spineam ei esse impositam, flexis genibus ad sepulchrum Dominicum procumbenti, forte vt testaretur, se Christo caput & vitam suam donare; & ad illius exemplum, in hac vita spineum diadema se non aspernari, dummodo post mortem, vitæ æternæ gloria, spinis Christi parta & acquisita, ornandus & coronandus sit. Narrantur ista à Chronographis fuse & copiose, sed tamen dissimiliter: ex illorum scriptis Lector ea cognoscat, quorum commemoratione nos brevitatis institutæ studio abstinemus. Robertus Monachus scribit, Tantum ibi humani sanguinis fusum, vt cæsorum corpora vnda sanguinis impellente natarint ac fluitarint.

Regnum Hierosolymorum tenuerunt 8. Reges annis 88. tam breuis temporis regnum constitit multo Christianorum sanguine, multis regnis preciosiore. Est annus ab expugnatione Ierusalem sub Dauide 2171. à desolatione eius sub Nebucadnezare 1704. sub Vespasiano 1028. postquam à Persis capta fuerat 484. postquam vero Saraceni eam expugnauerant ac possederant 463.

An. 1099. die 29. Iulii Sarracenorum numerosissimus exercitus, ab exiguis Christianorum copiis funditur ad Ascalonem, cæsis eorum 100000.

Anno 1100. Iuo Carnotensis Episcopus decreta pontificum in vnum volumen collegit.

Anno 1101. Guelphus VII. Dux Bauariæ, annis 17. successit patri Guelpho VI.

Anno 1102. Paschalis II. Rom. Pontifex Henricum IIII. Imp. excommunicat. Estque Henricus hic Imperator primus à Rom. Pontif. anathematis fulmine percussus. Lege Vrsp.

Anno 1104. Diterichus Comes de Katelnburg nuptias facit cũ Gertrude Comitissa Northeimẽse ac Brunsuicense.

Anno 1104. diem natalem Christi, Imperator Henricus IV. cum filio Henrico V. celebrauit Ratisbonæ: vbi paulo post orta seditione à ciuibus eiusdem vrbis captus est Sifridus Comes de Burchausen & capite truncatus.

Anno 1104. Henricus Rex Anglorum ſubactis Wallenſibus, Flandros quotquot in Anglia habitabant in Walliam traduxit. habitabant autem multa millia qui ante quadriennium eo conceſſerant, inundatione Oceani amiſſis ſuis poſſeſſionibus.

Anno 1105. Henricus V. filius Henrici IIII. aduerſus patrem excommunicatum arma ſumit, & adiunctis ſibi quibuſdam Germaniæ proceribus, bello eum perſequitur. Northuſiæ etiam in Epiſcoporum conuentu publice ſeſe purgat, quod patri bellum faciat, non regnandi cupiditate: ſed ſtudio obedientiæ erga ſedem Apoſtolicam declarandæ. Vrſp.

Anno 1105. Natalem Chriſti Henricus IV. Imp. celebrat Moguntiæ, filius autem eius Henricus V. Ratiſbonæ. qui paullo poſt inſtinctu quorundam Principum, auctoritate Paſchalis II. à patre ſuo deficit.

Anno 1106. Henricus IIII. decreto Paſchalis Papæ excommunicatus imperio deiicitur, & inſignibus atque ornamentis Imperialibus ſpoliatur à Moguntino & aliis apud Ingelheim: cuius rei narrationem prolixam habet Helmol. cap. 32. 33. Friſing. Vrſp. &c.

Anno 1106. ineunte Die natalis Chriſti fuit conuentus Principum, in quo Henricus IV. Imperialibus inſignibus priuatus, & filius Henricus V. iiſdem ornatus eſt.

Anno 1106. Henricus IIII. Imp. in cuſtodiam à filio coniectus, mœrore animi moritur Leodii, 7. Auguſti, ætatis 56. imperii an. 50. incoatis: à morte patris 49. Cadauer eius vt hominis excommunicati, toto quinquennio ſarcophago lapideo incluſum, extra templum Spirenſe inhumatum ſtetit, & ſepulturæ honore caruit. Vrſp. &c. Mauſoleum Spirenſe habet diem obitus 7. Idus Iun.

Anno 1106. è vita diſceſſit Magnus Dux Saxoniæ, cui ab Henrico V. Imp. ſuffectus eſt Lotharius Comes de Suppelenburg & Arnſberg, qui poſtea ducta Rixa filia Henrici Craſſi, dotis loco accipit Brunſuicum cum dependentibus; fitque Imperator 1125.

Anno

Anno 1108. Henricus Cæsar, conuentu Ratisbonæ habito, amplas è Noricis præcipue copias adduxit in Lotharingiam seu Brabantiam, adoriturus Flandros. sed frustra. Roberto enim se ei opponente nulla re memorabili gesta rediit ad natalem Dominicum Maguntii : vbi pax inter ipsos conuenit.

Anno 1109. exarsit bellum Germanicum cum Cæsare Henrico V. in quo Boleslaus rex Poloniæ, vt auerteret robur exercitus Cæsariani constans ex Bohemis, principem eorum Suantopultum transfigi curat à percussore sub specie transfugæ in ipso tentorio Cæsaris, die Septembris 21.

Anno 1109. Henricus V. Silesiam, quæ tunc Polôniæ parebat, cum exercitu ingressus, Libusium oppidum limitaneum cepit; illudque donauit Archiepiscopo Magdeburgensi: Glogouiam frustra oppugnauit, & Boleslao Poloniæ Regi pacem dedit. Vbi cum forte Cæsar legatis ingentem auri & argenti thesaurum monstrasset, subindicans, paratos esse belli gerendi neruos : Hic, inquit, Polonos perdomabit: vnus ex legatis Polonicis stultam Cæsaris iactantiam notans, annulum aureum digito detractum ad reliquum auri cumulum adiecit: addens hæc verba: Iungatur aurum auro. Quo scommate nihil offensus Cæsar respondit germanica lingua: Habbanck: quod est ago gratias. Inde manssit vniuersæ familiæ nobile nomen, vt Habdanckii appellentur. Paulo post Henricus V. non procul à Vratislauia acerrimo prælio victus est à Boleslao R. Polon. in campo Canino, cui nomen fecit concursus canum post pugnam cadauera laniantium. Crom. Curæus.

Anno 1110. Comes Habspurgius in arce Butenheim Heluetica obtruncatur.

Anno 1111. 29. Aprilis capta est à Christianorum exercitu Beritus, vrbs Palestinæ maritima. Tyrius.

Anno 1111. Henricus V. Romæ à Paschali Papa coronatur, & pater eius Henricus excommunicationis vinculo so-

lutus, insigni pompa funebri terræ mandatur, Spiræ Vrsp. &c.

An. 1111. Eodem tempore Paschalis Pontifex Henrico V. concedit ius & priuilegium imperiale cõferendi Episcopatus & Abbatias vel Prælaturas (vt vocant) per annulum & baculum: quod tamen ei paulo post eripuit. Vrsp. Fris.

Anno 1111. exortum est bellum Flandrorum contra Anglos, non pendentes vectigal promissum à Gulielmo Rege 1066.

Anno 1111. Henricus V. Imp. ex Italia reuersus, Patris cadauer quod quinquennium insepultum iacuerat, Spiræ honorifice sepeliri curat.

Anno 1112. Desinit Chronicon Sigeberti Monachi Gemblacensis, qui hoc anno obiit. Eius Chronicon continuauit Robertus Abbas Montis vsque ad annum Christi 1210.

An. 1112. mense Maio tanta niuis copia de cælo cecidit, vt arbores etiam in siluis discerperentur.

Anno 1113. S. Bernhardus, genere Burgundus, ingressus Cistericium, factus est Monachus, à constitutione Domus Cistercien sis anno 15. ætat. circiter 22.

Anno 1113. fuit bellum Cuntadi Zeringensis cum Reinoldo Burgundo.

Anno 1115. die 11. Februarii Lotharius Dux Saxoniæ Henricum V. Imp. ad siluam Welpeshold ingenti prælio vicit, & trophæum erexit; quod hodie à rusticis adoratur, ceu signum S. Iodoti. sic enim nominant.

Anno 1115. Henrico V. Saxoniam vastanti occurrit Lotharius Saxonum dux (qui post Henricum impetauit) cum exercitu in Welphsholz / & 11. Febr. commissum est prælium illud memorabile, quo Saxones victores attriuerunt copias Cæsaris, & desiderata sunt ex vtraque acie 45. millia hominum. Helmoldus ait copias Cæsaris maiores fuisse Saxonicis, atque tres Saxones quinque Cæsarianis fuisse in pugna oppositos. Cranzius Saxon. 5. c. 36. Trith. Fabric. &c.

Anno

Anno 1116. incendium oritur Brugis quo totum pene oppidum est combustum.

An. 1116. Paschalis II. Papa Romæ in Concilio Lateranẽsi, 6. Martii congregato, priuilegiũ de inuestitura Episcoporum antea traditum Henrico V. reuocat, damnat & abrogat, vt per vim sibi in castris extortum: illudque nominat Prauilegium. Imperatorem etiam anathemate ferit. Quæ res multos Episcopos & Principes Germaniæ ad rebellionem aduersus Imperatorem commouit. Nouæ itaque turbæ, schismata & scandala in Ecclesia repullularunt. Vrsp. Helmol. Cranz.

Anno 1117. Rupertus Tuitiensis hoc anno dedicauit Cunoni Abbati Sigebergensi libros egregios de operibus S. Trinitatis: quod docet præfatio: perfecit opus triennio.

Anno 1117. obiit Gertrudis vidua Brunsuicensis mater Rixæ Lothario nupta.

Anno 1117. oppidum D. Audomari totum pene interit incendio.

An. 1118. Chronicon Ioannis Zonaræ terminatur, morte Alexii Comneni Imper. Græci, in cuius locum subiit Calo Ioannes Comnenus. Deinceps historiam pertexit Nicetas Choniates complectens annos 87.

Anno 1118. Henricus Niger Dux Bauariæ annis 6. successit fratri Guelpho VII.

An. 1118. Romæ mortuo Paschali II. Henricus V. Imp. Pontificatum abrogauit Gelasio II. recens electo, Apostolicæ Sedi alium quendam imponens. Gelasius Pontificatu deiectus Cæsarem in Germaniam redeuntem excommunicat, ac diris persequitur: itaque schisma quod iam putabatur emortuum, crudeliter reuixit, & Henricus Cæsar de imperio & honore suo periclitari cœpit. Vrsp. &c.

Anno 1119. 8. Nouembris sumptibus Lotharii Ducis Saxoniæ, equites aurati & nobiles conuenerunt Gottingiæ, qui armati exercitii caussa inter se concertarunt.

Digitized by Google

Anno 1119. conditur, munitur Stutgardia in Wirtenbergico à Rudolpho Marchione Badensi.

An. 1120. fundatur Friburgum Brisgoiæ, à Duce Berchtoldo.

An. 1120. Gandaui 4. Nonas Maii grassatur incendium quo maxima pars vrbis vna cum templis DD. Michaelis & Nicolai absumpta est, Fulcro vir longe ditissimus cum fratre Basilio omniq; pene familia periit.

Anno 1122, Berchtoldus III. Zæringensis, Marchionis Berchtoldi filius cum bellum in Alsatia inferiore, inter Tagsburgensem Comitem & subditos eius exortum esset, eique vt propinquo, auxilium ferret, interfectus est cum Hugone apud Molsheimum.

Anno 1122, Henricus V. in concilio Wormaciensi 23. Septembr. reconciliatur a postolicæ Sedi, resignans atque cedens ei omne ius Inuestituræ Ecclesiasticæ: id est, potestatem, Episcopos inuestiendi, consecrandi & confirmandi Episcopatus vel Abbatias ac prælaturas conferendi, quæ antehac penes Impp. siue laicos fuerat. Pontifex vero Calixtus II. vicissim concessit, Electionem Episcoporum & Abbatum in præsentia Imperatoris fieri, sine violentia, ita vt iam electus regalia per sceptrum ab Imp. reciperet. Cusp. Vrsp. Sigeb. Fris. lib. 7. c. 16.

An. 1123. combustum est cænobium Hasnonense cum toto oppido seditione Prætoris sui; saluo tamen ærario & bibliotheca.

Anno 1123. Bergium oppidum vna cum monasterio D. Vuinoci incendio deflagrat Nonis Septembribus.

Anno 1124. Mense Decembri Calixto II. Papæ successit Honorius, à quo Volaterranus scribit confirmatum esse Ordinem Templariorum siue fratrum Militiæ templi Hierosolymitani. Pontacus eorum initium refert ad Gelasii II. tempora, & ait dictos esse Templarios, quod iuxta Templum Domini Hierosolymis in Palatio regio habitarent. Vide Tyrium lib. 12. cap. 7. & Æmilium lib. 5.

Anno 1124. Henricus V. Imp. sororem Lotharii Ducis Saxoniæ

Saxoniæ, Hollandiæ Dominam, contumacem feminam bello aggressus cogit imperata facere.

Anno 1124. Iacta fundamenta monasterii Diui Michaelis Antuerpiæ.

Anno 1124. Albertus Vrsus, cognomento Magnus & pulcher, filius Othonis, Comes Ascaniæ & in Ballensted, Dominus in Bernburgk & Marchio Soltwedelensis, ab Henrico V. Imp. post patrem hoc anno inuestitur. Huius multa fit mentio in historia Principum Anhaltinorum, & Marchionum Brandeb. & sunt qui dictum putent Vrsum à familia Vrsinorum Romanorum. Iust. &c.

Anno 1124. Dauid frater Edgari creatur Scotiæ rex. Potentiorum querelas ipse audiebat. si quis iudicum falsum iudicasset, res iudicatas non rescindebat, sed iudicem litis æstimationem cogebat victo pendere. Luxuriam latius proserpentem patris exemplo coercuit. Monasteria vel collapsa vetustate, vel bellorum iniuriis diruta, instaurauit. Ad sex Episcopatus priores, quatuor adiecit, Rossiensem, Brechinensem, Caledoniensem, & Dumblanensem. Vxorem Mathildem in ætatis flore mortuam ita desiderauit, vt plus 20. annis, non modo cælebs, sed expers etiam veneris superfuerit. obiit 1153. nono Kalend. Iunii, Princeps, imo pater populi incomparabilis.

Anno 1124. Pomerania ad Christum conuersa.

Otho Episcopus Bambergensis Pomeranos, & quasdam terræ Lutitię vrbes, ab errore & idololatria gentili reuocatas ad Christi fidem perducit, iisque baptizatis templa in vrbib. construxit, de quo lege apud Vrspergensem scriptum ipsius Othonis Episcopi, Pomeranorum Apostoli. (Est annus 2600. ab egressu Israelitarum ex deserto, & ingressu eorum in terram promissam duce Iosua.) Huius rei meminit Helmoldus his verbis: His diebus, inquit, claruit vir insignis sanctitate Otho Bauenbergensis Episcopus, qui inuitante pariter, & adiuuante Bolizlao Polonorum rege, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem

Slauorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Oderam & Poloniam : prædicauitque illis verbum Dei, Deo cooperante & sermonem confirmante subsequentibus signis: omnemq; gentem illam cum Principe eorum Wercezlauo conuertit ad Dominum. Vide Vandaliam Cranzii lib. 7. c. 17. & lib. 3. c. 28. Saxon. l. 5. c. 44.

Nomina vrbium Pomeranicarum ab Vrspergensi hæc exprimuntur: Pirizstetin, Vulingamen, Colberch, Belgrado, Lubingresch.

Anno 1124. Tyrus vrbs vltra quatuor menses obsessa, fame subacta deditur Christianis 28. Iunii.

Anno 1125. Hiems grauissima tam homines quam animantia bruta exstinxit, frumenta aliosque fructus terræ exussit; fuitque parens insecutæ famis per Flandriam: qua tanta erat Caroli Comitis miseratio, vt vno die Hypris septem milia & octingentos panes, præter pecuniam & vestes egenis distribuerit; cereuisia confici prohibita, iussisq; occidi omnibus canibus.

An. 1125. Lotharius II. Dux Saxon. Romanorum Imp. creatus. Mariani appendix annotat, fuisse Moguntiæ electum 30. (alii 25.) August. & coronatum 13. Septembr. Vide Vrsp. Frising. Sigeb. Helmol. c. 42. qui hunc Lotharium vocat Luderum.

Anno 1125. Lotharius Imp. Bohemos inuadit: & multis suorum amissis re infecta domum redit.

Anno 1126. Prælium inter Lotharium & Boemiæ ducem committitur : in quo periit Otho Dux Morauiæ 12. Martii. Eber. & alii.

An. 1126. Lotharius Imp. prouinciam Misnensem concedit Cunrado Wetini Comiti, cuius posteritas rerum hodie potitur feliciter, & à Witichindo Magno auspicatam ducit originem. Fabric. Vrsp. Frising. &c. Hinc ad natalem Augusti Elect. 400.

Anno 1128. paulo post festum Paschatis Lotharius Imp. Saxo Spiram obsidione cingit; vbi in castris fulgur crines

crines militum absumpsit. eam expugnat anno proximo.

Anno 1130. Iubilæus mundi 102. Mosis 52. prædicationis Christi 22.

Anno 1130. hoc seculo floruit Irnerius (siue VVernherus vel Guarnerius) Iurisprudentiæ instaurator, dictus Lucerna iuris: quod leges Romanas (quarum professio ad sexcentos ferme annos in Italia in tenebris quasi delituerat, & post Iustinianum diu cessarat) singulari Dei consilio à tineis & blattis liberatas, in lucem Lothario Imperat. iubente reuocarit, primus legibus glossas apposuerit, & sine exemplo cæteris illuminandi iuris exemplum dederit. Bononiæ ius ciuile profiteri cœpit, annis 600. post Iustiniani tempora elapsis. Ex huius Schola postea prodierunt viri doctissimi, qui Iuris professionem in Italia conseruarunt, & in Galliam transplantarunt. Hanc reuocationem & Iuris Ciuilis restitutionem in annum Christi 1150. incidisse refert vir doctissimus Valentinus Forsterus Iurisconsultus lib. 3. historiæ Iuris Ciuilis Romani.

Anno 1132. Lotharius Saxo Imp. Fridericum Sueuiæ, & Cunradum Franciæ Orientalis Duces, interuentu S. Bernardi Abbatis Clareuallensis recipit in gratiam.

Anno 1133. Lotharius Romæ coronatur ab Innocentio II. Huic coronationi interfuit S. Bernhardus, quem Lotharius secum adduxerat. Cæterum cum Lotharius vetera Imperatorũ iura in conferendis Episcopatibus ac Abbatiis se repetiturum ostendisset: Pontifex minime passus est ea sibi eripi. Sigeb. Cusp. Vrsp. Frising. &c.

Anno 1134. filius Gulielmi Yprensis infans trium annorum Comiti Flandriæ à patre in obsidem datus, nefario scelere eorum qui eum custodiebant, excæcatus apud Maldegem mortuus est.

Anno 1135. Combusta, Dei, vt aiunt, iudicio quinq; Monasteria, Corbeia, D. Audoeni, D. Ioannis Taruannensis,

D. Vedasti Atrebatensis, & Hamense. Etiam sequenti anno arsit Andernense cœnobium.

Anno 1135. Oceanus ruptis aggeribus se effudit in continentem, bonamq; Flandriæ, Hollandiæ ac Frisiæ partem subito submersit, magna cum hominum tum pecudum multitudine extincta.

Anno 1137. Ludouicus & Leonora concedunt Burdigalēsi Archiepiscopo, & eius suffraganeis Episcopis, vt possint deinceps, inconsulto principe, libere eligere successores populo Christiano idoneos, absq; vlla clientelaris iurisiurandi præstatione. Quod à patre Ludouico Crasso confirmatum est, edicto eiusdem anni Burdigalæ in Palatio regio promulgato.

Anno 1137. Ludouicus Iunior Rex Gallorū filius Crassi, Burdigalæ duxit vxorem Leonoram, filiam heredem Ducum Aquitaniæ, 1137.

Anno 1137. apud Niniuen in terra Alostensi exordium suum habuit monasterium Præmonstratense per Gerardum Constabularium, id est, magistrum Equitum, Amelrici Flandrensis Constabularii filium, vt suam Gillæq; Dominæ in Pettegem vxoris memoriam celebrem piamque redderet.

Anno 1138. Cunradi III. Imperium. Vrsp.

Hic fuit Dux Sueuiæ, & Henrici V. Imp. ex sorore nepos. Confluentiæ creatus est Imp. & coronatus circa mediam quadragesimam. Noribergam & Lubecam, celeberrimas Germaniæ vrbes instaurauit & exornauit, iisque gradum struxit ad eam Maiestatem, quam hodie præ se ferunt.

Anno 1138. huc vsq; perduxit Chronicon suum Honorius Augustodunensis presbyter.

Anno 1138. Gulielmus Normannus Comes Flandriæ balliſta ictus in oppugnatione Alostana è vulnere male curato obiit 17. Kalend. Sept. contra eum elegerant septem ciuitates Flandriæ Theodericū Elsatiensem quod expilatorem potius ageret q̄ principē nouis indictis tributis ac vectigalibus, creatisq; magistratibus non virtute sed pretio.

Anno

Anno 1139. fundatum eſt Vratislauiæ monaſterium Vicentinum, ſub nomine filiorum Boleslai diſtorti, ſtatim à morte patris.

Anno 1139. obiit Boleslaus Diſtortus Rex Polonorum, cum mille modis locisque expiare tentaſſet necem fratris ſui Sbignei, quem inſtigatione Aulicorum occiderat ſub ſpecie lęſæ maieſtatis. Hic cum hereditatem ſuam diuiſiſſet inter 4. filios, præterito Caſimiro infante nato paucis ante exceſſum ſuum menſibus; rogatusq; cauſſam, vaticinans reſpondit, currum geſtari à quatuor rotis; ſed ſuum Caſimirum in medio currus ſeſſurum; tandemq; ad ipſum ſummam rerum peruenturam.

Anno 1140. Eodem anno Otho Epiſcopus Bambergenſis, Comes de Andechs, Eccleſiarum Pomeranicarum ὁικιστὴρ atq; parens, Bambergæ obiit ſeptuagenarius, 3. Sept. Tritth. & append. Marian. &c.

Anno 1140. his ferme temporibus nata ſunt factioſa & feralia nomina Guelforum & Gibellinorum, de quibus conſule integras hiſtorias aliorum, &c.

Anno 1140. Cunradus III Rom. Imp. die Purificationis Mariæ Albertum Vrſum Aſcaniæ Comitem in publicis Comitiis declarat Ducem Saxoniæ, contra Henricum Superbum Henrici Leonis patrem: vnde inter hos principes funeſtum bellum.

Anno 1140. Grimbergenſis familia ſe opponit Gotofredo Comitis Louanienſis filio, contempta eius pueritia. qui vt eos demum vicit auxiliis Flandrorum; in eius rebellionis æternam memoriã coacti ſunt Grimbergiani eam accipere legem, vt in ea domo, contra naturæ ordinem, primigenia ſeu feudum obtineat ſtirpis minimus.

Ann. 1140. Guelfus dux Bauariæ pugna victus à Cunrado Imp. die S. Thomæ, vallo & mœnib. oppidi Winſpergk, ſe ſuoſq; incluſit. Obſeſſus igitur à Cunrado, poſt multas difficileſq; oppugnationes, fame & rerum neceſſariarũ inopia, deditionẽ facere cõpulſus eſt. Cumq; metueretur, ne Imperat. in Guelfum eiuſq; ciues iure belli propter rebellio

nem grauiter animaduersurus esset, fœminæ eius oppidi, antequam portæ aperirentur, peruerunt, vt sibi saluis abire liceret vna cum iis rebus, quas humeris gestare possent. Quod cum à clementi victore & optimo principe facile impetrarent, & hostes aurum, gemmas, mundumq; muliebrem eas elaturas crederent, matronæ illæ, omni supellectile neglecta, militumq; prædæ relicta, maritos suos humeris exceptos ex oppido, cunctis spectantibus & industriam admirantibus, asportarunt. Qua pietate ingeniosa Cunradus Imp. motus, Guelfum cum ciuibus suis inuiolatum & incolumem dimisit, & pace constituta cum eo amicitiam iunxit. Ducibus vero indignantibus & frementibus ob leges deditionis isto dolo violatas, respondit Imperator: Non decere verbum Regium immutari: subindicans, malle se clementia quam seueritate delinquere. Tritth. Hirsgau. Vrs. & alii.

Anno 1141. Ordo Ioannitarum.

Sub hoc Fulcone Rege, initium sumpsisse dicitur Ordo Hospitalis S. Ioannis Baptistæ in Ierusalem, siue Teutonicorum Militum D. Ioannis: ad cuius Ordinis societatem in his locis multi præstantes viri, tum etiam Magister Ordinis in Sonnebergk, & Commendator in Logau pertinent.

Anno 1141. 13. Augusti Luitholdus à Conrado III. Imp. Bauariæ creatus Dux, ad obsidionem Valaiæ arcis in Vindelicia superiori, prælio vincitur à Welfone fratre Henrici, Bauariæ & Saxoniæ reguli; sed à Cunrado postea proscriptus, in exilio diem obiit.

Anno 1141. 21. Nouembris obiit apud Altachium inferius Leopoldus, à Cunrado III. Imp. creatus Dux Bauariæ.

Anno 1143. Geysa II. Rex Vngariæ Saxones euocat in Transiluaniam.

Anno 1143. Ventus quantus post homines natos nullus terræ mariq; multum intulit damni. diiectæ, obrutæ, submersæ mari Flandrico mercatorum naues: templa, arces, arbores

arbores atq; altiſſima quæq; ædificia multis in locis euerſa: verberatæ conuulſæq; dira tempeſtate ſegetes.

Anno 1144. in vrbe Vratislauienſi in filiæ ſuæ nuptiis linguam oculoſq; perdidit, inſtigante Chriſtina Vladislai II. regis Poloniæ vxore Petro Dano: quod is comitatus principem ad venationes; cum nox eos in Siluis oppreſſiſſet, & parciſſime cænati eſſent, duriuſq; recubarent ſuper vili ſtragulo: dicente principe: O quam tua vxor hac nocte longe mollius cubat cum Abbate Scriuenſi! replicaſſet: fortaſſis Domine & tua, cum Dobieſſo: qui erat nobilis Germanus, exoſus Polonis & alioqui ſuſpectus tanquam familiarior regina.

Anno 1144. Dedicatum eſt Dixmudæ templum Omnium Sanctorum XI. Kal. Auguſti.

Anno 1145. Eugenius III. cœpit. Huic D. Bernhardus dedicauit & inſcripſit ſuum librum de conſideratione.

Anno 1146. Otho Friſingenſis Chronicon ſuum terminat anno 1146. quem ait eſſe Cunradi Imp. nonum, & Eugenii III. Papæ ſecundum. Scripſit quoq; librum de rebus geſtis Friderici I. de quo poſt.

Anno 1147. Angli, Flandri, & Lotharingi inſtructa 200. nauium claſſe nauigant in Gallæciam, vbi auxilio Alfonſi Regis Lusitaniæ, cuius poſtea filiam Comes Flandriæ habuit vxorem, Vlyſſiponem de Saracenis capiunt, victis amplius ducentis millibus hoſtium.

Anno 1147. Cunradus III. Imp. collecto octingentorum millium exercitu iter ingreditur contra Saracenos 4. Februarij.

Anno 1147. hoc anno ſuſcepta eſt ingens illa Cunradi Cæſaris, aliorumq; Regum ac Principum in Syriam expeditio: ſed quæ fraude Græcorum irrita cecidiſſe traditur, Emanuele Græcorum Cæſare, perfidia pluſquam Punica, Chriſtianorum farinæ gypſum immiſcente. Meyer. Trithemius ait maiorem exercitus partem periiſſe fame, peſte, & gladio, terramq; Saracenorum ditatam ac repletam eſſe ſpoliis ac armis Chriſtianorum. Friſingenſis ait fuiſſe bo-

num bellum secundum quid, non simpliciter, id est, profuisse nostris interitum corporum ad animæ salutem.

Anno 1146. Separatur ecclesia Tornacensis ab Noviomagensi, propriusq; datur Tornacensibus Episcopus; intercessore D. Bernardo Clareuallensi apud Eugenium III. suum aliquando discipulum.

Anno 1148. Damasco à Christianis obsessa; orta est discordia de vrbis nondum captæ principatu; quem omnes destinabant Theoderico Flandriæ comiti; refragantibus veteranis ducibus qui bellando in Syria consenuerant: itaque proditoris cuiusdam consilio nostri in diuersam vrbis partem castra transtulerunt; vbi statim aquatione & commeatu in totum prohibiti, ad tantam venere inopiam, vt vrbem fere antea captam omnino cogerentur deserere. D. Theodericus Abba monasterii Diui Huberti obiit 6. Kal. Septembr. 1150.

Anno 1150. Leonora in Concilio Baugensiaco à Ludouico rege repudiatur. Repudiata nubit Henrico Duci Normanniæ, & futuro Regi Angliæ. Inde Burdigala cum tota Aquitania cedit Anglo.

Anno 1151. Gratianus Monachus post Iuonem Carnotensem Decretorum opus ex veterum statutis, sanctionibus & scriptis composuit, quo Iuris Canonici studiosi hodie vtuntur. Hoc opus Eugenius Pontifex & approbauit, & in Academia publice proponi mandauit. Mart. Pol. Tritth.

Anno 1152. Dimidia pars oppidi D. Audomari cũ templis Dionysii & Ioannis, & Martini, surgente ex cœnobio D. Bertini incendio, Nonis Septembris deflagrauit. Numinis ira accidisse creditur: quod ex 12. monasteriorũ Antistitibus, nemo inuẽtus sit qui ad preces nocturnas matutinasue surrexerit, epulis vinoq; mersis die Bertino solenniter sacro.

Anno 1152. Friderici I. Barbarossæ vel Aenobarbi (à barbarufasie dicti) Cunradi Imp. ex fratre nepotis Imperium.

De huius rebus primo quinquennio gestis consule Frisingen-

ſingenſem, qui inter cætera tempus mortis Cunradi & electionis Friderici ita annotat: Anno Domini, inquit, 1152. Cunradus ab hac luce deceſſit ſexta feria poſt caput ieiunii, 15. Februar. in Bamberg. Et 3. Non. Mart. feria tertia poſt Dominicam Oculi conuenit Francofurti vniuerſum Principum robur: vbi cum de eligendo Principe Primates conſultarent (nam id iuris Romani Imperii apex, videlicet, non per ſanguinis propagationem deſcendere, ſed per Principum electionem Reges creare, ſibi tanquam ex ſingulari vendicat prærogatiua) tandem ab omnibus Fridericus Sueuorum Dux, Friderici Ducis filius petitur cunctorumq; fauore in Regem ſublimatur, & Dominica Lætare Aquiſgrani coronatur. Huius autem tam vnanimis in hanc perſonam aſſenſus ratio hæc fuit. Duæ in Romano orbe apud Galliæ, vel Germaniæ fines famoſæ familiæ hactenus fuere, vna Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorfio: altera Imperatores, altera magnos Duces producere ſolita. Iſtæ, vt inter viros magnos, gloriæque auidos aſſolet fieri, frequenter ſeſe inuicem æmulantes, Reipub. quietem multoties perturbarant. Nutu vero Dei, vt creditur, paci populi ſui in poſterum prouidentis, ſub Henrico V. factum eſt, vt Fridericus Dux pater huius, qui de altera, id eſt, de regum familia deſcenderat, de altera Henrici ſcilicet Noricorum Ducis filiam in vxorem acceperat, ex eaque Fridericum, qui in præſentiarum regnat, generaret. Principes ergo non ſolum induſtriam ac virtutem iam ſæpe dicti iuuenis, ſed etiam hoc quod vtriuſque ſanguinis conſors, tanquam angularis lapis, vtrorumque horum parietum diſſidentiam vnire poſſet, conſiderantes, caput Regni eum conſtituere adiudicauerunt: plurimum Reipublicæ profuturum præcogitantes, ſi tam grauis & diutina inter maximos imperii viros, ob priuatum emolumentum ſimultas, hac demum occaſione, Deo cooperante, ſopiretur. Huius prolopographiam habet Vrſpergenſis.

Anno 1153. in agro Furnensi, pago Eggafredi sacello malus quidam dæmon variis præstigiis diu multumq; hominibus illudit, se mentitus Gerardum Ducem Beraniæ!

Anno 1153. Milcolumbus Dauidis ex filio nepos, etiãsi impubes eligitur in regem Scotiæ. Bellum ei cum Henrico Angliæ rege non sine magnis vtriusq; gentis incommodis, cui dum nimis facile cedit aliquot regionibus, incidit in populi sui contemptum, quẽ vlciscitur per præfectos suos, non sine multo sanguine. Vxorem non duxit, votoq; castitatis Deo obligatus, ad ædium exstructiones, & in monachos largitiones sese conuertit. obiit 5. Idus Decembr. 1165. vitæ 25. regni paulo supra 12.

Anno 1154. Wicelinus Wandalorum Apostolus diem clausit extremum 12. Decembr. cum in Episcopatu sedisset ann. 5. hebdomadibus 9. & cum annis fere 30. apud Wandalos Euangelium prædicasset. Corpus tumulatum est in Ecclesia Falderensi. Fuit fundator Christianismi in occidua regione gentis Wandalorum. Helmol. c. 79. Cranz. Vandal. l. 3. c. 32. & lib. 4. c. 18.

Anno 1154. Ascalon Palæstinæ vrbs diu obsessa, desperatis auxiliis, Christianis se dedit 12. Augusti.

Anno 1154. circa festum Michaelis Fridericus Imp. profectus est in Italiam cum magno exercitu. Trith.

Anno 1155. vrbs Terdona hebdomada tertia post Paschalem solennitatem mense Aprili, solis hominibus à Friderico Salute data & concessa, direptioni militum exponitur, & solo æquatur. Frising. lib. 2. cap. 20. Helmol. cap. 80. Ibidem habes Orationem legatorum, qua Barbarossam ante vrbis ingressum Romani Senatus nomine salutarunt.

Anno 1155. Fridericus Barbarossa Romæ coronatur & salutatur Imperator ab Adriano Papa 18. Iun. (alii 28. Iunii) Frising. à monarchia Iulii Cæs. 1200.

Anno 1156. Primus Dux Austriæ.

Henricus Marchio Austriæ VIII. & vltimus, creatur primus Dux Austriæ à Friderico I. Imp. Ratisbonæ, 17. Sept. indictione

indictione 4. 1156. anno 4. regni Friderici, & post coronationem Romanam secundo, quod patet ex formula Priuilegii in Cuspiniani Austria, cuius initium ita habet: De consilio & iudicio Principum, inquit Imper. illustri Vladislao Duce Bohemiæ sententiam promulgante, quam cæteri Principes approbabant, Marchionatum Austriæ & dictam Marchiam supra Anasum commutauimus in Ducatum, eiusdemq; Ducatum cum subscriptis iuribus, priuilegiis & gratiis omnibus liberalitate Cæsarea contulimus Henrico patruo nostro carissimo, prænobili suæ vxori Theodoræ & liberis eorum, ob singularem fauorem, quo erga dilectissimum patruum nostrum Henricum Austriæ Ducem eius Conthoralem & eorum successores, nec non erga terram Austriæ, quæ clypeus & cor Sacri Rom. Imp. esse dignoscitur, afficimur, &c.

Anno 1156. Cunradus Primus Marchio Misniæ, præsentibus plurimis nobilibus viris, arma equestria vltro exuit, & in Basilica Misnensi suspendit. Inde 30. Nouemb. in Lauterbergum concedit, habitum religiosi assumit, ac post duos menses & 5. dies moritur, 5. Februar. 1157. ætat. 59. Fabric. Eber.

Anno 1156. Radeuici Canonici Frisingensis appendix continuat historiam Friderici vsq; ad annum 1160.

Anno 1157. Fridericus Imp. mense Augusto exercitum in Poloniam mouit: Oderam fluuium vado transiit 12. Augusti, Glogouiam & Bitomiam Poloni suis manibus incenderunt, ne ibi præsidia à Cæsare ponerentur. Boleslaus Poloniæ Rex pacem petitam & certis conditionibus pactam à Cæsare impetrauit. Polonici scriptores hoc in sequentem annum conferunt: sed Radeuicus, qui tum vixit, assignat 1157.

Anno 1157. Reinoldus Burgundus & Bertholdus Zeringensis interceßione Imperatoris pace facta cõueniunt, vt Reinoldus Transiurana, Bertholdus Cisiurana, quæ & Burgundia minor contentaretur.

Anno 1158. Eodẽ anno, teste Radeuico, cuius hic verba

recitamus, Fridericus inferiores Rheni partes peragrans, nullos sibi dies ocioſos tranſire paſſus eſt, eos ſe ratus perdidiſſe, in quibus non aliquid de vtilitatibus Imperii, de iure & iuſtitia inter omnes gentes cõſeruanda diſpoſuiſſet. Tam igitur valido cis Alpes imperio ferociam tantarum gentium, tanto conſilio, ac ſine armis deliniuit, vt iam non regni rector, ſed vnius domus, vnius Reipub. paterfamilias haberetur. Ipſe vero iam ad tranſalpina exercitum ductu-rus, primo omnium in Deo ſpem ſuam ponens; aſſcitis religioſis & ſanctitate probatis viris, tanquam diuinum oraculum eos conſultabat, vt iturus ad bellum ſpiritalibus armis ante muniret animam, quam corpus, ante cœleſtibus ſe diſciplinis præſtrueret, quam ad pugnam iturum militem militaribus inſtrueret præceptis.

Anno 1158. Fridericus ſecundam expeditionem ſuſcepit in Italiam propter Mediolanenſium rebellionem. Vrſp. Marian. Sigeb. Radeu. cap. 26. recitat leges, quibus militarem diſciplinam Barbaroſſa in exercitu ſanxit. die 25. Iul. obſedit Mediolanum 8. Sept. obſeſſos in gratiam recepit.

Anno 1158. Liuonia primum à Chriſtianis mercaturæ gratia inuiſitur. vnde & ipſi ad Chriſti fidem conuertũtur.

Anno 1158. Vladislaus Boemorum Dux, ex Duce Rex creatur, Ratisbonæ, ab Imp. Friderico, in celebri Principum conuentu, & Priuilegia de vſu Diadematis aliiſq; regni inſignibus accipit. Radeuic. Mechouius affirmat, Vladislao in hac coronatione, loco Aquilæ nigræ attributum eſſe pro inſigni, album Leonem cum cauda bifurcata: quod & in veteri Chron. Boem. manuſcripto legi. Hæc facta ſunt anno 72. poſt, quam Vratislaus Moguntiæ ab Henrico IV. appellatione Regis Boemici primum ornatus fuerat: ſed qua poſt Vratislaum 60. annis fere nemo principum Boemorum vſus erat.

Anno 1159. Adrianus Papa muſcã deglutiens, quæ forte in os eius inuolauerat, & nulla medicorum arte eximi poterat, ſuffocatus moritur Cal. Sept. quæ fuit tum feria ſecunda. Radeuic. c. 76.

Secu-

Secutum est schisma, quo duo simul Pontifices electi sunt à Cardinalibus, & quo durante Papa Papam excommunicauit. Horum alter Alexander III. Adriani sententiam approbauit: alter Victor IV. Imperatori fauit. Radeu. Vrsp. Marian.

Anno 1159. hoc anno oritur simultas inter Fridericum Imp. & Adrianum Papam, qui Mediolanensibus & aliis in Italia autor defectionis à Cæsare fuerat, quam rem copiose describunt Radeuic. lib. 2. cap. 18. Naucler. generat. 39. Auentin. lib. 6.

Anno 1160. Crema vrbs munitissima post 7. mensium obsidionem 26. Ianuarii se dedidit Imp. hac conditione, vt vita ciuibus indulta, cum coniugibus ac liberis quouis ire liceret, de rebus suis quantum quisq; humeris ferre posset secum exportantibus. Die itaq; 27. Ianuar. Crema, egressis inde circiter 20. millibus hominum, flammis tradita & militum direptioni permissa est. Radeuicus: qui hoc loco historiam suam terminat.

Anno 1160. Henricus Leo Pribislaum Ducem Henetorum obsessum in arce Werlou, imperata facere coegit: qui quidem ab eo tempore doctrinam Christi amauit ac propagauit. Ab hoc Pribislao Megaloburgenses Principes originem ducunt. De hoc anno Meyer ita scribit: Henricus Leo Saxoniæ Dux Vandalos gentem adhuc efferatam, sibique iuxta ac Christianæ pietati inimicam, postquam suis expulisset sedibus, Henricum Scatensem & Adolphum Holsatiæ Comitem trans Rhenum in Belgicam misit, qui non paruam Colonorum multitudinem ex Brabantis, Flandris ac Hollandis in Vandaliam & Vuagriam traduxerunt, teuersiq; sunt tunc partim Flandri in easdem fere oras, ex quibus olim maiores eorũ sunt profecti. Hæc Cranzius in Saxonia literis mandauit: *Ego de ea demigratione nihil apud nostrates lego.* Idem autor in Vandalia sua refert, Henricum Leonem, postquam Vandalos & Obotritos subegisset, terram omnem Obotritorum suis diuisisse ducibus, ex quibus Henricus Stratensis Magnopolim sortitus,

gentis metropolim, Bernonem ibi constituit Episcopum, eoq; ex Flandria non exiguam cultorum vocauit multitudinem. Quin etiam Albertus Vrsus Marchio Brandeburgensis, vt idem testatur Cranzius, ex Hollandis, Zelandis, Flandris Coloniam ea tempestate deduxit in easdem fere Vandalorum terras.

Anno 1160. floruerũt: Petrus Comestor, historiæ Scholasticæ autor: Petrus Blesensis, Petrus Abelardus, Eustathius Thessalonicensis Episcopus, qui in libros Homeri scripsit Commentarios: item Mesue Medicus, teste Gassaro, &c. Abbas item Ioachim, Calaber propheta, cuius hodie extat in Hieremiam interpretatio. Ab hoc ferme tempore Philosophia secularis, vt loquitur Tritt. S. Theologiam sua curiositate inutili fœdare cœpit: quæ Theologia Scholastica postea diuersas Scholasticorum Doctorum sectas genuit ac disseminauit.

Anno 1160. Comitia Erfurdiæ celebrantur mandato Imperatoris, in quibus decretum est bellum contra Mediolanenses. Fabric.

Anno 1162. die 23. Nouembr. Rainaldus Princeps Antiochenus III. à Sarracenis prælio victus & captus, Alapiam abducitur.

Anno 1162. Reinholdus Archiepiscopus Colonienſis à Friderico impetrauit corpora 3. Magorum, qui Christum infantem adorauerant, Mediolani extra muros ante portam Romanam seruata, quæ Coloniam secum detulit, & in Ecclesia maiore collocauit. Siffrid. Tritth. Append. Marian. alii ad 1168.

Anno 1162. Mediolanum à Friderico Imp. captum, populus expulsus, murus deiectus, & ædes omnes, exceptis sanctorum templis, euersæ, ita vt per medium vrbis in modum crucis aratrum iubente Imperat. traheretur. Append. Marian. Trit. Vrsp.

Anno 1163. Fridericus Imp. capto & deleto Mediolano, reuersus in Germaniam, principibus Poloniæ serio mandauit, vt secundum pacta filiis Vladislai patrimonium redderent.

derent. Hoc igitur anno Silesia accepit primos suos principes, cum post bellum Barbarossæ diuideretur inter tres filios Vladislai. Boleslaus procerus, primus Princeps Silesiæ, vir bellicosus & iustus, adeptus est Silesiæ ditionem mediam, quæ est velut vmbilicus Silesiæ, nempe Vratislauiam & Lignicium: Mieslaus factus est dominus Silesiæ superioris: Conrado adolescenti valetudinario data est Silesia inferior, id est, Glogouia, Crosna & Saganum: ita tunc quasi est constitutus Ducatus Clogouiensis. Ab hac igitur Regia Polonorum stirpe descendunt illustriss. Principes Silesiæ, hodie superstites, & Silesia prius afflicta, perpetuisq; vastationibus bellicis exhausta, hoc tempore respirare & coli cœpit. Chron. Polon.

Anno 1164. Schismate perturbante quietem publicam, Henricus Anglorum rex fretus Pontificum discordiis, omne sacerdotium ditioni profanæ subiicere conatur. Sed Thomam Cantuariensem nullis terroribus eo adigere potuit; cedentibus Eboracensi, Londinensi atq; Cestrensi.

Anno 1165. Henricus Anglorum Rex non veritus Ecclesiasticæ libertati manus iniicere, conatus est profanæ ditioni omne sacerdotium subiicere, & quidem Episcopos Eboracensem, Londinensem & Cestrensem non magno negotio subegit: sed Thomam Archiepiscopum Cantuariensem Angliæque Cancellarium virum sanctum nullis terroribus superare potuit. Hunc itaq; Rex sede sua deiectum Anglia expulit. Meyer. Tritth.

Anno 1165. Florentius Comes Hollandiæ acie congressus cum Philippo comite Flandriæ capitur, custoditus Brugis in cœnobio D. Donatiani vsq; ad annũ 1167. quib. dimissus est certis sub conditionibus, expressis apud Meyerum.

Anno 1166. De Romanis pugna victis ad Tusculanum ab Archiepiscopo Colonienſi & Moguntino: Item de Roma ab Imp. capta, quæ omnia hoc ferme triennio acciderunt; Vide Helmol. lib. 2. c. 10. Append. Marian. Vrsp.

Anno 1168. circa hunc annum desinit Chronicon Helmoldi Presbyteri, quo descripsit historiam conuersionis

Sclauorum ad Christum. Is cap. 13. hæc verba habet: Anno Dom. 1168. fundatum est opus nouæ plantationis in terra Rugianorũ, & ædificatæ sunt Ecclesiæ, & præsentia Sacerdotum illustratæ: seruieruntq; Regi Danorum sub tributo.

Anno 1168 cum Fredericus Barbarossa Imp. grauissima obsidione vrgeret Mediolanum, corpora trium magorum Regum Coloniam translata sunt.

Anno 1170. Pribislaus Princeps monasterium Doberanum exstruxit, ac fundis agrisq; donauit: qui & Rostochii ciuitatis fundamenta iecit.

Anno 1171. Thomas Episcopus Cantuariensis in Angliam reuersus 29. Dec. trucidatur in templo Cantuariensi, assentiente, vt ferunt, Henrico Rege. Petrus de Natal. lib. 2. c. 13. & Histor. Lombard. c. 11.

Hic Martyr anno 1173. per Alexandrum III. Papam Sanctorum catalogo inscriptus est: sed post annos 367. eius reliquias Henricus VIII. Rex Angliæ nostra ætate cremauit, an. 1538. Pontac. Buching.

Anno 1171. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus Angliæq; Cancellarius septimo exilii sui anno, regem sibi reconciliatum existimans intercessione variorum Principũ, ideoq; in Angliam reuersus, trucidatur in ipso templo 29. Decembris, ab aliquibus qui audierant Regem dicere super mensam: Si animosos aliquos haberet, non futurum vt sic Thomæ abiret.

Anno 1171. Norvvichi templum S. Trinitatis igne fortuito incensum denuo deflagrauit.

Anno 1171. Henricus Leo peregrinationem suscipit in terram Sanctam. Annal. Sax. ad annum sequentem reiicit Krantzius.

Anno 1171. Valencinianis quaterna millia domorum comburuntur incendio.

Anno 1175. Mediolanenses & sociæ ciuitates nõ incruenta victoria vincunt Fridericum Barbarossam Imp.

Anno 1176. Fridericus Imp. Venetiis in vestibulo S. Marci ad Alexandri Pontificis Romani pedes prostratus, illos

exosculu-

exoſculatus eſt: deinde ad altare maius ambo Principes profecti, accepta dataq; ſalute, pacis fœdus inierunt 24. Iulii. Vrſp. Blond. & Platina.

Anno 1176. 24. Iulii, Fridericus Barbaroſſa Imp. communis pacis ergo, tum vt filium Othonem à Venetis captum liberaret, Venetiis in veſtibulo templi S. Marci proſternitur ante Alexandrum III. qui pede collum calcans Imperatoris ſubiicit: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis*: quo reſpondente; *Non tibi, ſed Petro*; replicat: *Et mihi, & Petro.*

Anno 1177. 21. Aprilis Gulielmus puer Lutetiæ à Iudæis in Chriſtianorum ignominiam nefario genere mortis laniatur: cuius ſceleris conſcii viui cremantur. Sigebertus.

Anno 1177. 24. Nouemb. Balduinus IV. Sarracenorum exercitum fundit ad Aſcalonem.

Anno 1178. conuenit inter Archiepiſcopum Colonienſem & Flandricos mercatores, vt Coloniæ Flandris vina ac ligna Danica aliaſq; merces emere, ſuaſque rurſum ibidem exponere ac vẽdere liceret: quod prius Archiflamines non permittebant, volentes vt ipſi Agrippinenſes res ſuas deferrent in Flandriam.

Anno 1179. Bertiniani impetrant ab Alexandro P. M. vt exigere liceat decimas halecum omnibus in locis quorum regebant eccleſias. ſed eo nihil quam furentem in ſe plebem concitant.

Anno 1179. celebrata ſunt ſponſalia inter Philippum Franciæ Regis filium & Iſabellam Balduini Comitis Hannonienſis filiam. ex quibus nuptiis ortum eſt bellum Gallo contra Flandros primum quinquennale & amplius: deinde perpetuum. accidit autem ea propter quod Philippus comes Flandriæ precibus aſſentationibuſque inductus, omnem occidentalem Flandriam transfoſſam nouam iſti Iſabellæ nepti ſuæ in dotem dixiſſet, cuius paulo poſt eum pœnitebat, multoq; magis proceres ipſius.

Anno 1179. Dieſſenhouium in Heluetia mœnibus cingitur. item Friburgum Nuichtoniæ conditur.

Anno 1180. Bernhardus II. Alberti Vrſi filius, è gente nobiliſſima Principum Anhaldinorum, Henrico Leone exautorato, in conuentu Wirzburgenſi ab Imp. Friderico Dux Saxoniæ pronunciatur. Hic ditionem Electoratus cum oppido Witeberga in ſuam poteſtatem redegit, vbi poſtea domicilium Electorum Saxoniæ fuit. Inſignia trabium auratarum & nigrarum, ac rutacei ſerti, quibus Saxoniæ Duces nunc vtuntur, primus vſurpauit. Fabric. Eadem re Cranzius Saxon. lib. 1. c. 25. ita differit: De armis Saxoniæ hoc ferunt: Otho pater Alberti Stratoria ligna inclypeo tranſuerſa, atro, giluoq; colore variata ferebat: Bernhardus ad pedes Imperatoris Friderici iam de Ducatu Saxoniæ inueſtitus, orabat, vt aliquo à fratribus diſcrimine Ducatus ſui inſigniretur. Tum Imperator, vt erat coronatus per æſtum, rutaceam coronam iniecit ex obliquo ſupplicantis clypeo. Hoc eſt ergo ſertum, quod paternis inſignibus Bernhardus iam Imperatoris dono adiecerat. Nam vetera Saxoniæ ſigna candidum præferebant pullum equinum.

Anno 1180. Lubecum vi aufert Henrico Leoni Fridericus Imp. facitq; vrbẽ imperii, multis ornatam priuilegiis. Eodem tempore accitos ad ſe Pomeraniæ Principes Caſimirum & Bigislaum, Duces creat.

Anno 1180. S. Hildegardis Abbatiſſa Cœnobii Bingenſis moritur 17. Septemb. ætat. 82. quæ cum Latini ſermonis eſſet ignara, reuelante Spiritu Dei omnia Latine dictauit notarijs excipientibus. Trithh.

Anno 1180. die 26. Febr. Philippus Auguſtus, viuente adhuc patre Franciæ rege, Iudæorum ſynagogam ingreſſus Sabbatho ſpoliat; atque anno ſequenti omnes regno eiicit.

Anno 1181. Henricus Leo Dux Saxoniæ ac Bauariæ, Erphordiam venit ſeque abiicit ad pedes Friderici Barboroſſæ Imp. veniam gratiamq; poſtulans: quam conſequi-

tur

tur ea conditione vt aliquandiu secederet ad declinandam inuidiam qua flagrabat apud Principes. abiit igitur per triennium in Anglia apud sororium suum cum vxore ac liberis.

Anno 1183. à Philippo Flandriæ Comite & Gulielmo Remorum Antistite heretici quidam deprehensi ac conuicti, Atrebati aliisque locis expiantur igni.

An. 1184 Philippus Rex Galliæ adolescens, non modo procerum, sed & omnium pene Episcoporum suasu, præter Henricum Siluanectensem, diuortit ab vxore sua Isabella, propterea quod tam pater quam auunculus Philippus ipsi essent hostes.

Anno 1184. Brugæ incredibile damnum acceperunt fortuito incendio.

Anno 1186. Liuonia à vicinis debellata Christum agnoscere cœpit: qua de re ita Cranzius: Meinardus Sacerdos cum mercatoribus de Lubeca adiit Liuoniam, & casam extruxit, in qua mansit cum famulo, linguam gentis perdiscens: vbi diuina religione quos potuit instruxit. Et quia à Lituanis fiebant incursiones, Christiani præsidium firmauerunt in loco quem hodie vocant Kerkholm. Arx præcipua Ordinis fuit ad ripam Dunæ fluminis duobus miliaribus supra Rigam. Inde ab Archiepiscopo Bremensi Meinardus in Episcopum Liuonienſem consecratus est. Cranz. Vandal. l. 6. c. 6. Et Saxon. l. 7. c. 13.

Anno 1187. Hierosolyma Christianis inter se dissidentibus in Saracenorum potestatem rediit 2. Octobr. feria 6. anno 88. ex quo regnum Hierosolymorum penes Christianos esse cœperat. Meyer. Vrsp. &c.

Anno 1187. Hoc ipso anno Laodiceam, Ptoleimaidem, Berytum, Biblum, Tiberiadem, Ascalonemque Saladinus Ægypti Sultanus recepit. Meyer. Platina eam rem ita commemorat: Multum certe, inquit, Saladini humanitas & fides Christianis obfuit. Adeo enim se æqualem omnibus præbebat, vt nemo eius imperium aspernaretur, &c. Oppugnabat tum Saladinus vrbem Ierusalem, & quidem acri-

ter: quam tandem ii, qui in præsidio erant, desperatis suppetiis, hac conditione dediderunt, vt tantum abeunti cuique ferre liceret, quantum suis tantummodo humeris sustinere posset. Migrantium Christianorum pars Tyrum, pars Antiochiam, pars Alexandriam delata est: Inde vero multi deinceps Sicula classe in Italiam delati sunt. Saladinus victor Hierosolymam ingressus, campanas primo è turribus deiecit: mox basilicas omnes præter Salomonis templum prophanauit: quod priusquam ingrederetur, aqua rosacea lauisse ferunt. Mansere Hierosolymis Christiani Asiatici, Syri, Armeni, Iacobitæ, Georgiani, Græci & Nestoriani, permittente Saladino.

Anno 1187. 4. Iulii Christiani vincuntur difficili prælio à Sarracenis ad Tiberiadem, proditione Raimundi Comitis Tripolitani, qui odio Guidonis Lusignani Sultano se iunxerat; cui mox certis conditionib. reddita Hierosolyma.

An. 1188. die Simonis ac Iudæ Henricus Leo Dux Brunsuicensis expugnat oppidum Saxoniæ Bardouuick, equatq; solo, excuius ruinis Luneburgum & Hamburgum plurimum sensere incrementi.

Anno 1188. Andreani cœnobitæ iuxta Brugas, qui hactenus sub Affliginiensibus fuerant, agente Philippo Comite Flandriæ, Hugonem sibi peculiarem ac proprium sibi acceperunt Abbam.

Anno 1188. Bello ardente inter Anglum Gallumq; circa Gisortium Normanniæ, Richardus Angliæ Regis filius, ad finiendas discordias, Franciæ regem prouocat ad certamen singulare. At Comes Flandriæ vt se regis regnique propugnatorem ostenderet, suum ipse corpus die constituto pro rege obiicere; detrectante duellum Anglo: qui quidem merito haberi debebat pro victo; iuxta sententiam Iureconsultorum.

Anno 1188. monasterium Reinefeldense exstructum est ab Adolpho comite Holsatiæ.

Anno 1189. Datum à Philippo Comite Flandriæ Aldeuardensibus, vt iisdem priuilegiis institutisque vterentur

tur fruerenturque quibus tunc gaudebant Gandauenſes.

Anno 1189. Ordo Teutonicus cœpit, hoſpitalis S. Mariæ in Ieruſalem, ſub primo Magiſtro huius ordinis Henrico Walpot: eſtque confirmatus à Cœleſtino Papa. Literæ confirmationis datæ ſunt Romæ 22. Febr. an. 1191. Pontificatus eius anno primo. Hinc eſt Ordo Dominorum Teutonicorum in Pruſſia, qui ſe Marianos vocant. Hæc ex lib. Ordinis edito.

Anno 1189. Fridericus Imp. iter Hieroſolymitanum arripuit. Vrſp.

Anno 1190. Ptolemais capta eſt à Chriſtianis 19. Nouembr. Sic Lib. Ord. Pruſſ.

Anno 1191. Circa hæc tempora poſt Irnerium nominis celebritatem in iure præ cæteris aſſecutus eſt Placentinus, diſcipulus Irnerii, qui primus Profeſſionem iuris in Galliam propagauit, & in monte Peſſulo floruit. Scripſit ſummam in Codicem & Inſtitutiones Iuris. Forſter.

Anno 1191. Cœleſtinus III. Papa Henricum Imp. Romæ coronauit 15. April. poſtridie Paſchatis. Martin. Polonus.

Anno 1191. Berna in Heluetiis condita.

Anno 1191. Philippus Auguſtus Franciæ rex, vt & Fridericus I. Imp. contra Sarracenos profecti, Aſcalonem vrbem vicinam Hieroſolymis poſt longam obſidionem expugnant 3. Iulii.

Anno 1191. Henrici VI. filii Barbaroſſæ, Imperium. Siffrid. Vrſperg. Vincent.

Anno 1192. Richardus Rex Angliæ conſtitutus in Syria, cum nuntiaretur frater eius Ioannes agitare conſilia regna arripiendi, pactis in quinquennium cum Saladino induciis, claſſem inde deduxit: qui orta in mari Hadriatico fæda tempeſtate, in Illyrici oram eiectus pedeſtri itinere per Germaniam occulte pergit: ſed ab Leopoldo Auſtriæ Duce captus, traditusque Henrico Cæſari, non niſi ingenti pondere auri poſt 18. menſes dimittitur.

Anno 1194. Kalendis Auguſti accidit prælium Na-

murcenſe Flandrorum Hannoniorumq; contra Namurcum Comitem. captus ibi Comes Lemburgenſis cum filio; vnaq; 118. proceres ordinis equeſtris. cauſſam ſimultatum videre eſt apud Meyerum.

Anno 1194. Gandauenſes vſque adeo graues inter ſe exercebant ſeditiones; vt vna familia aduerſus aliam domus ſuas arcium emunirent: quibus ſimultatibus vix obuiare poterat Comitiſſa, alios vinculis, alios capitalibus ſuppliciis coercens.

Anno 1195. tanta flauit violentia Africus, vt templa, turres, arbores, terræ æquauerit. Idem ventus ſimilem cladem intulit Flandriæ anno ſequenti; cui acceſſit fames quinquennalis.

Anno 1195. Hollandiæ Comes Theodericus filius Florentii, impetrato ab Henrico Cæſare vt quicunq; portum Gerardi, Geerſuliet, tranſiret vigeſimam perſolueret pro vectigali; eodem onere grauat & mercatores Flandros, adeo acerbe vt ſæpe duplum ſoluerent. vnde ortum bellū.

An. 1195. Henricus VI. Imp. obtinuit Siciliam, captumque Tancredum regni inuaſorem erutis oculis in Teutoniam miſit, & omne regnum Apuliæ ſibi ſubiecit.

Anno 1197. inſtitutus eſt Sacerdotum cælibatus in Sileſia, multaque coniugia abrogata à Legato Pontificis Maximi.

Anno 1197, cæptum monaſterium Baudelo in Vuaſia ab Balduino Bocla monacho Blandinienſi, heremiticam illic ducente vitam.

Anno 1198. S. Dominicus Hiſpanus inſtituit Ordinem Prædicatorum, quem confirmauit Honorius III. an. 1216. Antonin.

An. 1199. Philippi Barbaroſſæ filii Imperium. Vrſp.

Trithemius ſcribit, circa Dominicam Oculi Philippum eſſe electum Imp. Onuph. habet 8. Martii. Huic aduerſatus eſt Innocentius III. P P. qui anno ſuperiore circa Cal. Octob. pontificatum adeptus erat. Ex hoc ſchiſmate, quod Innocentius Pontifex Othonem Saxonię ducem deſignaſſet

ſet Imp. alii vero Philippum, natum eſt in Decretalibus c. venerabilem. tit. 6. l. 1. Plura de Philippo Imp. per Innocentium Papam excommunicato, & de bellis inter Othonem & Philippum, lege apud Vrſpergenſem & alios.

Anno 1199. Philippus Comes Namurcenſis, circumventus Gallorum inſidiis, propter Lutoſam capitur cum aliquot nobilibus in quib. & Petrus Legatus ſedis Apoſtolicæ, patria Duacenſis: qui non diu poſt dimiſſus Diuioni coegit conuentum Epiſcoporum, in quo Philippo Regi ſacris interdictum ob ſuperinductam Mariam Ducis Motauiæ filiam iuſtæ vxori Ingelburgæ. Rex iratus Epiſcopos exterminat: regnoque intolerabilia indicit tributa.

Anno 1200. Regnum Tatarorum.

Per hæc ferme tempora fama ſpargi cœpit in Sarmatia Europea de Tatarorum nomine ac regno: vnde Martinus Polonus ſcribit anno Chriſti 1200. Tatarorum dominium ſumpſiſſe initium. Cui conſentientia ſcribit Haithonus Armenus lib. de Tataris: & Mechouius lib. de Sarmatia Aſiana & Europea: de quo infra 1212. Sic Trithh. in Chron. Hirſgau. ſub anno 1202. Tatari, inquit, cum vxoribus & filiis ab Indiæ montibus egreſſi, per vicinas prouincias prædas agunt, quibus ſemper fuere aſſueti. Parthos deinde petunt, & pari terrore Mediam, Aſſyriam, Perſiam, Armeniamque, & Sarmatas non longo tempore peruadentes, circa Mæotidis paludes demum ſedes ſuas fixerunt, & multa finitimis Chriſtianis damna intulerunt. Etiam Lyranus in Apocalyp. cap. 20. ait, Tataros anno 1202. de terra ſua exeuntes multos populos tam Chriſtianos quam paganos occidiſſe. Circa eundem ann. 1202. vel 1203. ſcribit Leonclau. in Pand. hiſt. Turcicæ imprimis claruiſſe Zingem Chamum Tataricum, ipſoſque Tatatos hoc tempore iugum Indorum, id eſt, eius Regis, quem ab aliquot iam ſeculis Preteianum ſiue Preſbyterum Iohannem vulgo vocamus, excuſſiſſe, & poſtea imperium magni Chami Chi-

Digitized by Google

taini constituisse. Tatarorum appellationem Bibliander deriuat à Totharim, q.d. relicti, aut reliqui facti, vel qui ex aliquo agmine supersunt: quemadmodum in exercitu sepe est quædam pars neglectior & contemptior.

An. 1200. Quæ de his temporibus prædixerit Ioachim Abbas Calabet, quam periculosa tempora diem extremum antecessura sint, pete ex eius libello in Ieremiam: eaque confer cum iis quæ recitat Vincentius in Speculo lib. 32. cap. 107.

Anno 1200. Gela mulier clara ædificat Vestalibus Cistertiensibus sacellum in honorem S. Petri in Slipis, loco dicto Hunckeuliet. hoc initium fuit monasterii Nouæterræ.

Anno 1200. Lubecum vexata vndique à Voldemaro Canuti regis Daniæ fratre, sese Canuto dedidit. eodemq; tempore Hamburgam quoque Comiti Adolpho Holsatiæ eripuit Danus.

Anno 1201. Hamburgi nuptias celebrant Gulielmus Dux Brunsuigi Henrici Leonis filius cum Helena Waldenati Daniæ regis filia: & vicissim Otho huius Gulielmi frater filiam suam tradit Helenæ ac Canuti Danorum regis fratri Waldemaro.

Anno 1201. consurrexit in Furnensibus Blauotinorum & Isangrinorum simultas, cædibus, rapinis, incendiis pluribus insignita.

An. 1202. die 3. Decembr. Cunradus Baro Rabensburgicus, Episcopus Wirzeburgicus, à templo regrediens, Botonis Rabenspurgii agnati, & Henrici Canis Falckenburgii cognati gladiis, quod ex agnatis quendam pro criminali delicto capite plecti iusserat, confoditur.

Anno 1202. Cunradus à Lichtenau Abbas Vrspergensis, factus est presbyter, vt ipse scribit. Anno 1215. factus est Abbas in Vrsperga Monasterio inter Vlmam & Augustam sito.

Anno 1202. Hugo Comes Marchiæ, dolore sponsæ Comitis Engolismensis filiæ ab Ioanne Anglorum rege interceptæ,

Digitized by Google

ceptæ, armorum iungit societatem cum Arturo Duce Britanniæ regis æmulo.

Anno 1202. die 1. Augusti Ioannes Angliæ Rex, Henrici II. filius, Arturum Godofredi filium fratris sui maximi natu filium, ad quem regia potius spectabat dignitas, in littore Normannico gladio confodit; vnaq; cum equo proiicit in mare. Annal. Aquit.

Anno 1203. His temporibus, teste Trithemio, Innocentius PP. quinque libros Decretalium legi in Scholis & in iudiciis vbique seruari præcepit.

An. 1203. Philippus Imp. cum exercitu ingressus Thuringiam bellum fecit Hermanno Lantgrauio Thuringiæ. Vrsp. Hirsgau. Siffrid.

Anno 1204. Constantinopolis 12. April. capta est à Balduino Comite Flandriæ. Die 16. Maii Balduinus renunciatur Imp. Constantinopolitanus. Nicetas. Hinc (inclusiue) ad captam à Turcis Constantinopolim 250.

Anno 1204. Nicephorus Gregoras historias Imp. Græcorum orditur ab hoc anno, quo à Græcis Theodorus Lascaris Niceæ salutatus est Imp. qui extra Constantinop. imperauit an. 18. Niceph.

Anno 1204. Alexius Ducas Alexium Angelum Imp. Constantinopolitanum ex insidiis capit, strangulat, & imperium occupat. at vt mox Constantinopolis à Venetis inuaditur 12. Aprilis, ipse in Peloponnesum fugit: vnde retractus Constantinopoli interimitur. Veneti Francique creant Imperatorem nouum Balduinum Flandriæ Comitem: contra hunc alius creatur à Græcis, nempe Theodorus Lascaris, qui Hadrianopoli sedem imperii figit, & regnat annis 18. Niceph.

Anno 1205. Latini à Scythis prælio superantur: Balduinus Imp. Constantinopolitanus capitur 15. April. & paulo post occiditur. Niceta.

Anno 1205. Rex Galliæ totam recipit Normanniam, Andegauiam & Pictauiam, quid quidque regis Angliæ

fuerant: eo interim in deliciis viuente, tanquam nihil heic ſibi periret.

Anno 1206. Albigenſes exoriuntur, damnantes ſtatuta Eccleſiæ Romanæ.

Anno 1207. Philippus Imp. adeptus Imperium victo fugatoque Othone, reconciliari cupit Pontifici Maximo. Sed is petit filio ſuo ſpurio in vxorem filiam Philippi, dotiſque loco Marchionatum Anconitanum, Tuſciæ ac Spoleti, quam renuit Imp.

Anno 1208. Philippus Imp. perfide 12. Iunii trucidatur ab Othone Vitelbacchio Palatino Bambergæ, cum poſt inciſionem venę paululum ſe recrearet. Sicarius paullo poſt etiam à Philippo Morſcalco interimitur.

Anno 1208. Templum cathedrale Magdeburgi ab Alberto Epiſcopo inchoatum.

Anno 1208. Othonis IV. Imperium: quod duranit annis 4. Vrſperg.

Anno 1209. Otho IV. Romæ ab Innocentio III. PP. ſalutatur Auguſtus & inauguratur 4. Octob. at quod iurare nollet ex formula Papæ, orta ſeditione mox inde eiicitur.

Anno 1209. Lubeca igne periit tota, excepto vico quem quinq; domuum appellant.

Anno 1209. S. Franciſcus ſumpto habitu Monaſtico, Ordinem fratrum Minorum inſtituit, quem confirmauit Honorius III. PP. 29. Nouembris anno 1223. à principio Ordinis 15. Ita autem dilatatus eſt hic Ordo, vt ſtatim à quibuſdam plura quam 1743. Franciſcanorum Monaſteria recenſerentur: ne iam computemus monaſteria virginum Ordinis S. Claræ, quæ fuit ſoror Franciſci.

Anno 1209. Innocentius III. P. M. Ioanni Anglorum regi participatione ſacrorum interdixit; propterea quod in exilium actis regni Sacerdotibus, Eccleſiarum prouentibus militem aleret.

Anno 1210. Innocentius III. Rom. Pontifex, Othonem recens à ſe coronatum anathemate notat, imperium ei abrogat,

rogat, omnesque ab eius obedientia & fide absoluit eo, quod ignominiam acceptam vlturus, Pontificias ditiones inuasisset, & ad totius Italiæ imperium aspirasset. Vrsp.

Anno 1210. Voldematus Liuoniam ingressus cæpit ædificare Reualiam.

Anno 1210. Stralsundum Pomeraniæ oppidum inchoatur: centumque annorum spatio viribus adeo crescit, vt duorum Regum & decem Principum oppugnationem sustineret feliciter.

Anno 1210. Ioannes Rex Angliæ à Iudæis in regno pecuniam exigit: negantibus singulos singulis diebus dentes excuti iubet; donec pecuniæ summam definitam impetrat.

Anno 1211. Landgrauius aliique conueniunt primum Numburgi ad Salam. postea Noribergæ, deliberaturi de Othonis excommunicatione. Et vero abdicato illo, deferunt Imperium ad Fridericum Friderici Barbarossæ nepotem.

An. 1211. Apparuit Cometes mense Maio flagrans diebus 18. & cauda supra Russiam porrecta Tatarorum aduentum significabat. Mechou.

Anno 1212. Friderici II. Imperium.

Fuit Rex Siciliæ, cui in cunis vagienti ad preces patris Henrici VI. Imp. Principes Germaniæ iureiurando se obstrinxerant: ideo ad imperium euectus est ætatis anno prope 20. coronatus Aquisgrani 13. Decembr.

Anno 1212. Tatarorum gens in illam vsq; diem ignota, à montibus Indiæ egressa, non longe à Mæotide palude sedes posuit, & Ruthenos prælio vicit. Eaque fuit prima clades, quam Rutheni à Tartaris acceperunt. Mechou.

An. 1212. Hoc anno scribit Meyerus Alexandrum edidisse Grammaticam, cui titulum fecerit Doctrinale. Quod opus cum 300. prope annis habitum esset in precio, ita viluit apud Doctos nostro seculo bonis literis repullulantibus, vt hodie rato libri illius exemplum conspiciatur.

Anno 1212. Ioanna Comitissa Flandriæ statuit vt Gandaui XIII. Senatores qui hactenus fuissent perpetui, singulis renouarentur annis.

Anno 1212. combustum est oppidum Bergense sexto Idus Octobris: & monasterium B. Mariæ de Bosco tactum de cælo.

Anno 1212. Albigenses ante biennium proscripti ab Innocentio, nunc fere funditus exstinguuntur.

Anno 1212. Ingens fuit terræ siccitas, feræque egredientes de siluis, homines impetiuere clara die.

An. 1212. Aquisgranum incendio fere totum periit, exustis hominibus minimum quadraginta.

An. 1213. Otho Imp. misere vastat Episcopatum Magdeburgensem ac Cizensem, cæteramque Thuringiam.

Anno 1213. fuit bellum ciuile inter duos filios Henrici Barbati Principis Glogouiensis Cunradum & Henricum; quod pater putaretur patrimonium adsignasse locupletius Hentico quam Cunrado; qui victus à fratre fugit ad patrem, pauciſque diebus post periit in venatione ad pagum Tarnau, prope Bythomiam, fractis ceruicibus ex lapsu ab equo.

Anno 1213. Ioannes Anglorum Rex excommunicatus ab Innocentio III. impetẽdusq; à Philippo Galliç rege mille septingentarum nauium classe, qui à plerisque Proceribus Anglis eo inuitatus erat; pacem facit cum Pandulpho Pontificio legato, nec modo pulsos Episcopos in patriam reuocat, sed Angliam Hiberniamq; sedi Apostolicæ in æternum facit Vectigales, solutis quotannis, præter denarium D. Petri, mille Marchis Sterlinorum, fere centum millia Florenorum.

Anno 1213. Insula, vrbs Flandriæ, à Philippo rege Galliæ capitur, spoliataq; incenditur atque euertitur.

Anno 1213. Philippus Rex Galliæ opulentissimum oppidum Damnum prope Slusam totum incendit, vnaque classem suam ibidem relictam, ne veniret in potestatem hostis Angli.

Anno

Anno 1214. 7. Kalend. Augusti, accidit prælium Bouinense; vbi Philippus Rex Gallia profligauit Othonem Imp. cepitque Ferdinandum Comitem Flandriæ &c.

An. 1214. regnum Scotiæ iniit Alexander Guliemi filius 16. annorum adolescens. Patris acta omnia ordinum decreto confirmat. Mouet in Ioannem Angliæ regem, accersitus ab Ecclesiasticis; destitutusq; à suis, insuperq; inuasus à Ludouico Francico, magna pecunia in præsentia, & tributo perpetuo promisso, præterea iure regni in Pontificem translato, vt Reges Anglorum in posterum beneficiarii eius essent, in gratiam rediit. obiit ætatis 51. regni 35. Christi 1249.

Anno 1215. Magna Santgalli pars igne exuritur.

Anno 1215. Brugis tantum desæuiit incendium, vt vix 40. domus manserint incolumes.

An. 1215. Concilium Lateranense Romæ celebratum, in quo Transubstantiatio panis & vini in Cœna Domini approbata & confirmata est. Item, libelli quidam Abbatis Ioachimi condemnati. Decreta etiam expeditio in Syriam pro terra Sancta recuperanda. Ex hoc itaque tempore per omnes fines Christiani orbis emissi doctores innumerabilem hominum multitudinem exhortationibus suis excitarunt, vt pro liberatione terræ Sanctæ crucis signo notati, militiæ sactæ nomen darent. Vrsp. Tritth.

Anno 1216. Innocentius III. PP. Perusii moritur 16. (alii 17.) Iulii. Hic est autor multarum decretaliũ, quæ extãt. Et ante Pontificatũ scripsit libellũ, qui hodie circumfertur, de vilitate cõditionis humanæ. Ei substitutus est Honorius III. qui ordines Prędicatorũ & Franciscan. confirmauit Vrs.

Anno 1216. Ludouicus Philippi Regis Franciæ filius magno cum exercitu in Angliam nauigat, eo inter domesticã Anglorum discordiam vocatus ac rex salutatus, Ioanni Regi imperium abrogatum, ideo quod inclitum Angliæ regnum Romano Pontifici fecisset tributarium &c.

Anno 1217. hoc an. milites Ordinis Teutonici primam expeditionem suscepetunt in Prussiam aduersus Idolo-

latras, quos fortes isti milites armis domuerunt, & abolito Idolorum cultu, ad salutarem Christi agnitionem paulatim adduxerunt. Liber Ord. Pruss.

Anno 1218. obiit Friburgi conditor Berchtoldus Dux Zæringiæ, tantopere appetens esum carnis humanæ, vt seruos suos iuberet occidi ac coqui. Crusius è Ms. F. F. F.

Anno 1220. obiit Achas Toraltanus septem annorum puer, cuius ad tumulum nemo Psalmum CXXIX. finire quiuit: iudicantibus plerisque beatam pueri animam precibus non egere.

Anno 1220. Ægidius Cardinalis venit in Britanniam & Scotiam ad pecuniam in vsum belli sacri. Magnam eius vim cum impetrasset, eam omnem in itinere per luxuriam profundit. Vacuus Romam vt redit, mentitur se à latronibus spoliatum fuisse.

Anno 1221. die 8. septembris Damiata vrbs, ante sesquiannum Sarracenis erepta, Ægyptiorum Sultano reddita est.

Anno 1222. Bernates omni auxilio destituti Sabaudiæ Comiti sese dedunt.

Anno 1225. Robertus Augustus nobili cuidam Burgundioni sponsam virginem Byzantinam eripit. sponsus accensus ira coacta manu, puellæ matrem eius rei auctorem proximo mergit mari. sponsæ, nihil Augustum veritus, aures nareſq; desecuit.

Anno 1225. Heremita quidam mentitur se Balduinum Comitem Flandriæ, illum qui Imperator ad Hadrianopolim captus erat membratimque dissectus in oppido Cernoa. Hic publica fide vocatus ad Ludouicum Galliæ regem, ad multa promptissime respondit: solum hæsit circa loca vbi baltheo esset insignitus, celebrassetque sponsalia. Dimissus rediit Valencenas, clamque omnibus fugit in Burgundiam vnde retractus à Ioanna Comitissa, caussa eius Insulæ in iudicio cognita suspensus est. vulgus tamen voluit vere fuisse patrem Ioannæ.

Anno 1226. Hoc anno, 29. Maii, Borussia ordini Teutonico

nico per Cunradum Ducem Masouiæ donata est, & postea anno 1330. armata manu occupata. Lib. ord. Pruss.

Anno 1226. S. Ludouicus Rex Galliæ coronatur Rhemis circa Cal. Decemb. regnauit an. 44. Onuphr. Meyer.

Anno 1226. Lubeca implorato auxilio Friderici II. Imp. subsidio Principum vicinorum exuit iugum Danicum. quo irritatu Rex Daniæ, vna cum Dithmarsis in eos pergit. sed Dithmarsis se Lubecensib. vt iungunt rex in fugam vertitur 11. Kalend. Augusti, qui dies etiamnum hodie supplicationibus sacer est. Arx vero quam Dani tenuerant, tributa est monachis Prædicatoribus.

Anno 1226. Ludouicus Rex Galliæ Auenionem Albigiorum hæresi infectam, post longam obsidionem cepit, murisque nudauit.

Anno 1226. Diethelmus Toggenburgius insidiis fratris necatur; quem bello persequitur Abbas Sangallensis.

An. 1226. obiit Ludouicus rex Franciæ principio mensis Septembris, quo defuncto ingés ortum dissidium inter regni Proceres. pars Blancam matrem passi sunt superesse administrationi regni dum filius adolescceret. alii feminæ eique externæ parere renuunt.

Anno 1227. Honorio III. PP, mortuo 18. Martii, successit Gregorius IX. qui Decretales Iuris Canonici publicauit. Antonin.

An. 1227. Otho, successor Henrici Palatini Dux Brunsuicensis capitur in prælio ad Bornehouede die Mariæ Magdalenæ.

An. 1227. Oliuerius Templariorum magister annuum Hiprensium mercatum, qui Ascensius cognominatur, cessit Ferdinando Comiti.

Anno 1228. Fridericus Imp. in Palestinam cum multis principibus transfretauit, quem Gregorius IX. P P. nihilominus excommunicatum, maxime per fratres prædicatores, in Germania proclamauit, & captata occasione absentiæ Imperatoris, exercitum misit in Apuliam, & terras Imperatoris sibi subegit. Vrsp. Trith.

Anno 1228. Lutetiæ in Capitulo fratrum Dominicanorum habita disputatio de pluralitate sacrorum ministeriorum: definitumque neminem cum salute animæ posse tenere duo ministeria, quorum alterum valeret in annos singulos 15. libras Parisiacas. huic constitutioni duo tantum sese opposuere.

Anno 1228. Ferdinandus Comes Flandriæ Gandaui instituit ordinem 39. virorum, qui perpetui essent Reipubl. administratores.

Anno 1228. Brugis maximum sæuit incendium, quo pars oppidi longe maxima versa est in cineres, viriq; centum & amplius, multæq; mulieres suffocatæ.

Anno 1229. Fridericus Imp. ad eas pacis cõditiones Sultanum adegit, vt vrbs Hierosolyma, Nazareth, & Ioppe, locaq; alia Imperatori restituerentur, & induciæ inter Christianos & Saracenos in decennium sancirentur. Paschatis quoq; festum, vel vt Tritt. habet, Dominicam Lætare Ierusalem, celebrauit Imperator Hierosolymis, more regio coronatus incedens. Itaque sine sanguine bello maximo confecto reuersus est in Apuliam in æstate.

Anno 1229. Albertus Marchio Brandeburgensis cum genero suo Othone Duce Brunsuicensi capitur à Gerardo Archiepiscopo Bremensi in prælio ad Ertzeho. Chron. Sax.

Anno 1229. Fridericus II. Imp. coronatur Hierosolymitanus Rex 25. Martii, repulso Sultano Syriæ.

Anno 1229. Terminatur heic Chronicon Abbatis Vrspergensis.

Anno 1230. Iubilæus mundi 104. Mosis 54. prædicationis Christi 24.

Anno 1230. Fridericus Imp. à Gregorio IX. P P. in gratiam recipitur & absoluitur: sed non nisi 120. millibus vnciarum auri Ecclesiæ Romanæ ob illata damna persolutis. Platin. Naucle.

Anno 1230. Fundatum à Ioanna principe Flandriæ monasterium apud Marquettam iuxta Insulam vrbem, vbi cum Ferdinando marito iacet sepulta.

Anno

Anno 1230. plus minus D. Franciſcus nudipedum monachorum patronus, canoniſatur à P. M.

Anno 1230. Datus à Comitibus perpetuus magiſtratus Senatoribus Præfecturæ Brugenſis, quam liberam appellant; feria quinta poſt feſtum B. Martini.

Anno 1231. die 16. Septemb. Ludouicus Bauariæ Dux Chelhaimii à morione ſupra pontem Danubii cultello vulneratus periit. Alii volunt factum Henrici deſignati fraude, ab ignoto quodam habitu tabellarii Principi exhibente literas.

An. 1231. S. Elizabeth filia Andreę regis Vngarię, nupta Ludouico Thuringiæ & Haſſiæ Lantgrauio, obiit 19. Nouemb. ſepulta Marpurgi. Hęc matrona & pia & calamitoſa fuit, quia matrem Gertrudim amiſit gladii ſupplicio: maritum in locis externis propter nauigationē nauſea: filium domi veneno: ipſa præterea ab Henrico mariti fratre poſſeſſione expulſa eſt. Iſta tamen omnia virtute & patientia ſuperauit. Fuit neptis S. Heduuigis ex ſorore: eiusque filia Sophia nupſit Henrico Duci Brabantiæ, quæ quidem & ſtirps eſt Landgrauiorum Haſſiæ. Elizabeth propter pietatem & munificentiam erga egenos & erga Chriſti miniſtros inter Sanctas relata eſt à Gregorio IX. PP. Peruſii anno 1235. Dicitur fundaſſe hoſpitale Marpurgenſe. Siffridus ait Hermannum Landgrauium, Elizabethę filium, cū vxorem duxiſſet, poſt celebratas nuptias veneno peremptum à quadam malefica, & Hermannum mortuum ſine hærede. Vide Fabric. Tritth. Plat.

Anno 1231. Lambertus Antiſtes Diuæ Mariæ Brugenſis, retulit domum ex Conſtantinopoli partem brachii D. Antonii.

Anno 1231. 19. Nouemb. obiit Eliſabetha, Vngariæ regis filia, Ludouici Heſſorum Principis vxor, Brunduſii dum maritum comitatur ad bellum Sarracenicum: quæ cum egenis in tota vita liberaliter elargiretur eleemoſynas, inter Diuas relata eſt.

An. 1233. Vrgente Gregorio IX. P. M. ductæ ſunt terra

marique copiæ in hereticorum quoddam genus qui Stratingi vocabantur Bremenſibus contributi: primum viriliter ſe defenderunt: verum numero ſimul & viribus impares partim interiere, partim in ſiluas inuiaſq; paludes ſe abdidere. Soli Hollandi ad illud bellum miſerunt 300. naues. eius expeditionis caput erat Henricus filius Ducis Brabantiæ, cum Florentio Comite Hollandiæ, item Cliuiano.

Anno 1233. Hermannus de Saltza Ordinis militiæ Teutonicorum Magiſter, primus Sacræ domus vexilla in Pruſſiam victor traduxit hoc anno: quem Chriſtophorus Manlius Gorlicius, Poeta doctiſſimus, ſequenti verſu expreſſit:

HerMannVs PrVſſos ChrIſtI sVbVota CoegIt.

Anno 1235. Bernates ob rem fortiſſime geſtam à Sabaudo libertate donantur, & reſtituuntur imperio Romano.

Anno 1237. Veneti Senatuſconſulto vetant in vrbe ſua ædificari erigiq; Templa, Monaſteria, Hoſpitalia, Collegia à ſæcularibus Eccleſiaſticiſue, ſine ipſorum ſpeciali permiſſu.

Anno 1237. Ottho Gulielmi filius, Henrici Leonis nepos, à Friderico II. Imp. appellatur Dux Brunſuicenſis ac Luneburgenſis: ſed amittit titulum Saxoniæ.

Anno 1237. die 22. Auguſti Cunradus Friderici II. Imp. filius à patre Cæſar deſignatus eſt Moguntiæ; Henrico prius deſignato; parricidii à patre Imper. accuſato, & 70. principum ſententiis Ratisbonæ condemnato, vincto in Siciliam relegato.

Anno 1238. Vuiſmaria conditur à Gunſelmo Comite Suerinenſi.

Anno 1239. Ludouicus Gallorum Rex, Coronam ſpineam Seruatoris noſtri oppigneratam ſuperiori anno ab Balduino Imp. Venetis, grandi ære redemptam in Galliam deportauit, ac Lutetiæ aſſeruandam tradidit.

Anno 1239. Lubecum dimidia ſui parte conflagrauit igne. ex quo cautum eſt ne deinceps tecta vlla ſtraminea haberentur in vrbe, ſed latericiis tegerentur.

Anno

Digitized by Google

Anno 1239. ex hoc tẽpore rursus erupit & viguit Guelforum, & Gibellinorum factio. Nam Imperator, qui tum Pisis erat, cum non satis ipsi constaret, qui partes suas, quiue Pontificis sequerentur, Ciuitates Italiæ in duas factiones tunc primum diuisit. Nam qui Pontifici fauebant Guelfi, qui vero Imperatori Gibellini appellati sunt. Hæc quidem deterrimarum factionum nomina ad perniciem humani generis inuenta, primum apud Pistorienses audita sunt. Platina. Hunc euentum alii ad præced. alii ad seq. referunt.

Anno 1240. indictus Siluanectæ conuentus Episcoporum prouinciæ Remensis, vbi Iacobus Episcopus Prænestinus R. P. Legatus petiit obtinuitq; vigesimam omnium reditnum ecclesiarum ad auxilium Pontificis.

Anno 1240. Thomas & Ioanna Comites Flandriæ mutant ordinem politicum Brugensium; sciscuntq; vt magistratus qui fuerant perpetui renouarentur singulis annis.

Anno 1240. Combusta est tertia pars oppidi Hiptensis, cum maxima parte templi D. Martini.

Anno 1241. Henricus II. Pius, Silesiæ, Lusatiæ & Maioris Poloniæ Princeps, & S. Heduuigis filius, Tataris ex Asia magnis agminibus progressis, regionesq; Europeas hostiliter inuadentibus, & Hungariam, Poloniam ac Silesiam crudeliter vastantibus, sese opponens, exercitu triginta millibus militum instructo, cum iisdem acerrimo prælio congressus est fortiterq; pro aris & focis pugnans, glorioſa morte die 9. Aprilis (videlicet die Martis post Dominicam Quasimodogeniti) in campo Wolstat prope Lignicium, occubuit. (Tatari cadaueri Principis caput amputarunt, illudque hastæ infixum circumtulerunt. Lignicium vrbs incensa est, sed arx valido est munita præsidio, ab eo cum Tatari postulassent deditionem, responsum est, pro vno Principe necato sese habere plures Dominos adolescentes, quos non essent deserturi.) In quo prælio non tantum

præter principem ipſum Boleslaus Marc
rici amitinus, Pompo Magiſter militum
in Boruſſia, aliiq; plurimi viri fortes pe
Chriſtianorum ſtrages edita eſſe dicit
poſt victoriam, ſingulis cadaueribus
præciderent, nouem grandes ſacci exp
Corpus Henrici ab vxore Anna filia C
hemiæ ex ſexto digito ſiniſtri pedis agn
uiæ in templo S. Iacobi humatum eſt.
Hunc exitum tulit Princeps hic vere
qui vitam pro patria profudit, & ſang
niam texit. Etſi enim ipſemet quoqu
deſideratis, occubuit: attamen vires T
uit: vt ſibi ipſis diffiderent, & ad ſuos re
ræus.

Anno 1241. Clemens præfectus Glo
Principem ſuum Henricum Pium deſer
conatus eum tegere contra Tartaros, o
cum & Princeps eodem loco caderet.

Anno 1242. Wormacia 3. Aprilis m
flagrauit, orto ex incuria incendio, in q
nes miſerabiliter interierunt.

Anno 1242. Bathus Tartarorum Re
gatus à Ponto Euxino vſq; ad Germani
manu prædonum, varias prouincias, H
ſem, Polonorum Boruſſorumq; ſufful
prælio ſuperat in Sileſia 9. Aprilis.

Anno 1243. reliquit Beata Hedvvig
ſteritatem, quæ diu dominatum Si
qua adhuc hodie ſuperſtes eſt princeps
cus, Dux Sileſiæ, Lignicenſis & Brege
bus filiis Iohanne Chriſtiano, & Georg
tibus Sileſiæ, Lignic. & Breg. qui quide
vetuſta familia Regum Poloniæ, mater
tate Caroli Magni & Beatæ Hedvvigis

Anno 1243. S. Bonauentura religionem S. Franciſci ingreditur ætat. 22. Septimo anno poſt prælegit Sententias Pariſiis.

Anno 1243. Innocentius IV. creatur Rom. Pontifex 24. Iunij. Hic pileum rubrum Cardinalibus dedit, quo ſignificare voluit, Cardinales paratos eſſe debere pro libertate Eccleſiaſtica, ſi opus erit, vitam morti exponere. Onuph.

Anno 1245. Fridericus II. Imp. excommunicatur & imperio priuatur in Concilio Lugdunenſi ab Innocentio IV. 21. Iunii, & contra eum Henricus Haſſiæ ac Thuringiæ Landgrauius, S. Elizabethæ leuir, electus eſt, qui tamen anno 1246. occiſus eſt ſagitta prope Vlmam, & ſepultus Hennaci. Alii ad ſequentem. Verum Vincentius in Speculo ſcribit, Innocentium P P. Lugduni Concilium celebraſſe circa feſtum Petri & Pauli anno 1245. in quo Imperatorem tanquam ſchiſmaticum & hoſtem Eccleſiæ condemnarit.

Hinc aliqui numerant 28. annos interregni vſq; ad Rudolphi Habſpurgii imperium. Formula depoſitionis Friderici refertur lib. 6. Decretalium c. ad Apoſtolicæ, &c. Siffridus ſcribit, in Henrico Landgrauio defuncto defeciſſe Principes Thuringiæ, cuius poſſeſſio ad Marchiones Miſniæ translata ſit.

Anno 1246. miſſus eſt ex Galliis exercitus in Hiſpaniam. Victus Memelinus Afrorum rex, piæ religionis hoſtis, qui cum grandi barbarorum multitudine terras eas inuaſerat.

An. 1247. Pruteni omnes Chriſtianos in ſuis regionibus trucidant, & Cruciferum omni exuunt poteſtate, duce Suatropolcone Pomeraniæ Principe.

Anno 1248. Ioannes Auenenſis matri ſuæ Margarethæ Comitiſſæ Flandriæ, bellum mouet, pertæſus longam eius vitam, cui mater coacta eſt fere omnia cedere quæ petebat, ſubnixus opibus ſoceri ſui Gulielmi Comitis Hollandiæ.

Digitized by Google

Anno 1248. Gulielmus Hollandiæ Co
ſignatus Aquiſgranum vrbem ſub Kalend.
cogitq; ad deditionem;redimitusq; eſt ibi
imperiali diademate Kal. Nouemb.

Anno 1248.Friderici II. Imp. exercitus
ex vrbe Parmenſi præſidiariis biennium fe
Cæſar venatum abeſt,cæditur 28. Febr. gr
cium,corona,aliaq; Imp.pretioſa amiſſa.

Anno 1249.D.Ludouicus Rex Galliæ
gnem vrbem expugnat , duobuſq; deind
Meledinum Ægypti Sultanum.

Anno 1249.Alexander III.puer nondu
coronatur rex Scotiæ. omnia adminiſtran
nios quorum inimici procurant regi nuptia
gli ad Kal.Decemb.1251.decretumq; vt ſoc
toris,conſilio vteretur, in rebus grauioribu
Rex Noruegiæ cum 160.nauibus Scotiam a
maiotibus ſuis à Macbeto aliquot inſulæ pr
derentur :ſed magna ſuorum ſtrage , deſide
torum millibus,abiit, moriturq;. Ad con
Eccleſiaſticorum Nobiliumq; ſuorum diſcc
lapſo excuſſus fractis ceruicibus, interiit,no
gorno anno Chriſti 1285.14.Kal. April. vixi
gnauit 37.Deſiderium ſui reliquit ingens; v
monias pauperum inclinatiſſimus, mortuu
maſculo.

Anno 1250. Cunradi IV. Friderici
Imperium.

Anno 1250. D. Ludouicus Rex Galliæ
Carolo & Alfonſo, cum Gulielmo Flandria
in poteſtatem Melexalæ Sultani Ægypti,ami
roue ducentis amplius ex nobilitate ſuæ gen

Anno 1251.Gulielmus Dampetra , prim
Margarethæ principis Flandriæ, reuerſus ex
ptiuitate, profectus ad equeſtrem decurſio

Digitized by Google

in Hannonia indictam, miserabiliter ibi occisus est, ac pedibus equorum conculcatus : quod factum proditione fratrum.

Anno 1251. oppressi sunt Pastorelli; perditorũ erat manus qui ad famam capti Ludouici Regis Gallici, specie sacræ militiæ, in alienas grassabantur fortunas.

Anno 1252. Epocha Alphonsi hoc an. incipit Cal. Iunii. Cardanus & alii ab æra Christi ad Alphonsinam numerant annos Iulianos 1251. dies 152. Ab hoc Alphonso Hispaniarum Rege nomen acceperũt Tabulæ Alphonsinæ, eò quod eius authoritate & mandato sint conditæ. Est ab æra Turcica annus 630.

Anno 1252. in Hannonia plebs cum nonnullis è nobilitate coniurat in Margaretham Flandriæ Comitissam, quod à muneribus publicis remotis Hannonii sanguinis hominibus, suffecissent per oppida ac castella trecentos è Flandria. horum immodico, vt causabantur, grauati imperio, deficiunt nomine factionis Rotundorum : adortiq; præfectos ad 80. interficiunt; horumq; vxores nasis auribusq; truncatas mittunt ad Margaretham.

Anno 1252. obiit Nicolaus Balliolanus Abbas Dunensium. hic sub se monachos habebat 120. conuersos 240. ex quibus intra monasteriũ textores, fabri lignarii ferrariiq;, fullones, cerdones, sutores, pellliones, ceruisiarii, latomi, vietores, pistores, piscatores, aliiq; omnis fere generis opifices, quotidianam exercebant operam.

Anno 1252. primum institutum est fœdus Tigurinorum cum Vriis.

Anno 1253. instituta est Lutetiæ Parisiorum Sorbona, fundato collegio Sorbonæ. Tilius.

Anno 1253. facta est pugna in Valachria ad Vuestcapellam 4. Nonas Iulias Margarethæ Principis Flandriæ contra filium suum Ioannem Auenniũ, qui ibi cepit duos fratrum suorum cum 230. equestris ordinis viris. perierunt à parte matris ad 30. millia hominum. volunt hoc ei inflictum infortuniũ diuinitus quod triduii inducias per Brabantiæ Du-

cem pactas, infregisset spe opprimendi ex improuiso aduersarium.

Anno 1254. Ordo Carthusiensium in perpetuum esui carnium renunciauit.

Anno 1254. Margaretha Comitissa Flandriæ auxilia obtinet à Ludouico rege Galliæ contra filium Ioannem, socerumque eius Gulielmum Imp. eorum opera totam occupat Hannoniam. sed vt exinde ditionem suam exhaurit tributis, vti Gallo restituat belli sumptus, parum abfuit à rebellione suorum. Interim dum Gulielmus nullo iusto pretio reddere vult matri filios captiuos, & in Frisiam profectus, vincitur ac perit (hoc est, qui aliena conabatur sua perdit) filius Ioannes ex animi mœrore paulo post obit; confirmatq; raro longæuos esse parentibus iniuriosos.

Anno 1254. D. Ludouicus domum redit è Syria, maxima longe exercitus parte amissa. quippe qui ex 32. hominum millibus, vix sex reduxerit.

Anno 1256. die 18. Ianuarii Ludouicus Bauariæ Dux Mariam coniugem indicta caussa adulterii damnatam capite plectit. præfectam gynæceo tanquam conscium de turri præcipitat. virginem deniq; ex Prenneburgensi familia gladio confodit Werdæ in Sueuia. Auentinus.

Anno 1256. Albertus Magnus Dux Brunsuicensis & Luneburg. obsidet Asseburgum. interim Cunradus Archiepiscopus Moguntinus & Ditericus Comes de Eberstein Gotingensem ditionem hostiliter peruastant. sed per insidias capti; hic per pedes de trabe suspensus vix tertio die exspirat: ille integro anno seruatur Brunsuici; liberatus ingenti lytro per Richardum Cornubiæ Principem, qui huius suffragio adspirabat ad Imperium.

Anno 1256. Bonauentura eligitur in Generalem Ordinis Minorum, ann. 13. post ingressum religionis die 2. Feb. Rexit ordinem an. 18. Legend.

Anno 1258. Alphonsus Rex Castellæ & Legionis à quibusdam Germaniæ Principibus creatur Rex Romanorum prid. Cal. April. sed sponte abdicauit.

Anno

Anno 1258. Induciis inter Regem Ludouicum Galliæ & Henricum Angliæ factis, tandem pax inter eos componitur, qua Aquitania omnis, exceptis pictonibus, cedit Henrico.

Anno 1260. incidit initium bellorum quæ Heluetij, dicti Eydgenossen, pro libertate tuenda gessere aduersus Nobilitatem.

Anno 1261. Cranzius scribit hoc anno mortuum esse Adolphum Comitem Holsatiæ, de quo rem miram refert: Adolphus Comes Holsatiæ, inquit, ingressus est ordinem Minorum Hamburgi die S. Hippolyti, & postea erexit monasterium sui Ordinis in Oppido Kyl; vbi cum operarii non haberent quo per æstum inter laborandum reficerentur, lac ostiatim emendicauit: cumq; aliquando filios suos Ioannem & Gerhardum, inter quos Holsatiam diuiserat, obuios habuisset, sublimes in equis more Comitum vectos, passus est humanitus aliquid, vt rubore cœperit perfundi. Sed mox robur mentis aduocans, cum adhuc in conspectu essent filii, hydriam lacte plenam & leuatam super caput euertit, & sese totum à vertice lacte perfundens dixit: Infelix, erubuisti Christi pauperiem, baiulare lac in manibus, nunc vel in capite ostende quid portaueris.

Anno 1262. cõsecratum Virgini matri nouum Dunensis cœnobii templum, quo vix est aliud tota Flandria magnificentius, per Radulphum Morinorum ac Ioannẽ Tornacensium Episcopos, de Abbatia illa dicere solebat Nicolaus Balliolanus, Dunense monasterium montem esse argenteum, dummodo incideret in præsidem sapientem.

Anno 1262. Wismaria in Balthico littore ciuitas igne consumpta est: ac dein è lapidibus instaurata exædificataq; est.

Anno 1263. die Simonis & Iudæ accidit pugna Hallensis Saxonicæ, vbi Albertus Dux Brunsuicensis & Luneburg. cum multis Comitibus nobilibus capitur à Marchionibus Misniæ, qui se grandi ære & arcibus aliquot redimit anno sequenti.

Digitized by Google

Anno 1264. Festum Corporis Christi institutum in ciuitate Vrbeuetana ab Vrbano IV. PP. Hymnum & Officium quod in missa canitur, composuit Thomas Aquinas.

Anno 1265. Carolus D. Ludouici Regis Galliæ frater inauguratur Romæ à Clemente V. rex Siciliæ, ea lege vt in annos singulos quadraginta millia aureorum penderet sedi Apostolicæ, nec adspiraret ad imperium, Manfredumq; ecclesiæ hostem armis subuerteret.

Anno 1265. Carolus Andegauensis, Ludouici IX. frater à Clemente IV. P. M. in Lateranensi vtriusq; Siciliæ Rex coronatur 6. Ianuarii.

Anno 1265. Manfredus Friderici II. Imp. filius naturalis, Siciliæ regis titulum, Cunradini fratris filii nomine tanquam tutor consecutus, occubuit 6. Febr. in prælio ad Beneuentum aduersus Carolum Andegauensem.

Anno 1266. Cunradinus Cunradi IV. Imp. filius ex Elisabetha Bauarica exercitum è Germania ducit in Italiam, recuperando regno Neapolitano, hereditate legitima. Socium habet expeditionis Fridericum Austriæ Ducem.

Anno 1268. Cunradinus Cunradi IV. Imp. filius, Friderici II. Imp. nepos, vltimus ex Barbarossæ familia nobilissima, multorumque regnorum & Imperii vnicus hæres, die 22. Augusti (al. 28. Nouemb.) congressus cum Carolo Ludouici Galliarum Regis fratre in Marsis vincitur, & captus cum Friderico Austriaco, Pontificis Clementis IV. incitatione Neapoli in publico securi percutitur, cum Pontifex Carolo scisciranti de tractatione captiuorum respondisset: *Vita Cunradini mors Caroli: Mors Conradini vita Caroli.* Hunc euentum alii ad præced. alii ad seq. referunt. Ritius habet 1268. quem secuti sumus: ac consentiunt ei Siffridus, Hirsgau. & alii. Golzius scribit, Conradinum cum in Caroli potestatem veniisset, anno vno carceris squalore maceratum esse. Inde forte est anni vnius discrepantia.

Anno 1269. die 8. Augusti Bertholdus Episcopus Wirceburg-

ceburgicus fundit non procul à Kittinga oppido seditiosos ciues,& Comites,quorum illi confisi auxiliis ferociebant.

Anno 1270. die 1. Martii Ludouicus IX. Galliæ rex instructa classe, cum tribus filiis Massilia soluit in Africă traiecturus,vbi & ipse periit, & filius morbo epidemico, & Philippi alterius filii coniux, &c.

Anno 1270. die 16. Maii Egra vrbs ad montes Bohemicos,domestico incendio conflagrat, amissis omnibus priuilegiorum aliorumq; reip. diplomatibus. periere & homines vtriusq; sexus 150.

Anno 1272. Episcopiscella in Turgea oppidum igni exuritur.

Anno 1273. Rudolphus Habspurgius Comes, auxilio Tigurinorum & Abbatis Sangallensis Basileam per septem hebdomadas obsidet. Interim eligitur Francofurti Imp. seq; ei reconciliat ciuitas.

Anno 1273. Rudolphus Comes Habspurgensis eligitur Imperator Rom. absens, dum obsidet Basileam 29. Sept. Fuit Princeps prudens,armis & bello strenuus, & qualem turbata Resp. deposcebat. Siffridus scribit,eum præcepisse suis satellitibus, ne quenquam pauperum accessu & colloquio suo arcerent: Date obsecro, inquit, hominibus me accedendi locum & facultatem. Non enim ideo ad imperium euectus sum, vt hominibus in arca præcludar. Huius posteri adhuc tenent Imperium, & ab hoc anno incipit Chronicon Austriacum Magistri Alberti Argentinensis, quod comprehēdit annos 77. à principio Rudolphi ad an. Christi 1350. Vide Cuspiniani Austriam. Nostra ætate Rudolphi res gestas grandiore carminum sono cecinit Ioachimus Maisterus, tanto Imperatore dignus Poeta.

Anno 1273. Rudolphus Imp. Tigurinos prō veteribus & recentibus officiis non vno prosequitur priuilegio, eorumq; vexillum coronat diademate purpureo.

Anno 1273. Rumoldus Rainstenianus cum Vlrico Abbate Sangallensi belligerat ob præferentiam.

Anno 1276. die S. Marci Vratislauia tota conflagrauit.

Anno 1277. occisus Aquisgrani Gulielmus Iuliacensis Guidonis Comitis Flandriæ gener, factione Ducis Brabantiæ.

Anno 1278. Chronicon Martini Poloni Episcopi Consentini desinit hoc anno, qui est primus Nicolai III. Papæ. Appendix ab alio addita pertingit vsq; ad an. Christi 1 ; o.

Anno 1278. Terminatur accuratissime scriptum Chronicon Iacobi Meyeri de reb. Flandriæ.

Anno 1278. Rudolphus Imp. victo & occiso Ottocaro Rege Boemiæ, Austriam recuperauit, 26. Augusti (alii die Ruffi, qui incidit in 27. Augusti) Cuspinianus scribit in Ottocari exercitu desiderata fuisse 14. millia hominum præter captiuos: & hac occasione Austriam ad Comites de Habspurg deuolutam esse. Aen. Syl. Boem. c. 27.

Anno 1278. obiit Mathildis, filia Florentii Comitis Hollandiæ, ea quæ vno partu filios peperit numero 365. qui omnes ab Episcopo Traiectensi Othone sacro lauacro abluti sunt, in pelui simul iacentes, ac deinde obierunt. Hoc Mathildi accidisse fertur, ideo quod mendicanti fœminæ stipem petenti exprobrasset (quos misericordiæ concitandæ præ se ostentabat) geminos, perinde atq; adulteræ. Ea enim conscia pudicitiæ suæ, Oro, inquit, Deum, vt tot pariat ipsa quot sunt dies in anno Erat Mathildis vxor Comitis Hennebergensis; sepulta Losduni prope Hagam Comitis, vbi vetus tabula adhuc huius rei memoriam adseuera..

Anno 1280. Rudolphus Cæsar declarat per sententiam imperialem, Aloſtanos, Wasiam, Quatuor ambactos, Insulasq; Zelandicas rediisse ad fiscum, eo quod de iis Comes Flandriæ Guido non præstitisset iuramentum in tempore: qui statim Romanum appellat Pontificem, & demum defuncto Rudolpho conuenit cum Alberto Imp.

Anno 1280. orta dissensio Gandaui inter 39. viratum & Guidonem Comitem Flandriæ, qui cogere eos volebat quotannis ad rationes suæ administrationis, quod ipsi recusabant. coiit tandem concordia, numerantq; Principi 4 9.

librarum

librarum millia : quibus repræsentandis vectigal nouum instituitur. hoc est: alius delinquit, alius plectitur.

Anno 1280. Pistor Tigurinus à Senatu ob maleficia castigatus, sui vindicandi caussa vrbem incendit, quo igne vniuersa fere periit.

Anno 1281. Fridericus Marchio Misniæ, cuius fuit à matre admorlagena; captus est à patre suo Alberto, & toto anno retentus in arce Ilsennacensi: vnde postea diuinitus liberatus est : cum odio Alberti Tyranni custodes aliqui miseria adolescentis adfecti, fugæ consilia adiuuarent.

Anno 1281. Hamburgum maximo deuastatur incendio.

Anno 1281. Anna ex Comitum de Hohenberg familia, Rudolphi I. Imp. vxor, & Hartmannus filius Comes prouincialis Alsatiæ, dum patrem Comitia Rom. Imperii Oppenhemij celebraturum festinantius adit, in vorticibus Rheni, iuxta oppidum Rhinovve, cum omni clientela periit.

Anno 1281. Brugenses electo ciuitate Senatu Comiti suo rebellant, ideo quod nollet ad nutum ipsorū renouare priuilegia exusta in Falis; quodq; magistratum cogeret ad reddendas quotannis rationes. Motu eo compresso, sex seditionis capita secuti percussit, multauitq; vrbem centum millibus aureorum Atrebatensium; proque suis sumptibus coegit insuper soluere quatuor millia aureorum. scilicet, quam magis stimulo recalcitras, tam magis vulneraris.

Anno 1282. hoc anno Siculi Gallorum præsidiariorum insolentiam, luxum fastumq; pertæsi, conspirantes decretum faciunt, vt certo die; cum primum signum ærea campana ad vespertinas preces daretur, Gallos vniuersos promiscue interficerent, nullo sexus, ætatis vel ordinis discrimine habito. Illuxit itaque vltimus & funestissimus Gallis in Sicilia dies 30. Martii, quo ad vnum omnes per totam Insulam à ciuibus cuiuscunque ordinis tanta crudelitate trucidati sunt, vt etiam grauidæ euiscerarentur, eorumque fœtus execti, ne quid Gallicæ stirpis in Si-

cilia supereſſet, ſaxis illiderentur, duarumq; horarum ſpacio octo millia Gallorum ea clade perempta ſcribantur. Inde dictæ ſunt Veſperæ Siculæ. Chron. Gall. Aemil. lib. 7. Plerique referunt hunc euentum ad an. ſup. ſed ea ratione 30. Martii non quadrat ad feſtum Paſchatis, quo iſta accidiſſe annotatum eſt.

Anno 1282. paulo poſt Veſperas Siculas Galli ad Forum Liuium cum Guidone Appia præfecto Caroli Andegauenſi, ab erumpentibus præſidiariis cæduntur 29. Aprilis.

Anno 1282. Brugenſes iterũ tumultuati occidunt Theodericum Franconium. ob id à Comite Guidone multantur 20. millibus aureorum: adhoc duobus millibus ad ſatisf. ctionem partium; deniq; centum millibus ad cædem Theoderici expiandam.

Anno 1283. cum de regno Siciliæ quæſtio eſſet inter Carolum Valeſiæ & Petrum Siciliæ reges, eaq; mutuo conſenſu decidenda eſſet inter ipſos ſingulari certamine, Burdigala dilecta eſt, in qua certo die tanta quæſtio, ſpectante omni populo finiretur. Sed cum vndiq; mortales ad tantum ſpectaculum conueniſſent, & Carolus Burdigalæ die conſtituto, ad ſeram vſq; noctem in armis ſtetiſſet, Petrus nuſquam comparuit. & ita re infecta diſceſſum, maxima Petri infamia. etiamſi Hiſpani ſcripſerint, Petrum ſimulato habitu Burdigalam veniſſe, & poſt diſceſſum Caroli, à Ioanne Greslio Seneſchallo Burdigallenſi præſentiæ ſuæ auctoritatem conſignatam poſtulaſſe.

Anno 1283. Petrus Arragoniæ rex Siciliam occupat, coronamque regni accipit, quamuis Martinus IV. ſacris eum interdiceret, bonorum eius præda diripientibus impune conceſſa.

Anno 1284. Innouata Gandaui diſſenſio inter Comitem & 39. gubernatores quod Comes ſe regimini ciuitatis immiſceret: quare appellatum ab eis ad curiam Pariſienſem; quæ pronuntiauit, male appellatum, multamque ipſos incurriſſe. Ibi Comes honore eos priuare omnibuſq; ſpoliare bonis contendit: ſed interceſſit Curia, profeſſa

eam

Digitized by Google

eam multam fuisse duntaxat ciuilem ad summam 40. millium librarum Turonensium, toti ciuitatis corpori irrogandam. exinde nunquam Principi conuenit cum 39. viris; sed quoscunque deprehendere potuit, alios Ruplemundam alios in Zelandiam captiuos abripuit: donec anno 1401. per Philippum Regem Gandauensium politia mutata est.

Anno 1284. cum Rogerius Orianus Calaber præfectus classis Petri regis Arragoniæ 45. triremibus Neapolitanos vexaret, sagittis etiam in ipsam vrbem eiaculatis; impatiens hostilis audaciæ Carolus Claudus dux Salernitanus Caroli regis filius, vrbi custos relictus à patre in Vasconiam abeunte, instructis triremibus 36. obuiam hosti contendit: vbi ipse cum nouem triremibus captiuatur; è quibus nobiles 200. & amplius Galli & Neapolitani capitis supplicio Messinæ Conradini manibus, iussu Caroli regis crudeliter interfecti, parentarunt.

Anno 1284. nata discordia de Comitatu Alostensi; eamque propter Ioannes Comes Hanouiæ copias adunat contra Guidonem Comitem Flandriæ patruum suum; inuasitque; ipsum circa Duacum, sine interuentu pacificatorum.

Anno 1285. 7. Ianuarii obiit Carolus Andegauensis Siciliæ rex, ille qui Cunradinum legitimum regem vna cum Friderico Austriaco publico supplicio affecerat. alii habent 7. Februarii.

Anno 1285. fratres Iacobitæ & Minoritæ intermiscentes se Pastorum officiis simultatem excitarunt in Flandria. audiebant enim confessiones Laicorum absque consensu Pastorum. hinc multæ inuectiuæ vtrinq; scriptæ, magno totius ordinis ecclesiastici dedecore.

Anno 1287. iudicatum est in curia Parisiensi per arrestum contra Petrum Archiepiscopum Rhemensem, sacri ordinis homines ac sacerdotes in negotiis suis temporariis non esse liberos à tributis ac collationibus Principum.

Anno 1288. Albertus dux Austriæ Rudolphi Imp. filius,

imperii æmulus coniurat cum Germanis aliquot proceribus in Adolphum Cæsarem, ideo quod corruptus Gallici regis auro fidem fefellisset, factaq; est pugna non procul ab Alzeheim in agro Wormacienſi, vbi Adolphus vincitur & perit ſexto Nonas Iulii.

Anno 1288. quinto die Iunii feriis D. Bonifacii contigit pugna Voroncana inter Ducem Brabantiæ & Comitem Geldriæ, qui ibidem capitur. cauſa erat comitatus Limburganus, quem victor Brabantus exinde retinuit.

Anno 1288. Henricus Probus erexit Collegium ſacræ Crucis Vratislauiæ, adeoq; in religionem procliuis fuit, vt offerret dono Vratislauiam Epiſcopo, quam metuens inuidiam Principum non recepit.

Anno 1288. mare Friſiam, Hollandiam, Zelandiam & Flandriæ partem prodigiose inundat.

Anno 1289. Rudolphus Imp. multis comitatus Principibus Erfurdiam ingreditur, iudiciumq; conſtituit in tumultuantes ciues; conuictos gladio tollit.

Anno 1290. Habita ſunt Comitia Erfordiæ à Rudolpho Imperat. Is auxilio iſtius vrbis deuaſtauit 60. arces Thuringiæ, quarum rudera hodie conſpiciuntur. Fab. Vide Siffrid.

Anno 1290. Tyrus, Sidon, Tripolis, Berytus à Sultano Ægypti rege incenſæ & complanatæ. Ptolemais fuga diſperſis Chriſtianis, ſine vi capta atq; diruta, fundamentis quoq; effoſſis. Chriſtiani qui vrbem reliquerant, Cretam fugientes, perierunt naufragio.

Anno 1290. Brunſuiga tribus incendiis deuaſtata.

Anno 1291. Ptolemaidem, quam vnam in Syria vrbem noſtri reliquam habebant, dum de eius principatu Principes Chriſtiani inter ſe digladiantur, occupatur à Meleſare regis Ægyptiorum filio occiſis multis noſtrorum millibus. eoq; modo tota iterum expellimur Syria, parta labore annorum 200.

Anno 1292. 8. Idus Ianuarii creatus eſt Imperator Adolphus Comes Naſſouius: occiditurque in prælio 6. Nonas Iulij 1298.

Anno

Anno 1292. Otho Dux Luneburgenſis improuiſus irrupit oppidum Hanoueranum, eiectiſq; ciuibus ingens inde emunxit argentum.

Anno 1292. menſe Nouembri declaratus Scotiæ rex Ioannes Baliolus poſt interregnum annorum ſex, ac menſes nouem, profeſſus ſe in clientela regis Anglorum, eorumq; ditioni ſubditum: quæ res Angliam vehementer concuſſit, Scotorumq; pene nomen deleuit. nam paulo poſt, negãte nobilitate, ea deditione regis vel regem, vel regnum, quæ à Principe ſolo facta eſſet, non conuocatis Ordinibus, bellum oritur ab Anglis, qui fouent Robertum Bruſſium excitantq; in Baliolum. qui poſt aliquot ſuorum clades, anno regni quarto Anglo ſe dedit captiuum: ſed intercedente Pontifice Max. liberatur, dato obſide filio. Sed mox rurſus ruit in Anglum duce Gulielmo Valla.

Anno 1293. Henricus V. Vratislauienſis, ab Aulico quodam ſuo, de cuius patre pater eius propter cædem iniuſtam, quamuis inuitus, ſumpſerat ſupplicium, è balneo tantum non nudus abductus eſt ad Contadum Glogouienſem die 9. Octob. à quo incluſus caueæ ferreæ, in qua nec ſtare, nec ſedere, nec iacere exporrectus poſſet. ea duo habebat tantum orificia, alterum pro cibo admittendo, alterum pro egerendis excrementis. in ea patruelem ſuum per ſemeſtre & amplius cruciauit: ita vt illuuie totus vermibus & vlceribus ſcateret. liberatus demum, repræſentatis 30. millibus aureorum, traditiſq; ducatus Vratislauienſis caſtris potiſſimis.

Anno 1293. moritur in monaſterio quod viuente marito Boleslao pudico ingreſſa fuerat vxor eius Cunegundis: quæ à morte ſua octoginta mortuos reſuſcitaſſe dicitur.

Anno 1294. duæ Philomelæ ſexto Idus Februarii in maximo gelu cantarunt in templo Harlebecano. Annales Flandriæ.

Anno 1295. Guido Comes Flandriæ comiter euocatus cum vxore Corbolium à Rege Galliæ, inde cum coniuge

abducitur Lutetiam captiuus, tãquam perduellionis reus: quod ignaro rege filiam ſuam deſpondiſſet Eduardi regis Anglorum filio atque heredi. nec liberatur, niſi ſiſtente ſe ibidem in cuſtodia Philippa filia. hinc crudele vtrinque bellum annorum octo.

Anno 1295. Baſileæ domus ſexcentæ & homines 40. incendio abſumuntur.

Anno 1295. die 8. Auguſti obiit Otho vicecomes, Archiepiſcopus Mediolanenſis, ætatis 87. qui ſuorum auxiliis ſuperata factione Turrianorum, principatus Mediolanenſis fundamẽta iecit: ita vt deuolutus ad Matthæum Magnum, fratris Theobaldi filium, penes eiuſdem poſteros hereditaria ſucceſſione, ad Philippum vſq; vltimum per annos 153. permaneret. Iouius.

Anno 1296. Sequana Pariſiis adeo intumuit, vt vibs nõ aditretur abſq; nauigiis. Duo lapidei pontes, molæ, ædificiaq; eis ſuperſtructa, caſtellettum parui pontis, omnia hæc hauſta ſunt diluuio. preſagium habebatur ſequentium in regno malorum.

Anno 1296. Rudolphus I. Elector Palatinus Cancellario ſuo Otthoni Wandorffen linguam exſcindendam oculosq; eruendos curat 25. Martii.

Anno 1296. die Mercurii poſt epiphaniam Guido Comes Flãdriæ indicit per fæciales bellum Philippo regi Franciæ, ob retẽtam Philippam filiam: freius fœdere facto cum Imperatore, Duce Brabantiæ, Comite Barrenſi, Duce Auſtriæ, & Rege Angliæ: ignarus interim quanta ſit principum circa talia fœdera inconſtantia.

Anno 1296. exulant Miſnia Fridericus & Dicemannus fratres. Siffrid.

Anno 1297. Philippus Pulcher rex Galliæ deſcendit in Flandriam cum ſexaginta armatorum millibus, in quibus erant Comites 32. præter Duces Burgundum, Britannum, Lotharingum, alioſq; ; à quibus pleræq; vrbes occupantur partim deditione partim vi; Flandria tota ſcilicet diuiſa in duas factiones, hac ſtante pro Comite, illa pro Rege, quæ voca-

vocabatur Liliata. Anglus quidem venit auxilio, sed parua cum manu, operiens Adulphum Cæsarem cui magnam vim auri suppeditarat militi conscribendo. at is vt Coloniæ restitit, alio auro Philippi regis delinitus. itaque Comes coactus venire ad inducias.

Anno 1297. Idibus Septembris Gulielmus Vallas Prorex Scotiæ magnum Anglorum delet exercitum, arcibusq; expugnatis, neminem Anglici generis præter captiuos, in Scotia relinquit.

Anno 1298. Commissum est atrox prælium inter Adolphum Imp. qui tum occubuit, & inter Albertum, qui in imperio successit. Adolphus occisus est, vt habet inscriptio Mausolei Spirensis, 2. Iulii, alii habent 14. Iulii: cum imperasset an. 6. & aliquot mensibus.

Corpus occisi Adolphi Imp. in monasterio Rosendal fuit humatum vsq; ad tempora Henrici Regis de Lutzenburg, cuius præcepto, Spiram cum honore delatum in sepulchris Regum locatum est. Sunt qui scribant, omnes eos qui contra Adolphum Regem conspirauerunt, mala morte, diuina vlciscente gratia iniuriam eius, periisse. Nam Albertus ipse regni vsurpator, à fratris filio fuit occisus. Comes de Hohenlohe/& Comes de Ochsenstein similiter fuerunt occisi. Archiepiscopus Moguntinus super sellam sedens, inopinata morte sublatus est. Comes gemini pontis, in ripa Gliese dicta, fuit submersus. Conradus Episcopus Argentinensis, ante Friburgum à quodam rustico gladio interemptus. Comes de Lmingen Phreneticus & variis calamitatibus miser factus est. Cæterique pene omnes simili interitu perierunt. Hæc Tritthem. Hirsgau.

Anno 1298. Alberti I. Rudolphi Habspurgii filii Ducis Austriæ Imperium.

Anno 1298. Sextus liber Decretalium, quem Bonifacius VIII. fieri fecerat, publicatus est. In eius libri fine ita adsignatum est tempus: Data Romæ apud S. Petrum: 5. Nonas Martii, Pontificatus nostri anno 4.

Anno 1298. sub Kalendas Februarias, cum factis inter

mum. Vt regi se stitit nihil vult audire de pace, eumque ac liberos separatis credit custodiis; negans Carolo fratri vllam fuisse auctoritatem spondendi de reditu.

Anno 1300. Scoti, omnes Eduardi regis præfectos nationis Anglicæ ex omnibus vrbibus atque arcibus exigunt.

Anno 1300. Bonifacius P. M. Basilicam Petri æreis tintinnabulis exornat. Volaterr.

Anno 1300. Cassanus Tartarorum rex Christum amplexatus, Persas Ægyptiorumq; Imperatorem deuicit, Hierosolymam omnesque Syriæ vrbes ad deditionem redigit. Sed dum Christiani orbis discordiæ nullis eum inuant subsidiis, paullo post Syria excidit.

Anno 1300. Regnum Turcarum.

Ab hoc anno pleriq; incipiunt Catalogum Impp. Turcicorum, quorum primus Othomanus cum per annos decem rapinis & prædationibus ditatus esset, & bonam Bithyniæ partem, & loca Ponto Euxino adiacentia suo imperio adiecisset, hoc demum anno primi Regis Turcarum nomen meruisse dicitur. Leonclau. Volater. Drechs. & alii.

An. 1301. Philippus Pulcher cum vxore sub finem Maii magno comitatu ac pompa descendit in Flandriam, regnoque ita suo adserit, vt beneficium vltra non foret, sed pars prolati pomærii, vltimusque Comitum Flandriæ scriberetur Hugo. Gandauenses in eo excipiendo impenderunt ad 27. millia aureorum. Brugis quoq; splendide exceptus: sed quod veruisset magistratus sub pœna capitis, nequis ex multitudine nouorum vectigalium remissionem peteret à Rege; populus ad ingressum eius stetit mutus. Mulierum vero ibidem fastus in veste ingratus admodum erat reginæ: adeo vt dixisse feratur: Ego rata sum solam me esse Reginam: hic reperio sexcentas.

Anno 1301. Brugis statim à Philippi regis discessu seditio orta inter plebem, quæ ægre ferebat Senatum sumptus à se factos in aduentum regis, ex vectigalibus nuper impositis relar-

resarcire : quos autem per classes opificum multitudo fecisset, ipsa priuatim lueret. ob quem tumultum, ciuib. ablata sunt omnia priuilegia, vrbs pluribus locis nudata mœnibus, nouaque instituta vectigalia. quo factum vt mercatores peregrini oppidum illud relinquerent. exinde cæpit crescere Antuerpia decrescere Brugæ.

Anno 1301. mense Nouembri die Mercurii ante ferias D. Clementis, vacante sede Morinensi, cogitur apud Compendium synodus prouincialis per Archiepiscopum Rhemorum, quo excommunicantur magistratus Laici, prohibentes ne laici in foro ecclesiastico conuenirentur : decretumque vt vbicunque à iudice temporali caperetur clericus, ibi à diuinis cessaretur officiis.

Anno 1302. mense Martio coorta discordia inter Principes ac multitudinem Gandauti ; quod regius præfectus Iacobus Castellionensis auunculus Reginæ Galliæ, impositionem vectigalium à Rege abolitam cum vrbem eorum intraret, resuscitaret, vt inde soluerentur impensæ omnes factæ in aduentu Regis ac Reginæ.

Anno 1302. 6. Kalend. Martias Scoti ter victoriam reportant ab Anglo, victis tribus eodem die exercitibus: quod contigit, quod Angli nihil minus quam hostis toties victi, tot malis fracti aduentum exspectarent, ac solutius se quam in hostico conueniebat gererent. Hanc cladem Eduardus Angliæ Princeps ita vltus est, vti omnes Scoti in eius fidem iurarent, præter Vallam, qui in auia loca anfugit. Non contentus autem sustulisse omnes, qui res nouas moliri possent, & leges veteres deleuit, ritusque Ecclesiasticos ad Anglicam consuetudinem traduxit : Historias, fœdera, monumentaque vetusta destruenda curauit : libros omnes literarumq; doctores in Angliam transtulit. Lapidem marmoreum rudem, in quo fatum regni contineri, vulgo persuasum erat, Londinum misit. Reliquit autem Odomarum Valentinum pro rege, qui omnium nouarum rerum molimina in ortu ipso exstingueret.

Digitized by Google

Anno 1277. occisus Aquisgrani Gulielmus Iuliacensis Guidonis Comitis Flandriæ gener, factione Ducis Brabantiæ.

Anno 1278. Chronicon Martini Poloni Episcopi Consentini desinit hoc anno, qui est primus Nicolai III. Papæ. Appendix ab alio addita pertingit vsq; ad an. Christi 1 ..o.

Anno 1278. Terminatur accuratissime scriptum Ch..o nicon Iacobi Meyeri de reb. Flandriæ.

Anno 1278. Rudolphus Imp. victo & occiso Ottocaro Rege Boemiæ, Austriam recuperauit, 26. Augusti (alii die Ruti, qui incidit in 27. Augusti) Cuspinianus scribit in Ottocari exercitu desiderata fuisse 14. millia hominum præter captiuos: & hac occasione Austriam ad Comites de Habspurg deuolutam esse. Aen. Syl. Boem. c. 27.

Anno 1278. obiit Mathildis, filia Florentii Comitis Hollandiæ, ea quæ vno partu filios peperit numero 365. qui omnes ab Episcopo Traiectensi Othone sacro lauacro abluti sunt, in pelui simul iacentes, ac deinde obierunt. Hoc Mathildi accidisse fertur, ideo quod mendicanti feminæ stipem petenti exprobrasset (quos misericordiæ concitandæ præ se ostentabat) geminos, perinde atq; adulteræ. Ea enim conscia pudicitiæ suæ, Oro, inquit, Deum, vt tot pariat ipsa quot sunt dies in anno Erat Mathildis vxor Comitis Hennebergensis; sepulta Losduni prope Hagam Comitis, vbi vetus tabula adhuc huius rei memoriam adseuera..

Anno 1280. Rudolphus Cæsar declarat per sententiam imperialem, Alostanos, Wasiam, Quatuor ambactos, Insulasq; Zelandicas rediisse ad fiscum, eo quod de iis Comes Flandriæ Guido non præstitisset iuramentum in tempore: qui statim Romanum appellat Pontificem, & demum defuncto Rudolpho conuenit cum Alberto Imp.

Anno 1280. orta dissensio Gandaui inter 39. viratum & Guidonem Comitem Flandriæ, qui cogere eos volebat quotannis ad rationes suæ administrationis, quod ipsi recusabant. coiit tandem concordia, numerantq; Principi 48.

librarum

libratum millia : quibus repræsentandis vectigal nouum instituitur. hoc est: alius delinquit, alius plectitur.

Anno 1280. Pistor Tigurinus à Senatu ob maleficia castigatus, sui vindicandi causſa vrbem incendit, quo igne vniuersa fere periit.

Anno 1281. Fridericus Marchio Misniæ, cuius fuit à matre admorsa gena, captus est à patre suo Alberto, & toto anno retentus in arce Ilennacensi: vnde postea diuinitus liberatus est : cum odio Alberti Tyranni custodes aliqui miseria adolescentis adfecti, fugæ consilia adiuuarent.

Anno 1281. Hamburgum maximo deuastatur incendio.

Anno 1281. Anna ex Comitum de Hohenberg familia, Rudolphi I. Imp. vxor, & Hartmannus filius Comes prouincialis Alsatiæ, dum patrem Comitia Rom. Imperii Oppenhemij celebraturum festinantius adit, in vorticibus Rheni, iuxta oppidum Rhinovve, cum omni clientela periit.

Anno 1281. Brugenses electo ciuitate Senatu Comiti suo rebellant, ideo quod nollet ad nutum ipsorū renouare priuilegia exusta in Falis; quodq; magistratum cogeret ad reddendas quotannis rationes. Motu eo compresso, sex seditionis capita securi percussit, multauitq; vrbem centum millibus aureorum Atrebatensium; proque suis sumptibus coegit insuper soluere quatuor millia aureorum. scilicet, quam magis stimulo recalcitras, tam magis vulneraris.

Anno 1282. hoc anno Siculi Gallorum præsidiariorum insolentiam, luxum fastumq; pertæsi, conspirantes decretum faciunt, vt certo die; cum primum signum ærea campana ad vespertinas preces daretur, Gallos vniuersos promiscue interficerent, nullo sexus, ætatis vel ordinis discrimine habito. Illuxit itaque vltimus & funestissimus Gallis in Sicilia dies 30. Martii, quo ad vnum omnes per totam Insulam à ciuibus cuiuscunque ordinis tanta crudelitate trucidati sunt, vt etiam grauidæ euiscerarentur, eorumque fœtus execti, ne quid Gallicæ stirpis in Si-

cilia supereſſet, ſaxis illiderentur, duarumq; horarum ſpacio octo millia Gallorum ea clade perempta ſcribantur. Inde dictæ ſunt Veſperæ Siculæ. Cliron. Gall. Aemil. lib. 7. Plerique referunt hunc euentum ad an. ſup. ſed ea ratione 30. Martii non quadrat ad feſtum Paſchatis, quo iſta accidiſſe annotatum eſt.

Anno 1282. paulo poſt Veſperas Siculas Galli ad Forum Liuium cum Guidone Appia præfecto Caroli Andegauenſi, ab erumpentibus præſidiariis cæduntur 29. Aprilis.

Anno 1282. Brugenſes iterũ tumultuati occidunt Theodericum Franciomum. ob id à Comite Guidone multantur 20. millibus aureorum: adhoc duobus millibus ad ſatisf. ctionem partium; deniq; centum millibus ad cædem Theoderici expiandam.

Anno 1283. cum de regno Siciliæ quæſtio eſſet inter Carolum Valeſiæ & Petrum Siciliæ reges, eaq; mutuo conſenſu decidenda eſſet inter ipſos ſingulari certamine, Burdigala dilecta eſt, in qua certo die tanta quæſtio, ſpectante omni populo finiretur. Sed cum vndiq; mortales ad tantum ſpectaculum conueniſſent, & Carolus Burdigalæ die conſtituto, ad ſeram vſq; noctem in armis ſtetiſſet, Petrus nuſquam comparuit. & ita re infecta diſceſſum, maxima Petri infamia. etiamſi Hiſpani ſtripſerint, Petrum ſimulato habitu Burdigalam veniſſe, & poſt diſceſſum Caroli, à Ioanne Greslio Seneſchallo Burdigallenſi præſentiæ ſuæ auctoritatem conſignatam poſtulaſſe.

Anno 1283. Petrus Arragoniæ rex Siciliam occupat, coronamque regni accipit, quamuis Martinus IV. ſacris eum interdiceret, bonorum eius præda diripientibus impune conceſſa.

Anno 1284. Innouata Gandaui diſſenſio inter Comitem & 39. gubernatores quod Comes ſe regimini ciuitatis immiſceret: quare appellatum ab eis ad curiam Pariſienſem; quæ pronuntiauit, male appellatum, multamque ipſos incurriſſe. Ibi Comes honore eos priuare omnibuſq; ſpoliare bonis contendit: ſed interceſſit Curia, profeſſa

eam

eam multam fuiſſe duntaxat ciuilem ad ſummam 40. millium librarum Turonenſium, toti ciuitatis corpori irrogandam. exinde nunquam Principi conuenit cum 39. viris; ſed quoſcunque deprehendere potuit, alios Ruplemundam alios in Zelandiam captiuos abripuit: donec anno 1401. per Philippum Regem Gandauenſium politia mutata eſt.

Anno 1284. cum Rogerius Orianus Calaber præfectus claſſis Petri regis Arragoniæ 45. triremibus Neapolitanos vexaret, ſagittis etiam in ipſam vrbem eiaculatis; impatiens hoſtilis audaciæ Carolus Claudus dux Salernitanus Caroli regis filius, vrbi cuſtos relictus à patre in Vaſconiam abeunte, inſtructis triremibus 36. obuiam hoſti contendit: vbi ipſe cum nouem triremibus captiuatur; è quibus nobiles 200. & amplius Galli & Neapolitani capitis ſupplicio Meſſinæ Conradini manibus, iuſſu Caroli regis crudeliter interfecti, parentarunt.

Anno 1284. nata diſcordia de Comitatu Aloſtenſi; eamque propter Ioannes Comes Hanouiæ copias adunat contra Guidonem Comitem Flandriæ patruum ſuum; inuaſitque; ipſum circa Duacum, ſine interuentu pacificatorum.

Anno 1285. 7. Ianuarii obiit Carolus Andegauenſis Siciliæ rex, ille qui Cunradinum legitimum regem vna cum Friderico Auſtriaco publico ſupplicio affecerat. alii habent 7. Februarii.

Anno 1285. fratres Iacobitæ & Minoritæ intermiſcentes ſe Paſtorum officiis ſimultatem excitarunt in Flandria. audiebant enim confeſſiones Laicorum abſque conſenſu Paſtorum. hinc multæ inuectiuæ vtrinq; ſcriptæ, magno totius ordinis eccleſiaſtici dedecore.

Anno 1287. iudicatum eſt in curia Pariſienſi per arreſtum contra Petrum Archiepiſcopum Rhemenſem, ſacri ordinis homines ac ſacerdotes in negotiis ſuis temporatiis non eſſe liberos à tributis ac collationibus Principum.

Anno 1288. Albertus dux Auſtriæ Rudolphi Imp. filius,

imperii æmulus coniurat cum Germanis aliquot proceribus in Adolphum Cæsarem, ideo quod corruptus Gallici regis auro fidem fefelliſſet, factaq; eſt pugna non procul ab Alzeheim in agro Wormacienſi, vbi Adolphus vincitur & perit ſexto Nonas Iulii.

Anno 1288. quinto die Iunii feriis D. Bonifacii contigit pugna Voroncana inter Ducem Brabantiæ & Comitem Geldriæ, qui ibidem capitur. cauſa erat comitatus Limburganus, quem victor Brabantus exinde retinuit.

Anno 1288. Henricus Probus erexit Collegium ſacræ Crucis Vratislauiæ, adeoq; in religionem procliuis fuit, vt offerret dono Vratislauiam Epiſcopo, quam metuens inuidiam Principum non recepit.

Anno 1288. mare Friſiam, Hollandiam, Zelandiam & Flandriæ partem prodigioſe inundat.

Anno 1289. Rudolphus Imp. multis comitatus Principibus Erfurdiam ingreditur, iudiciumq; conſtituit in tumultuantes ciues; conuictos gladio tollit.

Anno 1290. Habita ſunt Comitia Erfordiæ à Rudolpho Imperat. Is auxilio iſtius vrbis deuaſtauit 60. arces Thuringiæ, quarum rudera hodie conſpiciuntur. Fab. Vide Siffrid.

Anno 1290. Tyrus, Sidon, Tripolis, Berytus à Sultano Ægypti rege incenſæ & complanatæ. Ptolemais fuga diſperſis Chriſtianis, ſine vi capta atq; dirnta, fundamentis quoq; effoſſis. Chriſtiani qui vrbem reliquerant, Cretam fugientes, perierunt naufragio.

Anno 1290. Brunſuiga tribus incendiis deuaſtata.

Anno 1291. Ptolemaidem, quam vnam in Syria vrbem noſtri reliquam habebant, dum de eius principatu Principes Chriſtiani inter ſe digladiantur, occupatur à Meleſare regis Ægyptiorum filio occiſis multis noſtrorum millibus. eoq; modo tota iterum expellimur Syria, parta labore annorum 200.

Anno 1292. 8. Idus Ianuarii creatus eſt Imperator Adolphus Comes Naſſouius: occiditurque in prælio 6. Nonas Iulij 1298.

Anno

Anno 1292. Otho Dux Luneburgenſis improuiſus irrupit oppidum Hanoueranum, eiectiſq; ciuibus ingens inde emunxit argentum.

Anno 1292. menſe Nouembri declaratus Scotiæ rex Ioannes Baliolus poſt interregnum annorum ſex, ac menſes nouem, profeſſus ſe in clientela regis Anglorum, eorumq; ditioni ſubditum: quæ res Angliam vehementer concuſſit, Scotorumq; pene nomen deleuit. nam paulo poſt, negãte nobilitate, ea deditione regis vel regem, vel regnum, quæ à Principe ſolo facta eſſet, non conuocatis Ordinibus, bellum oritur ab Anglis, qui fouent Robertum Bruſſium excitantq; in Baliolum. qui poſt aliquot ſuorum clades, anno regni quarto Anglo ſe dedit captiuum: ſed intercedente Pontifice Max. liberatur, dato obſide filio. Sed mox rurſus ruit in Anglum duce Gulielmo Valla.

Anno 1293. Henricus V. Vratislauienſis, ab Aulico quodam ſuo, de cuius patre pater eius propter cædem iniuſtam, quamuis inuitus, ſumpſerat ſupplicium, è balneo tantum non nudus abductus eſt ad Contadum Glogouienſem die 9. Octob. à quo incluſus caueæ ferreæ, in qua nec ſtare, nec ſedere, nec iacere exporrectus poſſet. ea duo habebat tantum orificia, alterum pro cibo admittendo, alterum pro egerendis excrementis. in ea patruelem ſuum per ſemeſtre & amplius cruciauit: ita vt illuuie totus vermibus & vlceribus ſcateret. liberatus demum, repræſentatis 30. millibus aureorum, traditiſq; ducatus Vratislauienſis caſtris potiſſimis.

Anno 1293. moritur in monaſterio quod viuente marito Boleslao pudico ingreſſa fuerat vxor eius Cunegundis: quæ à morte ſua octoginta mortuos reſuſcitaſſe dicitur.

Anno 1294. duæ Philomelæ ſexto Idus Februarii in maximo gelu cantarunt in templo Harlebecano. Annales Flandriæ.

Anno 1295. Guido Comes Flandriæ comiter euocatus cum vxore Corbolium à Rege Galliæ, inde cum coniuge

abducitur Lutetiam captiuus, tãquam perduellionis reus, quod ignaro rege filiam ſuam deſpondiſſet Eduardi regis Anglorum filio atque heredi. nec liberatur, niſi ſiſtente ſe ibidem in cuſtodia Philippa filia, hinc crudele vtrinque bellum annorum octo.

Anno 1295. Baſileæ domus ſexcentæ & homines 40. incendio abſumuntur.

Anno 1295. die 8. Auguſti obiit Otho vicecomes, Archiepiſcopus Mediolanenſis, ætatis 87. qui ſuorum auxiliis ſuperata factione Turrianorum, principatus Mediolanenſis fundamẽta iecit: ita vt deuolutus ad Matthæum Magnum, fratris Theobaldi filium, penes eiuſdem poſteros hereditaria ſucceſſione, ad Philippum vſq; vltimum per annos 153. permaneret. Iouius.

Anno 1296. Sequana Pariſiis adeo intumuit, vt vibs nõ adiretur abſq; nauigiis. Duo lapidei pontes, molæ, ædificiaq; eis ſuperſtructa, caſtellettum parui pontis, omnia hæc hauſta ſunt diluuio. pręſagium habebatur ſequentium in regno malorum.

Anno 1296. Rudolphus I. Elector Palatinus Cancellario ſuo Otthoni Wandorffen linguam exſcindendam oculosq; eruendos curat 25. Martii.

Anno 1296. die Mercurii poſt epiphaniam Guido Comes Flãdriæ indicit per fæciales bellum Philippo regi Franciæ, ob retẽtam Philippam filiam: fretus fœdere facto cum Imperatore, Duce Brabantiæ, Comite Barrenſi, Duce Auſtriæ, & Rege Angliæ: ignarus interim quanta ſit principum circa talia fœdera inconſtantia.

Anno 1296. exulant Miſnia Fridericus & Dicemannus fratres. Siffrid.

Anno 1297. Philippus Pulcher rex Galliæ deſcendit in Flandriam cum ſexaginta armatorum millibus, in quibus erant Comites 32. præter Duces Burgundum, Britannum, Lotharingum, alioſq;; à quibus pleræq; vrbes occupantur partim deditione partim vi; Flandria tota ſcilicet diuiſa in duas factiones, hac ſtante pro Comite, illa pro Rege, quæ voca-

vocabatur Liliata. Anglus quidem venit auxilio, sed parua cum manu, operiens Adulphum Cæsarem cui magnam vim auri suppeditarat militi conscribendo. at is vt Coloniæ restitit, alio auro Philippi regis delinitus. itaque Comes coactus venire ad inducias.

Anno 1297. Idibus Septembris Gulielmus Vallas Prorex Scotiæ magnum Anglorum delet exercitum, arcibusq; expugnatis, neminem Anglici generis præter captiuos, in Scotia relinquit.

Anno 1298. Commissum est atrox prælium inter Adolphum Imp. qui tum occubuit, & inter Albertum, qui in imperio successit. Adolphus occisus est, vt habet inscriptio Mausolei Spirensis, 2. Iulii, alii habent 14. Iulii: cum imperasset an. 6. & aliquot mensibus.

Corpus occisi Adolphi Imp. in monasterio Rosendal fuit humatum vsq; ad tempora Henrici Regis de Lutzenburg, cuius præcepto, Spiram cum honore delatum in sepulchris Regum locatum est. Sunt qui scribant, omnes eos qui contra Adolphum Regem conspirauerunt, mala morte, diuina vlciscente gratia iniuriam eius, periisse. Nam Albertus ipse regni vsurpator, à fratris filio fuit occisus. Comes de Hohenlohe/& Comes de Ochsenstein similiter fuerunt occisi. Archiepiscopus Moguntinus super sellam sedens, inopinata morte sublatus est. Comes gemini pontis, in ripa Glieſe dicta, fuit submersus. Conradus Episcopus Argentinensis, ante Friburgum à quodam rustico gladio interemptus. Comes de Linngen Phreneticus & variis calamitatibus miser factus est. Cæterique pene omnes simili interitu perierunt. Hæc Tritthem. Hirsgau.

Anno 1298. Alberti I. Rudolphi Habspurgii filii Ducis Austriæ Imperium.

Anno 1298. Sextus liber Decretalium, quem Bonifacius VIII. fieri fecerat, publicatus est. In eius libri fine ita adsignatum est tempus: Data Romæ apud S. Petrum: 5. Nonas Martii, Pontificatus nostri anno 4.

Anno 1298. sub Kalendas Februarias, cum factis inter

regem Galliæ & Comitem Flandriæ induciis, Angli circiter quaterna millia equitum, ac peditum millia circiter viginti Gandauo exituri erant in patriam, indignati abire sine præda, quatuor locis vrbem incendunt, vt ciue occupato restinguendæ flammæ, ipsi eorum fortunas diriperent. Verum ciues omisso incendio, irruere in Anglos, vixque Guidonis Comitis sui interuentu cessatum à cædibus.

Anno 1298. 11. Kalend. Augusti ceciderunt Scotorum supra decem millia ad Varium sacellum haud procul Sterlino, contra Eduardum Angliæ regem.

Anno 1298. Horrendus terræ motus, cuius meminit Siffridus, hoc anno in diuersis ciuitatibus multas turres & domus subuertit: quarum ruina, multi homines vtriusque sexus obruti & perempti sunt. Papa dum altari, diuina celebraturus, astaret, subito terra horribili motu & stridore concutitur, parietes basilicæ quatiuntur, lapides collisi ad inuicem dissecantur. Papa ex huiusmodi strepitu terribili defecit viribus, & licet vallatus esset turba Cardinalium & militum, inter manus ministrorum corruit, vixque eductus de Ecclesia, fugam cum cæteris iniit. Hoc anno visus quoque Cometes.

De eodem sic Platina in vita Bonifacii VIII. Et ne existimares tum Deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repente terræmotus exortus est, quantus nunquam antea: quo quidem multis diebus per interualla plurima durante, ædificia passim corruere. Reate Pontifex tum erat cum tota Curia, qui certe veritus, ne ruina ædificiorum opprimeretur, casulam quandam ex tabulatis subtilibus in medio Clausto Fratrum Prædicatorum, prato admodum lato, ædificari iussit: eoque in loco aliquandiu resedit, licet horrida sæuiret hyems. In celebritate namque Sancti Andreæ hæc perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque Cometes, magnæ alicuius futuræ calamitatis indicium.

Anno 1299. Cunradus Baro Lichtenbergicus Episcopus Argentinus, dum Egoni sororis filio adest in obsidione

Fribur-

Digitized by Google

Friburgenſi, obequitans forte vrbem, à lanio inde excurrente traiectus haſta, 24. Iulii, hoc eſt triduo poſt, obiit.

Anno 1300. Bonifacius VIII. PP. primus inſtituit celebrationem Iubilæi, quo plenam delictorum omnium indulgentiam & remiſſionem præſtabat viſitantibus Romæ limina Apoſtolorum Petri & Pauli, & eandem indulgentiam ſtatuit in poſterum omni anno centeſimo. Ob hanc rem eo anno tanta vndique hominum multitudo Romam confluxit, vt vix incedere per vrbem amplam & vaſtam liceret. Platin. Cranz. Saxon. lib. 8. cap. 36.

Appendix Martini Poloni annotat, Bonifacium VIII. hoc anno ſcripſiſſe, ſe eſſe Dominum in temporalibus & ſpiritualibus in vniuerſo mundo.

Anno 1300. Tres Archiepiſcopi, Moguntinus, Treuiren. & Colonien. Alberto Imp. rebellant. Siffrid.

Anno 1300. Vladislaus Locticus regno Poloniæ exuitur, & in eius locum Wencelaus Rex Boemiæ, coronatur Rex Poloniæ.

An. 1300. Pixis illa nautica, quæ magnetis indicio Septẽtrionem ſemper oſtendit adſcribitur à Blondo Melphitanis, tanquam eam adornaſſent edocti à ciue quodam Ioanne Goia, anno Chriſti 1300. At alii traductam volunt in Italiam per Paullum Venetum, qui circa annum 1260. apud Chinas artem pixidis didicerit, plura de huius inuentione videantur apud Gul. Gilbertum libro I. de Magnete.

Anno 1300. Gandauenſes, quod Guido Comes ſine eorum cæterarumque ciuitatum conſilio bellum indixiſſet Gallo, eum deſerunt; & occulto fœdere tranſeunt in ius ac poteſtatem Galliçam, legibus ſuis priuilegiiſque ſaluis.

Anno 1300. principio Maii Guido Comes Flandriæ, deſertus à fœderatis, & tantum non proditus à bona parte ſuorum, conuenit Rodenburgi cum Valeſio & Sabaudio, vt cum eis proficiſcatur, adſumptis duobus filiis Lutetiæ ad regem; hac conditione niſi ante circumactum annum pacem impetraret, reſtitueret eos Valeſius incolumes do-

mum. Vt regi se stitit nihil vult audire de pace, eumque ac liberos separatis credit custodiis; negans Carolo fratri vllam fuisse auctoritatem spondendi de reditu.

Anno 1300. Scoti, omnes Eduardi regis præfectos nationis Anglicæ ex omnibus vrbibus atque arcibus exigunt.

Anno 1300. Bonifacius P. M. Basilicam Petri æreis tintinnabulis exornat. Volaterr.

Anno 1300. Cassanus Tartarorum rex Christum amplexatus, Persas Ægyptiorumq; Imperatorem deuicit, Hierosolymam omnesque Syriæ vrbes ad deditionem redigit. Sed dum Christiani orbis discordiæ nullis eum iuuant subsidiis, paullo post Syria excidit.

Anno 1300. Regnum Turcarum.

Ab hoc anno pleriq; incipiunt Catalogum Impp. Turcicorum, quorum primus Othomanus cum per annos decem rapinis & prædationibus ditatus esset, & bonam Bithyniæ partem, & loca Ponto Euxino adiacentia suo imperio adiecisset, hoc demum anno primi Regis Turcarum nomen meruisse dicitur. Leonclau. Volater. Drechs. & alii.

An. 1301. Philippus Pulcher cum vxore sub finem Maii magno comitatu ac pompa descendit in Flandriam, regnoque ita suo adserit, vt beneficium vltra non foret, sed pars prolati pomærii, vltimusque Comitum Flandriæ scriberetur Hugo. Gandauenses in eo excipiendo impenderunt ad 27. millia aureorum. Brugis quoq; splendide exceptus: sed quod veruisset magistratus sub pœna capitis, nequis ex multitudine nouorum vectigalium remissionem peteret à Rege; populus ad ingressum eius stetit mutus. Mulierum vero ibidem fastus in veste ingratus admodum erat reginæ: adeo vt dixisse feratur: Ego rata sum solam me esse Reginam: hic reperio sexcentas.

Anno 1301. Brugis statim à Philippi regis discessu seditio orta inter plebem, quæ ægre ferebat Senatum sumptus à se factos in aduentum regis, ex vectigalibus nuper impostis relar-

reſarcire : quos autem per claſſes opificum multitudo feciſſet, ipſa priuatim lueret. ob quem tumultum, ciuib. ablata ſunt omnia priuilegia, vrbs pluribus locis nudata mœnibus, nouaque inſtituta vectigalia. quo factum vt mercatores peregrini oppidum illud relinquerent. exinde cæpit creſcere Antuerpia decreſcere Brugæ.

Anno 1301. menſe Nouembri die Mercurii ante ferias D. Clementis, vacante ſede Morinenſi, cogitur apud Compendium ſynodus prouincialis per Archiepiſcopum Rhemorum, quo excommunicantur magiſtratus Laici, prohibentes ne laici in foro eccleſiaſtico conuenirentur : decretumque vt vbicunque à iudice temporali caperetur clericus, ibi à diuinis ceſſaretur officiis.

Anno 1302. menſe Martio coorta diſcordia inter Principes ac multitudinem Gandaui ; quod regius præfectus Iacobus Caſtellionenſis auunculus Reginæ Galliæ, impoſitionem vectigalium à Rege abolitam cum vrbem eorum intraret, reſuſcitaret, vt inde ſoluerentur impenſæ omnes factæ in aduentu Regis ac Reginæ.

Anno 1302. 6. Kalend. Martias Scoti ter victoriam reportant ab Anglo, victis tribus eodem die exercitibus: quod contigit, quod Angli nihil minus quam hoſtis toties victi, tot malis fracti aduentum exſpectarent, ac ſolutius ſe quam in hoſtico conueniebat gererent. Hanc cladem Eduardus Angliæ Princeps ita vltus eſt, vti omnes Scoti in eius fidem iurarent, præter Vallam, qui in auia loca anfugit. Non contentus autem ſuſtuliſſe omnes, qui res nouas moliri poſſent, & leges veteres deleuit, rituſque Eccleſiaſticos ad Anglicam conſuetudinem traduxit : Hiſtorias, fœdera, monumentaque vetuſta deſtruenda curauit : libros omnes literatumq; doctores in Angliam transtulit. Lapidem marmoreum rudem, in quo fatum regni contineri, vulgo perſuaſum erat, Londinum miſit. Reliquit autem Odomarum Valentinum pro rege, qui omnium nouarum rerum molimina in ortu ipſo exſtingueret.

Anno 1302. die 25. Maii Brugenſes occidunt equitum Gallorum mille quingentos, peditum duo millia; quod Iacobus Caſtellionenſis præfectus eorum pridie cum decuplo maiore comitatu vrbem intraſſet quam venturum ſe pollicitus fuiſſet: veriti ne in ſeditioſos ſeuerius animaduerteret. facta autem fuit hæc ſedes ab mille aliquot exulibus qui vrbe antea ceſſerant, ſed clam priore nocte à ciuibus aliis ſibi metuentibus reuocati fuerant. hinc rebellio & bellum, oggerente ſe Gulielmo Iuliacenſi Guidonis ex filia nepote; cui ſe adiungit Kalend. Iuniis Guido Namurcæus Comitis captiui filius. fit vndique Gallorum Liliatorumq; ex oppidis fuga.

Anno 1302. die vndecimo Iunii in pugna Curtracenſi occiſa à Flandris ſena Equitum millia, quatuordecim peditum Gallorum vna cum Duce ſuo Roberto Atrebate. nullo vnquam tempore vno prælio tantam amiſit Gallia nobilitatem. profuit Flandris ſtratagema. qua ad eos hoſtium patebat aditus foſſas altas patentes viridi ceſpite obduxerant. in eas agminatim delatus eques Gallus. fertur in tanta equorum multitudine, vix vnum alterumue inuentum, qui toto ante pugnam triduo hinnierit. Poſt hanc cladem tota Gallia aut eiecit aut occidit Gallos Liliatoſque.

Anno 1302. ſub finem Auguſti Philippus Pulcher deſcendit in Flandriam ipſemet cum exercitu octoginta millium, in quibus equitum millia viginti: ei in finibus ſuis obuiam progreſſi ſunt Flandri, non paſſi regem tranſire tertam Atrebatenſium: qui ſæpe laceſſitus ad pugnam nunquam ſe loco mouit, Curtracenſi adhuc clade ante oculos: tum quod ſperabat multitudinem eam, maxima parte plebeiam, vel tædio vel inopia dilapſuram. Verum vt totas ſex hebdomadas perſtant clanculum de nocte cum exercitu receſſit in ſua, iam deſtitutus pabulo aliiſque nulla prorſus re geſta.

Anno 1301. ſub Kalendas Iulias venit circa Curtracum Philippi

Philippi Pulchri exercitus quinquaginta hominum millium, duce Roberto Atrebate consanguineo regis; nec fœminis nec infantibus parcitum est. iis non inuentis, à templorum despoliatione, Diuorum imagines gladiis decollatæ. Regina fertur dedisse in mandatis, vt apros hastis, sues verutis confoderent, his fœminas illis viros intelligens.

Anno 1303. filii Guidonis captiui, gerente cum ipsis maximum bellum. Philippo Pulcro rege Galliæ, ausi sunt insuper bellum inferre Guilielmo Hannonio pro Zelandia hereditate paterna, quam ipse detinebat.

Anno 1303. Flandri obsident Turnacum, ad quam liberandam venit quidem Philippus Pulcher Peronam vsque: sed veritus acie confligere, submisso Amedæo Sabaudo conuenit vt Guido Comes octogenarius, fide data rediret ad suos in Flandriam, consilium capturus de solida pace; factæque induciæ ab Kalend. Octobribus ad vsque principium Maii.

Anno 1303. Conradus Stinauiensis Princeps Glogouiensis, renunciatus est Archiepiscopus Saltzburgensis. Is vbi Viennam peruenit, & defecisset sua ceruisia Stinauiensis, neque similem ibidem inueniret: sciscitatus de Saltzburgia, vt intellexit ibi vina bibi Italica, neque esse ceruisiæ vsum; palam præ se tulit malle Episcopatum deserere quam ceruisiam patriam. atque ita statim remigrauit ad dolia paterna. *Cureus.*

Anno 1303. Bonifacius VIII. PP. moritur 11. Octobris Mart. Polon. Siffrid. Tritth. De eo sic Platina: Philippus Rex Franciæ, *inquit*, Sarram Columnensem mittit, qui Anagniam clam noctu ingressus, Pontificem nil tale metuentem, in domo paterna dormientẽ, capit refractis valuis, captumq; Romam sub custodia perducit, vbi mœrore animi confectus, 35. die post periit, Pontificatus sui anno 8. mens. 9. d. 17. Hoc modo mortuus est Bonifacius ille, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, nationibus, populis terrorem potius, quam religionẽ iniicere conabatur:

quique dare Regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur, aurum vndique conquisitum, plus quam dici potest, sitiens. Discant itaque huius exemplo Principes omnes, tam religiosi quam seculares, præesse clero & populis, non superbe & contumelioſe, vt hic de quo loquimur, sed sancte & modeste, vt Christus rex noster, eiusque discipuli ac veri imitatores, & malint à populis amari quam timeri, vnde tyrannorum pernicies oriri merito solet. *Hæc Platina.*

Anno 1304. mense Martio Guido Namurcæus filius Guidonis Comitis Flandriæ captiui obtinet victoriam naualem contra Hannonios & Hollandos, frustraque aliquamdiu obsessa Zirixea post diem festum Pascha Mosam amnem traiicit, omnem Borealem Hollandiam cum oppidis, municipiis, pagis, in suam redigit potestatem, excepto solo Harlemo; acceptoſque obsides ex Leyda ex Delfis lociſque aliis, Gandauum misit: vsus fideli cum primis opera Ioannis Rinessi exulis eiusdem ditionis.

An. 1304. Philippus Pulcher sub Kalendas Iulias quintam sumit in Flandros expeditionem, collecto exercitu non ex suis modo regnis duobus sed & ab exteris mercede conductis, etiam classe Genuensi, cui præerat Reinerus Auria, cum quo dum temere congreditur, præter fratrum sententiam, Guido, vincitur & capitur die 11. Augusti. Rex acie cum aliis terra congredi non ausus, fraudulento de pace colloquio fere eos circumuenit, exutos omnibus sarcinis ac commeatu. verum dolo animaduerso tam vehementer ei incubuere vt familiaribus eius omnibus obtritis, ipsum de equo eiicerēt, vixq; alteri impositus fuga euaserit; rapiente Flandro cōmeatu cænaq; regia 15. Kal. Sept.

An. 1305. Gulielmus Vallas, Scotiæ alter Arminius contra Henricum Angliæ regem, à Ioanne Menthedo familiari suo, per Anglos pecunia corrupto, in agro Glascuensi captus, & Londinum missus, Eduardi regis Henrici filii iussu, fœde laniatus interiit; membra ad aliorum terrorem in locis celebrioribus Angliæ & Scotiæ suspensa.

Anno

An. 1305. Clemens 5. eligitur Rom. Pōtifex 5. Iunii. Hic eſt auctor Clemētinarū. Die 15. Julii coronatus eſt Lugduni. Eius coronationi interfuit Philippus Rex Frāciæ, Carolus frater eius Ioannes Dux Britanniæ, & quicquid nobilitatis Gallia tunc habebat. Dum vero pompa eius celebritatis ex more per vrbem duceretur, pinna muri preſſura populi incubantis impulſa corruit, cuius caſu Dux Britanniæ, multique ignotiores oppreſſi interiere. Carolus Regis frater debilitatus, & Pontifex ipſe adeo in turbam præceps deturbatus eſt, vt mitra ex capite excuſſa Iaſpidem precioſiſſimum amiſerit. Hic Clemens 5. quod Vaſco eſſet, Sedem Romanam tranſtulit Auenionem in Gallias, quam tenuit ipſe & eius ſucceſſores ann. 71. vſque ad tempora Grægorii 11. qui Sedem Romanam ex Galliis Romam reduxit. Panuin.

Anno 1305. Ioannes Cuminius & Robertus Bruſchius paciſcuntur inter ſe, vt hic rex fiat Scotiæ, ille à rege ſecundus: ſed literas pacti prodente Cuminio, à Bruſchio interficitur pugione ad 4. Idus Febr. eodemque die Lindeſius trucidat Rob. Cuminium propinquum eius.

Anno 1306. Fridericus Genæ admorſæ Landgrauius Thuringiæ implorat aduerſus patrem Albertum auxilium Henrici Mirabilis Ducis Brunſuicenſis, ſororii ſui.

Anno 1306. menſe Aprili Robertus Bruſſius coronatur rex Scotiæ. ſed victus ad 13. Cal. Aug. ab præfecto Eduardi regis Angliæ, inſurgunt in eum Cuminii profligantque. exinde à ſuis deſtitutus, duobus ſolū apud ipſum manentibus Leuinio & Haio; in dies & horas commutantem latibula, tranſmittit in Æbudas ad amicum veterem. cum nuſpiam compareret, periſſe creditus, quæri deſiit. Verum vt Anglus mortuum ratus, magis auare ac crudeliter imperat quā antea, Bruſſiuſque cum copiolis redit in Meruiam, augetur quotidie acceſſione magna, vtique poſt mortem Eduardi. Victo enim exercitu Cuminii, qui ſpem victoriæ in morbo Bruſſii collocarat, omnia habuit proſpera: adeo vt anno 1310. auſus ſit bis ingredi Angliam, vt clades acceptas hoſti

rependeret. Sequenti biennio præsidia munitiora, quæ in Anglorũ potestate remanserant prope omnia recepit. Tertio anno cũ suis 30. millibus profligat Anglorum 100. millia. Coniurationem deinde suorum sine tumultu vindicat. Iu summa, perfecit, vt anno 1328. Anglus omni iure, quod ipse maiore sue eius in regnum Scotorum sibi arrogauerãt, cederet, Robertiq; filius Dauid, Ioannam Henrici sororem duceret. Decessit 7. Idus Iulias 1329. regni 24.

An. 1307. Lipsiæ in templo Paulino ex insidiis cõfossus est Titzmannus Marchio Misnię, in ipsa nocte natalis Christi. Siffrid.

Anno 1307. Hoc tempore vixit Haithonus, qui Tatarorum historiã scripsit. Hic finitur Chronicon Siffridi Presbyteri Misnensis.

Anno 1307. Gandaui adolescentes ac puellæ numero circiter quingenti dum ludunt ac choreas ducunt in quadam calcatione nouæ areæ, lateritio quodã pariete ædium ruente, oppressi sunt ruina 50. læsi 100.

Anno 1307. Mense Nouembri Grislerus Vraniorum præfectus Altorfi in foro pileum suum prælongę hastæ impositum, eique honorem haberi vult ipsi Principi debitum. Id dum despicit Gulielmus Tellius, collocato ad scopum filio natu minimo, supraque eius caput pomo imposito, cogitur pomum sagitta deiicere. quod facit. Cum autem in expedito alteram haberet sagittam, rogaretur que à præfecto cur eam adsumpsisset, vt refert, quia te traicerem si filium læsissem, abducitur ad carceres perpetuos. Sed in itinere excussis compedibus dilapsus inclamat plebem, quæ deinde iugum Nobilitatis excutit exactis præfectis suis.

Anno 1308. Albertus Imp. filius Rudolphi Imp. interficitur à fratris filio Ioanne, Calend. Maij (Eber. 24. Apr.) anno imperii 10. Anno sequenti 29. Augusti, Spiræ.

Anno 1308. Henrici 7. Lutzelburgensis Imperium. Hic electus

electus est Francofurti die Catharinæ 25. Nouembr. & 6 Ianuarii anno seq. Aquisgrani coronatus. Antonin.

Anno 1309. 15. Augusti Hospitalarii D. Ioannis Rhodum insulam Turcis auferunt: vnde postea Rhodiorum Equitum nomine appellati.

Anno 1309. Equus D. Georgii collocatus ante altare D. Virginis Constantinopoli, bis media nocte edidit hinnitus. Gregoras.

An. 1310. Casanus Tartarorum Rex, adiutus Armeniorum Georgianorum auxiliis, ingenti strage fundit in Syria Sultanum Ægypti.

Anno 1310. Henricus Comes de VVoldenbarge eligitur in 33. Episcopum Hildesheimensem, qui ædificauit arces Sturwald & Hundesruck.

Anno 1310. Sub medium Maium Lutetiæ 54. Templarii sub nomine hereseos ac Zodomiæ viui exuruntur.

Anno 1311. Concilium Viennense celebratur per biennium, in quo editæ sunt Clementinæ, & Ordo Templariorum, qui annis ferme 184. steterat, à Clemente condemnatus fuit. Item, facta est constitutio, vt festum Corporis Christi celebretur feria quinta post Octauam Pentecostes, concessis indulgentiis iis, qui officiis huius festi interfuerint. Vide in Clementinis de reliquiis & venerat. Sanctorum.

Anno 1311. Clemens V. P. M. Viennæ in Gallia Narbonensi concilium celebrat quo Templariorum nomen exstinguitur.

Anno 1311. In obsidione Brixii ictu sagittæ perimitur Valeramus Henrici Imp. frater. in cuius rei vindictam dum miles vrbis præfectum alioſque quatuor captiuos equis alligatos discerpunt: oppidani vicissim quinquaginta Cæsareanos captiuos super muros strangularunt.

Anno 1311. Fuit illa frigida Nox Natalis Dominici: sic dicta in Chronicis quod in ea præter morem sæuiisset hiems.

An[illegible]2. Tam execrabilis exorta fuit fames in Bohemia

ac Polonia, vt ſuſpendioſorum cadauera deuorarentur à viuis.

Anno 1312. *Templariorum ordo ſublatus à Clemente* 5.

Clemens *22.* Martii in priuato Conſiſtorio annihilauit Ordinem Templariorum, quorum bona & reditus hoſpitalariis D. Ioannis, qui tunc vocabantur equites Rhodii, eamque Inſulam paulo ante occupauerant, attribuit. Vno itaque die per vniuerſum orbem hic Ordo deletus & extirpatus eſt. Tritthemius addit, Templarios, petente Philippo Rege Franciæ, extinctos eſſe, eoſque fuiſſe valde diuites, quorum poſſeſſiones vt Philippus ſibi acquireret, eum crimen hæreſeos ipſis impoſuiſſe.

Anno 1313. die 10. Nouembr. Ludouicus Bauariæ Dux, Bauaros quoſdam agnatos Principes apud quos erat & frater eius Rudolphus, prælio ſuperat, in confinio vtriuſque Vindeliciæ, apud Gammelſdorfium.

Anno 1313. Conſtantiæ in domo Iudæi exoritur incendium. quod dum non reſtinguit ob Sabbathum ſuum, maxima pars vrbis deflagrauit.

Anno 1313. Philippi Pulchri exercitus deſcendit in Flandriam, veluti iam tandem eam in perpetuum domiturus. ſed cum hoſtem ad ſe excipiendum vbique videbat paratum, pactis annuis induciis copiæ omnes poſt ſex ſeptimanas nulla re geſta redierunt.

Anno 1313. Maximilianus fœdus ferit cum Heluetiis, qui 30000. ſuorum ducunt aduerſus Gallum in Burgundiam. Obſidetur Diuio. Præſes Tremolius paciſcitur datis obſidibus cum aduerſario.

Anno 1314. Hoc anno, quod mirum eſt, vacarunt, Imperium, Sedes Romana, & Regnum Galliæ. Nam anno ſuperiore Henrico 7. mortuo erat interregnum ann. 1. vſque ad Octobrem huius anni. Deinde hoc anno obiit Clemens 5. 20. Apr. & vacauit ſedes amplius bienn. 2. Poſtremo

ſtremo hoc anno 29. Nouembr. obiit Philippus Rex Franciæ.

An. 1314. Ludouici 5. Bauari Imperiũ. Electus eſt die Lucę 18. Octob. & eodem die contra hunc creatus Imperator à quibuſdam Fridericus Pulcher Auſtriacus. Onuph. & Albert. Argentin.

Anno 1314. 15. Octobris vrbs & monaſteriũ Sangallenſe cum templis & campanis omnibus incendio abſumitur, relictis vix ſex domibus.

Anno 1314. 3. Calend. Decembr. Philippus Rex Galliæ cognomento Pulcher, in ſilua Vaſtinienſi dum in perſecutione Apri equus eius tam grauiter à beſtia feritur, vt in pedes anteriores cadens effunderetur, hærente in ſtapeda altero pede, per longum trahitur laceraturque.

Anno 1315. Vrii, Suitii & Subſilvani die S. Nicolai fœdus inter ſe ſcripto ſanciunt poſt prælium Morgartenſe, vbi victus Leopoldus Auſtrius.

Anno 1315. Ludouicus Hutinus adſumpto Hollandiæ Comite Gulielmo, mouet bellum Flandris terra marique cum innumerabili Gallorum, vt & Hannoniorum, Hollandorum, Zelandorumque multitudine: ſed parum promouet cæli intemperie tanquam diuinitus è Flandria fugatus, omnibus fere impedimentis ſarciniſque amiſſis; aut crematis 13. die Septembr. quo ipſo indignatus omnes nominis Flandrici tota Gallia expulit.

Anno 1315. Pluuiæ fuere per totam æſtatem; & ſecutæ ſunt fames ac peſtilentia, quibus tertiam partem viuentium abſumptam volunt.

Anno 1315. Statim poſt Paſcha Engerranus Mariniacus Philippi Pulchri intimus ſuſpenditur à morte ipſius ad Montemfalconis, quod olim inter rixandum de pecunia interuerſa, auſus fuiſſet olim dicere Carolo Valeſio, ipſum mentiri, ſed obiiciebatur ei peculatus, quodq; impediiſſet ſucceſſum Belli Flandrici. Valeſium diuturno & immedicabili morbo pœnas Engerrano dediſſe, volunt ſcriptores.

Anno 1315. & proximè ſequentibus, ea fuit in Polonia & Sileſia fames, vt veniretur ad carnes humanas: imo parentes cadauera liberorum, liberi parentum, lacerarent vorarentque præ inedia.

An. 1317. Die decollationis Ioannis Baptiſtæ 29. *Auguſti* Gerardus Magnus Holſatiæ Comes acerrima pugna vincit *Adolphum* Comitem Schoumburgium.

Anno 1317. *Adolphus* Comes Schoumburgenſis captus ab Holſatis 29. *Auguſt.*

Anno 1319. VVoldemaro Marchione Brandeburgenſe defuncto, Ludouicus Imperator Marchiam Ludouico filio ſuo donat.

Anno 1320. Die 5. Maij & 2. Iunii finis impoſitus bello Flandrico interuentu nuptiarum Margarethæ à Francia filia Regis Philippi Longi, cum Ludouico Roberti Comitis Flandriæ nepote. de qua re conſulatur Meyerus; qui hanc gemmam vere fuiſſe Flandris Margaritam aſſeuerat, non tam deſtinatione Gallorum, qui eo modo Flandriam ſuam facere arbitrabantur, ſed diſpoſitione diuina.

Anno 1320. Ciues Vratislauienſes Hannouiam & Goltpergam à Boleslao Lignicenſe Principe prodigo & iniuſto hypothecæ nomine accepere pro magna pecuniæ ſumma.

Anno 1320. Lutetiæ Henricus Caperellus *Ambianus*, iudex capitalium Criminum ob falſam ſententiam in furca ſtrangulatur.

Anno 1321. Cremati Leproſi, quod conducti à Iudæis in fontes & puteos venena iniecíſſent. Iudæi autem 40. Victoriaci capti, ne manibus interirent Chriſtianis, ſeipſos ad vnum interfecerunt.

Anno 1321. Nicolaus Lyranus natus Iudæus, & poſtea factus Monachus Franciſcanus, Biblia ſacra ſcholiis illuſtrare cœpit. Lyran.

Anno 1323. Atroci prælio commiſſo Fridericus Pulcher à Ludouico Imp. victus & captus eſt die Michaelis, anno

50. poſt

50. post, quã auus amborũ Rudolphus Habspurgius electus est in regem Romanorum eodem die. Alber. Argentin.

Anno 1324. Ribbenisse monasterium ab Henrico Megapolitano principe extructum est.

Anno 1324. 29. Septembris collatis signis conflixerunt in Bauaria, Ludouicus Bauariæ, & Fridericus Austriacorũ Duces per discordiam Electorum Cæsares designati, cędes ingẽs vtrinque facta. Ludouicus victoriã obtinuit. Fridericũ in acie cœpit Eberhardus à Maspach, Eques Francus, qui eum Burgrauio Noribergensi exhibuit.

An. 1324. Guilelmus Occam, natione Anglus, Ordinis Minorũ & Ioann. Scoti discipulus, Scriptor acutissimus, excõmunicatur, quod quędã aduersus Papam scripsisset. Hic ad Ludouicum Imperatorem, æque tum excommunicatum fugiens dixisse fertur: O Imperator, tu me gladio defende à Papæ iniuriis: & ego te verbis ac scriptis defendam. *Acerrime* impugnauit dicta ac scripta Magistri sui Scoti. Tritth.

Anno 1324. Hoc anno à Marsilio Patauino, scriptus est liber ad Ludouic. Jmp. hoc titulo: Defensor pacis: vbi hoc defendit, quod Papa sit sub Imperatore.

An. 1324. Tantum frigus fuit in maritima Saxonia, vt à Lubeco Prussiã proficiscens super gelu glaciẽq; iter faceret.

Anno 1325. Tigurum, Constãtia & Lindouia fœdus inter se faciũt, quibus se adiungunt 1327. Basilea, Berna, Sangallum, Vberlinga, Friburgum, Argentoratum, & Eberardus Kyburgus.

Anno 1326. Prusa Bithyniæ metropolis ad radices Septentrionales Olympi *Asiatici* sita, auspiciis Othomani I. Turcarum regis occupata à filio Orchane, viuo adhuc patre, atq; ita prima Othomanorum sedes facta vsque ad captam Hadrianopolim. Leonclau.

Anno 1326. Sæuiente Vladislaii Loctici milite per Marchiam, accidit vt irrumperent in monasterium Virginum. ibi cum quisque suam sibi raperet: quædam sic raptorem suum ante stuprum allocuta est: Quoniam

re videtur tempus Romanum, cujus potissimum est, videlicet ab Urbe condita, & Consulum nominibus annos designare. Quod tamen ubi ex re desiderabitur, ibi principium ejus rei, numeri annorumque ratio, quibus ab Urbe condita annis ea res facta fuit, quibus Consulibus, ut ita per ipsa tam Sacra Divinitus inspirata, quam Profana Historiæ monumenta, &c.

Anno 3951. Mundus creatus. Hic Tertullianus, quem supra Tertium cum Eusebio, citat, constituit ex 1290. annis Anno Hegiræ 661. ineunte, & Anno Christi 1260. Ita hoc tempus adumbrat, sed confirmari nisi Deo Optimo Maximo non potest, ut ipse vult.

Anno 4036. in septimum annum ab Olympiade, quam ante diximus, Ludi Pythici.

Anno 4038. Romulus & Daniel Indiges. Ab hoc Romulo exercere ille incipiet, & Pythia Sibylarum.

Anno 4038. & 4. Ab Olympiade Sextæ per Decades. Ante Incarnationem, annos circiter 1000. Tunc Homerus, Hesiodus, Lycurgus, Solon, Thales, Pythagoras, Numa, Sibylla Erythræa, Cumana, Persica, Libyssa, Phrygia, Hellespontia, Europa, Tiburtina, Delphica, Samia, Phyllis, Amalthea, Agrippa, Albunea, Sibylla Tiburtina, Sibylla Cumana, Sibylla Sardiana, Sibylla Hellespontia, Sibylla Phrygia, Sibylla Europa, Sibylla Persica, Sibylla Libyssa, Sibylla Delphica, Sibylla Samia, Sibylla Cumana, Sibylla Agrippa, Sibylla Albunea, Sibylla Tiburtina, Sibylla Amalthea, Sibylla Phyllis, Sibylla Hellespont

fragiis ad Episcopã Hildesheimẽsem vocati, 14. annis super illa Helena bellum gerunt, ad mortem scilicet Erici.

Anno 1331. Vladislaus Locticus magno prælio profligat Crucigeros. postridie, vt Rex hostium stragem perlustrat, ecce tibi Equitẽ Polonum supinum vola vtraq; cõprimentem ventrem, ne abdomine discisso intestina ipsi effluerẽt. Rex motus eo spectaculo, comitibus, proculdubio, inquit, maximos experitur miser ille cruciatus. is attollens oculos: Imo optime rex, infit, grauius adhuc vexatur, qui in eodem pago cogitur tolerare importunũ vicinum, sicut mihi accidit. Indelectatus rex lepido dicto, hominẽ medicis suis cõmendauit, ac mox vicino amoto integro eo pago donauit.

Anno 1331. Tigurum excõmunicatur à Pontifice Max. ob fidẽ Cæsari seruatã, perq; annos octodecim mansit sine clero ac sacerdotio; exceptis Franciscanis, qui per vnã portam egressi per alteram iterum intrarunt.

An. 1332. ad 8. Cal. Septemb. regnum iniit Eduardus Baliolus: qui cũ nõ tã sibi quã Anglo regnum pararet, omniaque ex eius præscripto faceret, imperium in duas diuiditur factiones, vna stãte pro impubere Dauide; qui demum anno 1342. die 30. Martii è Gallia in Scotiã rediit; atq; interuẽtu Pont. Max. transegit cum Anglo, promissis ei quingentis millib. marcarum monetæ Anglicæ; cuius pars repręsentaretur, reliquum per pẽsiones solueretur. obsides dati nobilissimi adolescentes, qui pene omnes in Anglia peste interierunt. Proximo quinquennio discordiis ciuilib. pacandis incubuit. Montanos cum domare non posset, per homines callidos discordias augendas curauit, donec ferocioribus mutua cæde consumptis, ceteri tractabiles redderentur. Obiit vitæ 47. regni prope 39. 1370. 7. Maii.

Anno 1333. Dixmuda in Flandria tota arsit, consumpto etiam templo Curiali 3. Cal. Octobris.

An. 1333. Richardus Rende Consiliarius Ludouici Comitis Flandriæ interfecit Balduinum Verisaldis primatię feminę filiũ: pro cuius cędis expiatione fundauit Sacellaniã in Zouwenkerke prope Brugas, septẽ missarũ in hebdomada.

An.1333. Brugenſes, quod Ioannes Comes Namurcēſis emporiū inſtituerat Sluſæ, vi oppidū illud expugnant, Comitēq; captiuant, qui inde euadit per latrinā, reſpondentē ædib. Ioannis à Spina, qui foramine facto ipſum exceperat.

Anno 1333. Venetus Senatuſconſulto prohibet donationes fieri Eccleſiæ rerum immobilium in perpetuum: ſed vt donata poſt certum tempus venderentur, eorumq; pecunia cederet Eccleſiaſticis.

An. 1333. ad Idus Apriles obſidetur ab Anglo Beruicum. poſt tertium menſem Alexāder Setonius oppidi prefectus paciſcitur de deditione, ni ante 3. Cal. Aug. auxilia à ſuis mitterentur. datus in id obſes filiorum natu maximus; nam alter in quadam eruptione ab Anglis iam ante captus erat. Audito pacto Duglaſſius, eo feſtinat, pridieq; Magdalenæ ab hoſtib. pariter amiciſq; eſt conſpectus. Anglus aleā Martis veritus, etſi dies conuentus nondum aduenisſet, oppidi poſſeſſionē vrget; niſi dederet ſe animaduerſurum in vtrūq; filium: crucemq; erigi iubet. patrem fluctuātem, vxor eius, ademq; iuuenum mater, oratione ſua firmat, vt maluerit videri liberos ſtrangulatos, quam famæ vllam admittere maculam. macte Setoni! macte coniux eius! factum iſtud veſtrum nulla ſæcula ſilebunt.

An. 1333. tanta fuit niuium copia, vt arbores eius grauedine diſcerperentur.

Anno 1334. circa initium anni Franconates Flandri Nobilium arces caſtella ædeſq; villaticas munitiores diripiunt incenduntq;; veriti ne ex eis per occaſionem in ipſos fieret impetus; cum liberius multa in optimates dicerent facerentque, à quibus aliis ſuper alias exactionibus vexabantur. Cum inſolentiam illam puniret Ludouicus Princeps, inſurgunt in ipſum Brugenſes; quos vt longius a Curtraci portis remoueret incendit ſuburbium: cuius ignis cum vento inualeſcente ciuitatem ipſam depaſceret, ciues nobilitatem eius occidunt, ipſum carceri mancipant 11. Calend. Iulias poſteroque die Brugenſes admittunt qui in vrbem ſuam Ludouicum abducunt, & per 24. ſeptimanas detinent captiuum. magnum exemplum pri-

iatibus, vt prudenti moderatione ſuos tractent.

Anno 1334. Philippus Rex Galliæ pro expeditione vltramarina, etiam a Sacerdotio Flandrenſi magnam extorſit ecuniam: quæ tamen expeditio vana prorſus euaſit.

Anno 1334. Idibus Iulii Brugenſes reiiciunt legationem egis Galliæ, Comitemque negant dimittendum priuſquam totam Flandriam redegerint in ſuas partes. itaque eigunt ſibi ducem Robertum patruum Principis, mouentque in Gandauenſes. hinc tumultus, & bellum & cædes innita; ſtante a Gandauenſibus Ioanne Namurcenſi; totamque Flandriam excommunicantibus Epiſcopis.

Anno 1334. in feriis D. Clementis menſe Nouembri, entus fulgur ac tonitrua facta ſunt, quanta poſt hominum nemoriam nemo vidit vel audiuit. ea tempeſtate mare trãs mnes ſe aggeres eiecit ruptiſque omnibus obſtaculis, nultos pagos cum hominibus ſimul & pecuariis, in Flanria, Zelandia, Hollandia & Friſia miſerando ſpectaculo unditus abſorpſit.

Anno 1335. Eques vnus Roteuilæ bellum indicit.

Anno 1335. tantę magnitudinis piſces, ſeu cete fuerint, ubecum appulerant è mari, vt nonnulli eorum 20. aliqui 18. quidam etiam 24. pedum longitudine viſerentur. dq; habitum loco prodigii.

Anno 1335. exorto bello inter Gallum & Anglum, orta tatim ſeditio in Flandria, quam ſibi obnoxiam valde habebat Anglus ob lanam, qua carere non poterant. itaque Iacobo Arteuelda ductore miras dant turbas. fit conflictus Brugis 1337. medio in foro, vbi Ludouicus Comes, veritus ladem, profugit in Galliam.

Anno 1336. Maſtinus Scaliger Veronæ & Brixiæ Princeps bellum gerit cum Principibus Italiæ.

Anno 1336. Bergenſes ſubnixi auctoritate Brugenſium er præfectum ſuum Iacobum Peitium immanem exercent tyrannidem. quos enim prehendiſſet ſtatim occidebat, prætexens magis fauere nobilitati quam multitudini. morituro cuiq; carnificem perquirebat ſanguine iunctum. Sic frater fratrem, cognatus cognatum, ſocer gene-

rum coactus interficere, aut ceruicem ipse tendere percussori. optabat vnicum tantum esse sacerdotem, eumque in aere suspensum.

Anno 1336.7. Iunii exorta seditione Tiguri, totus exauctoratur Senatus, nouo subrogato; propterea quod nonnulli equestris ordinis, & ciues potētiores, mutua sibi inuicem adfinitate coniuncti, Senatoriaq; auctoritate confisi, ex suo arbitrio pleraque statuerent. Munster.

Anno 1337. bellum oritur decennale inter Philippum Valesium Francorum, & Ædoardum Angliæ reges.

Circa annum 1337. seditio fuit Hamburgi; eo quod Ecclesiastici in omnia adulteria censuram agere vellent atque animaduertere. Iis tandem composita interuentu Episcopi Bremensis. Bonnus.

Anno 1337. Pestilentia Norimbergæ multa hominum millia absumit.

An. 1337. Inchoatum est insigne illud ædificium templi Ulmensis in Sueuia, absolutū intra annos centū vndecim. Constititq; nongentis amplis aureorum millibus, præter gratuitas stipes à pluribus ciuibus extraneisq; vltro oblatas.

An. 1338. Franciscus Petrarcha Romæ in Capitolio corona poetica donatur ob eloquentiam. Plati. Vide Naucl.

An. 1338. Ludouicus Flandriæ Comes nullis priuilegiis, nullis indulgētiis Flandros auertere potest ab inclinatione in Anglum. Dixmudæ conuentum cum indixisset, ecce Brugenses 17. Feb. vocati à ciuibus qui eum captiuarēt: factumque fuisset, nisi nudus de nocte profugisset in Galliā.

An. 1338. Philippus Rex Galliæ dum Ludouicum Comitē Flandriæ armata manu reducere tentat in ditiones suas, 10. Cal. Septemb. fere occiditur, subito superuento coniuratorum, in agro Bergano, exercitu suo fugiente. vix protectus fuit à Roberto Flandrens. post tamen viribus suis turbones terret atq; infinita pecuniarum vi mulctat. Sicque resedit motus sex annorum & amplius.

An. 1339. Edimburgi arx arte capitur à Gulielmo Duglassio. Valterus Curtius mercator in æstuario Tai habeba:

nauem

nauem commeatu onuſtam. Anglum ſe ſimulat duoſq; vini optimi vtres aliaq; nonnulla munuſcula ad prę fectum arcis adfert, oratq; vt ibi reliquas merces diſtrahere liceret: ſi qua re ei prę ſidiove opus eſſet, commoneret, ſe libenter gratificaturum. Præfectus aliquot dolia vini, vaſaq; nautici panis petere: aditum cum vellet pollicitus. ille, quod bene vertat, metu Scotorum, qui ſępe incurſiones in loca vicina facerẽt, ſummo mane ſe aduenturum oſtendit. Ea nocte Duglaſſius duodecimq; comites, homines lectiſsimi, nautico veſtitu ſuper arma iniecto, commeatum in arcem portant. ſuos in proximo locat, expectaturos ſignum. Intromiſsi ianitorẽ iugulant, cornu inflant. quo ſono & qui in inſidiis erant, & cuſtodes arcis admonentur, alteri ab amicis, alteri ab inimicis arcem teneri.

Anno 1340. pridie natalis D. Ioannis Baptiſtæ facta pugna naualis inter Gallum & Anglum inter Sluſam & Blancobergam, vbi interiere Gallorum 30. millia.

An. 1340. Frigus tantum fuit in bruma, vt militantibus Crucigeris in Liuonia, ex frigore nares digitiq; perierint.

An. 1341. Norimbergæ quadringenta ędificia incendio abſumuntur.

Anno 1341. Nicephorus Gregoras hiſtoriam ſuam claudit, qui & hoc tempore vixit.

An. 1341. die 7. Septembris conflagrauit Vratislauia pene tota: quæ calamitas ei fuit lucroſa. exinde enim orta eſt noua ædificationis forma, ædeſq; eleganti ordine omnes pene ex lapide extructæ.

Anno 1342. deceſſit Boleslaus Princeps Brigenſis ac Lignicenſis. cœperat ægrotare in feriis Paſchalibus, cum poſt faſtidia ieiunii quadrageſimalis, in vna mẽſa tredecim pullos edidiſſet gallinaceos, & varia potuum genera ad nauſeam vſque infudiſſet. *Annales Sileſiæ Curæi.*

An. 1343. Vectigal ſalis in Francia primum inſtitutũ eſt.

An. 1343. Philippus rex Galliæ Oliuerium Cliſſonem, Godefredum Maletractum, Ioan. Talcarum alioſq; primarios ſatrapas Britanniæ ad 12. per ſpeciem equeſtris decur-

sionis Luteciam excitos securi percussit, tanquam qui occultum iniissent fœdus cum Anglis

Anno 1345.17.Iulii die Dominico,Iacobus Arteuelda ç-dibus expugnatis occiditur à Gandauensibus, quod eis vi persuadere voluisset,vt agnoscerent Eduardum regem supremum Flandriæ caput, fidemq; ei præstaret Ludouicus Comes:si recusaret,tum Flandri eo deserto atq; exheredato,agnoscerent Eduardum Vualliæ Principem.

An.*1346*.Caroli IV.Imperium. Estq; hic annus a morte Caroli Magni 532.

An.1346.Clemens VI. die Cœnæ Domini Ludouicum Imp.execratur,eumq;hæreticum ac schismaticum pronunciat,ac Electores hortatur,vt alium Imp.creent. Principes itaq; 2.Iulii in villa Rens Diœcesis Treuirensis elegerunt Carolum Ioannis Boemiæ Regis filium, cuius electionem tamen non omnes approbarunt.

An.*1346*.Eduardus III.Angliæ rex iusto extructus exercituin Galliã traiicit,ac Philippum Valesium Regẽ Francorũ animosa suorum iuuentute stipatum prope pagum Creciacum in Picardia magno prælio superat die 26. Aug. occupatisq; eius tractus aliquot oppidis, Caletum quoq; post annuã fere obsidionẽ Francis eripit die 3. Augusti. quod ex eo tempore Angli circiter ducentos ac decẽ continuos possederunt annos;quo expugnatum a Guisio rediit ad suos. Belli huius causa erat, ꝙ Eduardus natus esset ex Isabella Frãcica,quorum tres fratres Gallię reges ordine suo omnes sine mascula prole obiissent: ideoq; heres ésset proximus lege naturæ.cui Gallus opponebat lègem Salicam, quam Eduardus, ab inquietis turbulentisq; hominibus persuasus, pro commento habebat.

An.1346.27.Augusti, interfectus est in bello Gallico contra Anglos Ioannes rex Bohemiæ;qui etsi vtrumq; amiserat oculum,& admodum foret senex, adduxerat auxilia Regi Galliæ Philippo adfini, aduersus Eduardum Anglum. Dies ille Bohemię nefastus est,quia&eodem petiit rex eius Ottocarus. Cum audiret fortunã suæ partis inclinare,du-

ctorem

ctorem ſuum interpellauit, vt ſe eo dirigeret, vbi confertiſſimi hoſtes pugnarent, ibiq; fortiter prælias cecidit. In hoc conflictu periit flos nobilitatis Gallicæ. Iuſſu Regis Angliæ, teſte Froſſardo, cenſa ſunt capita Gallorum, qui ſuccubuerant in prælio: inuēti 11. Principes: 80. Barones: 1200. equites, & plus minus triginta millia peditum.

An. 1346. Simon Pollitus Compendianus Lutetiæ manus pedeſq; truncatus ad patibulum vnco trahitur illique ſuffigitur, quod palam dixiſſet, potiore iure contendere de iure ſucceſſionis Eduardum regem Angliæ, quam Philippum regem Galliæ.

An. 1346. obſidet Caletum Eduardus Rex Angliæ, ſtatimq; omnem inopē atq; imbellem turbam, quæ tolerandæ obſidioni non eſſet idonea, & exhauriret interim commeatum, oppido eiectam, libens tranſmiſit, recreatos antea largo prandio.

An. 1346. Dauid Rex Scotiæ, vt auertat Anglum ab obſidione Caleti mouet bellum Philippinæ Reginæ Angliæ; quæ ei occurrit ad nouum caſtrum, obteritque is militum millia. regem vero deducit in captiuitatem decennalem, pridie Calend. Octobr. male hæc Boetius reiicit ad annum 48. nam Caletum anno 47. menſe Auguſto capta fuit.

An. 1347 Flandri Principem ſuū Ludouicum tantū non mera vi cogunt vt ſponſalia celebret cū Eduardi Regis Angliæ filia, ſub Calend. Martias Bergis winoci. ſed 5. Calend. Aprilis ſpecie aucupii falſis cuſtodibus proripit ſe in Galliam.

Anno 1347. 20. die Iunii Margaretha Flandrenſis auxilio Anglorum vincit Carolum Bleſenſem, ad rupem Arianā in Britannia. is enim pridie victor à centum equitibus ſine vllis agens vigiliis primo mane opprimitur. miles Gallus ad internecionem cæſus ipſe plenus vulnerum cum liberis captiuus abductus in Angliam.

An. 1347. menſe Auguſti Philippus, Rex Galliæ mouet cum ducentis pugnatorum millibus in Anglum terra

mariq; obsidentem Caletum iam extrema fame pressum, sed omnibus tentatis, absq; vlla pugna, vlla pace, vllis inducijs domum redit. Anglus Caletum recipere negat nisi seu præcipui producerentur ad supplicium: taleſq; reperti vltronei, qui laqueos collo, claues oppidi dextra gestantes procedunt: sed intercedēt Philippa regina grauida, dimittuntur.

An. 1347. Pestilentia multo maxima grassatur integro triennio per orbem terrarum. Florentiæ 60. Lubecæ 90. Parisiis 40. hominum millia absumpta.

An. 1347. mense Decembri fœneratores, dicti Lombardi Galliis expelluntur. bona eorum fisco pauperi tunc & exhausto illata.

An. 1348. Imbertus Delphinus, Imperii Romani beneficiarius, vt hæredib. suis, qui cum illi male conueniebat, egre faceret vendit principatum suum Philippo regi Galliæ pro 40000. millib. coronatorum & 10000. florenorum annuorum, fitq; monachus Lugduni in conuētu Prędicatorū.

Anno 1348. die 7. Nouembr. ingressus est Uratislauiam Carolus IV. Imp Episcopus autem eius loci collegiumque, Cæsari non vltra portas Cæmiterii sui templi obuiam prodierunt, ob causam.

Anno 1348. die vltima Decembris cæduntur Galli circa Caletum, ab Aimerico Papiensi arcis præfecto, qui finxerat eam vendere velle 2000. scutatorum. ea enim vt receperat, inuadit emptorem sociosq;. is erat Godofredus Charniacus præfectus regius apud Odomarones, qui constituerat vrbem reddere Regi suo strenæ loco.

Anno 1349. Marchia Brandeburgensis tradita est Ludouico Romano a fratre Ludouico. Iust.

Est annus a Roma condita 2100.

Anno 1349. profecta est è Germania in Belgium secta fratrum Crucigerorum flagellantium, qui bis se palam de die, semel de nocte clam nudos ad sanguinem vsq; cædebant. iis cum se iungeret perditissimus quisque, fugitiui, seditiosi, adulteri, fures, homicidæ, decoctores, Pontificis principumq; opera opprimuntur.

Anno

Anno 1349. Carolus IV. Joanni & Alberto Henetorum Principibus noua dignitate ornatis, tribuit locum inter Duces Imperii. Hinc itaq; Principes Megaloburgenſes ...es appellati ſunt, cum antea Vandalorum Domini dicntur.

Anno 1349. Joanna Regina Nauarræ obiit, mater Reæ Blancæ, in palatio ſuo Conflantio, inter ꝙ & Chantonium, auditur echo miraculoſiſſima: decies enim verberat autes vocibus repetitis, & tanta quidem violentia, vt æquet ſonitum bombardarum.

Anno 1349. & proximè ſequenti fuit horribilis illa ferè toto orbe Europæo peſtilentia, deſcripta diſertiſſimè à Joanne Bocatio.

An. 1349. in Vangionibus magnus Iudæorum numerus comburitur, tanquam fontes aquarum infeciſſet veneno, indeq; exorta eſſet peſtilentia. quare eam ob rem vbiq; ferè terrarum ſæuitum in eos, præterquam Auenione, vbi à Papa protegebantur.

An. 1350. Hoc anno Clemens VI. Iubilæum, quem Bonifacius VIII. anno 100. celebrari iuſſerat, tranſtulit in annum quinquageſimum, quod diceret ætatẽ hominum Iubilæum centum annorum rarò attingere. Itaq; hic fuit Iubilęus ſecundus, ex ordinatione Pontificia Romæ celebratus, ad quem multi vndiq; pro remiſſione peccatorum omniũ impetranda concurrerunt, & ꝙ remiſſione peccatorum mortem corporis reportarunt. Tritth. Platin.

An. 1350. Hoc anno finitur decimus Cyclus Magnus ab orbe condito. Nam decies 532. ſunt 1532. Et ꝙ mireris, in hunc ipſum annum cadit Olympias 532. Climacterica.

An. 1350. Ioannes rex Aquitaniæ nobilitati ſuo reſcripto conceſſit, ne pro quocunq; crimine etiam læſę Maieſtatis, niſi in perſonã Principis, bona damnatorũ fiſco addicãtur.

An. 1350. In Hollandia exoritur duplex illa factio Houkiorum ac Cabeliauorum. *Houc* hamus eſt: *cabeliau* piſcis aſellus. diſſidente Gulielmo Comite cum matre ſua Margareta vidua Imp. Ludouici de poſſeſſione Hollandię.

hi filio, illi matri adhærebant, regionis illius tantum non exitio.

Anno 1351. Aimericus Papiensis dum eruptionem fa die Mercurii post festum Pentecostes, cæsis suis capit ductusq; ad Fanum Omari, ac in quatuor partes sectus Charniacum carè luit venditionem perfidam.

Anno 1351. die 4. Iulii pugna naualis facta inter matr. & filium in amne Mosa. qui Hollandiam Zelandiamq cum Hannonia viua matre vindicare volebat. mater victa in Angliam fugit: conuenitq; vt Hannoniam sibi solum retineret.

Anno 1352. mense Septembri Albertus Austrius Tigurum obsidet exercitu militum 22000. sed pace facta recedit: quam cum non seruaret, fit prælium ad Tetuilam, quo Tigurini exiguis copiis maximas fundunt.

Anno 1353. Tornaci festo D. Michaelis ortum in Cutia D. Brixii incendium domos ter mille ducentas absumpsit cum damno incredibili. tres tantum homines periere, vir vnus, vetula & infans.

Anno 1353. in Silesia, cum menses verni ad medium vsque Maii, laudabili constitutione segetes, & res natas è terra optimè produxisset; Sabbatho qui præcessit Penteconstes diem, ecce, cadit nix alta duos cubitos; quæ cum ad sextum vsque diem incubuisset agris, omnesque famem ominarentur & sterilitatem, niue eliquata, ita grato humore terra rigata est, vt vberrimam tulerit messem.

Anno 1354. Lambertus Vppenbrokius Abbas Dunensis obiit, qui primus indulsit monachis, vt vinum biberent, pintam scilicet quotidie. Successit Gualterus Strickius Capriacensis, qui dictam portionem duplicauit: hinc celebris istorum illo loco memoria.

Anno 1354. Basilea minor Calendis Maiis incendio conflagrat desideratis hominibus 30.

An. 1355. Carolus IV. Romę coronatus, die Paschatis 5. April.

Digitized by Google

April. Trithh. Paralip. Vrsp. Vetus Chronicon manuscriptum addit, hunc fuisse annum ætat. Caroli IV. 40.

Anno 1355. Ludouicus Magni Senioris Ducis Brunsuicensis filius, nuptias celebrat cum Mathilde Gulielmi Ducis Luneburgensis filia, atq; ita socero suo successit in ditione Luneburgensi.

Anno 1356. Aurea Bulla continens leges & ordinationes Imperii Romani à Carolo IV. edita 10. Januarii: Noribergæ in comitiis, anno primo coronationis Caroli in vrbe Roma: regnorum verò eius 10. Estq; annus à Monarchia Iulii Cæs. 1402.

Anno 1356. 5. Aprilis Carolus Rex Nauarræ aliiq; multi nobiles Rhotomagi è mensa Delphini Joannis Galliæ regis filii, carceribus mancipantur, propter conspirationem aduersus regem. Joannes verò Haricuriæ Comes aliique tres statim capite pœnas luunt.

An. 1356. Dum Joannes Galliæ Rex colligit pecuniam qua resistat Anglo euastante Vasconiam, Atrebates ad 18. primorum suorum occidunt, caussati iniqua collatione diuites leuari, pauperes premi. motus hi compescitur supplicio centum plebeiorum.

Anno 1356. Ludouicus Vngariæ Rex Venetis bellum mouet, quadraginta millibus equitum in Italiam ductis, Taruisiumq; obsidet.

An. 1356. oritur bellum Brabantinum inter Wenceslaum Ducem eius, & Comitem Flandriæ repetentē Mechliniæ partem, & decem annua millia nummum Florentinorum, dotem vxoris suæ. Ludouicus Flander totam ferè occupat Brabantiam, adsumitq; titulum Ducis Brabantiæ: Sed Wenceslaus dotalem Brabantiam genero suo transcribit Carolo Imp.

An. 1356. 13. Calend. Octobr. pugnata est pugna Pictauica, in qua millia Gallorum circiter septem occisa. capti nobiles ad 17000. inter quos fuit Ioannes Rex filiusq; eius Philippus, aliique Principes. Anglus quisque sortitus est binos Gallos captiuos. horum enim duntaxat erant

octo, illorum 50. amplius millia. Cardinalis Petrocorien-sis laborabat Pontificis Maximi nomine de pacificatione; offerebatq; Anglus præter millia quinquaginta liliatorum omnium restitutionum quæ per totam occupabant Gal-liam, si modo dimitterentur incolumes. At Gallus vole-bat vt Eduardus Valliæ Princeps cum suis omnibus se de-deret captiuum ipsorum voluntati, sine vlla prorsus con-ditione. ductus igitur Anglus desperatione, de supplice vi-ctor euasit, imò rex.

Anno 1356 Gulielmus Marchio Juliacensis in Ducum ordinem euehitur.

Anno 1357. Sancta nocte Natalis Dominici, diluuio in Flandria Quatuor officia submerguntur, non sine grandi hominum pecudumq; strage.

Anno 1357. magna exorta est ataxia ac seditio per Gal-lias, educto è custodia Carolo Rege Nauarræ. secessit enim à nobilitate plebs omniaq; plena erant cædium, ra-pinarum, stuprorum &c.

Anno 1357. 12. Aprilis die Mercurii in feriis Paschali-bus ex Burdegala soluit Princeps Valliæ, regemq; Galliæ perduxit in Angliam, vbi Philippus eius filius inuenit no-men Audacis. Vt enim simul sunt in prandio Gallus atque Anglus, nobilisq; minister de ferculis appositis prius ce-deret Anglo, Philippus puer colaphum ei impegit: Ap-pones ne inquit priore loco, Regi Angliæ, vbi simul ac-cumbit Rex Galliæ? præsciscor se vlciscì parabat, nisi pro-hibuisset Eduardus Rex, subiecto, næ tu es Philippus Au-dax!

Anno 1358. mense Aprili feriis D. Georgii martyris incidit in Phrenesin Gulielmus Bauarus Comes Hanno-niæ & Hollandiæ, quæ eum vexauit per annos triginta, vs-que dum moreretur. imputabatur irreuerentiæ eius erga parentem Margaretham.

Anno 1359. sub Calend. Nouembr. Eduardus rex An-gliæ cum 4. filiis vniuersisq; regni sui viribus applicuit Ca-letum, ac per Belgas Rhemos vsque peruenit, quibus oc-

cupatis

cupatis post sex hebdomadarum obsessionem per Catalaunos, Niuernenses, Tricasses, Meldosq; peruasit ad Lutetiam, quam obsedit per dies 40. nullo vspiam obuio qui populationes atque incendia eius prohiberet. Burgundia abstinuit, placatus pecunia. Dehinc in Carnutibus exorta imbrium grandinisq; horrida tempestate; adeo incommodauit ipsa Anglos, vt visum sit cœlum pugnare pro adflicta Gallia.

Anno 1360. Turcarum ingressus primus in Thraciam.

Amurates Turcarum Rex III. primus omnium ex ea gente exercitu per Hellespontum traiecto, Sestον & Callipolim, iuxtaque sitas Chersonesi vrbes cepit, quæ prima ei occupandæ Thraciæ auspicia fuêre, 93. annis antè, quàm Mahumetes, nepos eius, Constantinopolim expugnaret. Hunc euentum Cranzemius Turcici Chronici annotationem secutus huc refert: & Leonclauius quoque in Annalibus Turcicis scribit, Hadrianopolim ab Amurate hoc ipso anno captam, & in eandem sedem Othomanidarum translatam esse. Sed Drechslerus vrbium Philippopolis & Hadrianopolis occupationem anno 1363. assignat. Omnes verò in hoc consentiunt Historici, quod hoc tempore Amurates primus in Europam classe traiecerit.

Anno 1360. Alosti mense Martio adeo immane exortum est incendium, vt vsq; in oppidum Gandauense conuolarent cineres.

Anno 1360. coiit pax inter Anglum & Gallum. Gallus in perpetuum cedit Anglis Britannia: pendit pro redemptione treis auri milliones. obsides dat treis filios, regniq; sui potentissimum quemque.

Anno 1361. Gallus fisco iam exhausto, regnoq; depauperato, iterum admisit Judæos.

Anno 1362. Idibus Augusti horrenda ventorum tem-

peſtas, templa, turres, molas, domos, arboresq; grauiter proſternit.

Anno 1363. 6. Septembr. Joannes Philippum filium præfecit Burgundiæ, excluſo fratre Philippo, & Carolo Nauarræ Rege, ad quos magis ſpectabat, reſpectu matrum.

Anno 1361. 18. Septembr. obiit Ludouicus Comes Tirolenſis, filius Ludouici IV. Imp.

Anno 1364. Grauis motus Hypris in Flandria; adeo vt prætorem ſuum per feneſtram Curiæ præcipitem datum occiderent, aliosq; aliquot è magiſtratu. Exercitu etiã collecto auſi occurrere præfecto comitis, vincuntur, ac de mille & quingentis clam palamue ſupplicium ſumptum.

Anno 1364. tertio Calend. Octobr. Carolus Bleſenſis periit in prælio contra Joannem à Monteforti, in Britannia de cuius poſſeſſione 20. amplius annis infeſtè contenderant. exinde nemo Monteforti reſtitit. pugna ferè geſta eſt ſecuribus, ac per octo milliaria ſtrata iacebant cæſorum corpora.

Anno 1365. Magnus Junior Dux Brunſuicenſis involuit ſe bellis non neceſſariis. cui cum pater Magnus Senior propter inobedientiam minaretur ſuſpendium, argenteam ſemper catenam ad ſe iugulandam, per ludibrium præferebat. vnde dictus Catenatus. Krantzius.

Anno 1365. Bertrandus Nicolaiolus exercitu collecto ex militibus Gallis exauctoratis, vt contra Sarracenos adeſſet Petro Regi Cypri coram auxilium petentis, repente mutato conſilio duxit eum in Petrum Regem Caſtellæ, quem regno pepulit, quod vxorem Blancam Petri Ducis Borbonii filiam non modo repudiaſſet, ſed etiam interfeciſſet ob amores pellicis Pallidę.

Anno 1366. Serui dum Hadrianopolim recuperare conantur, ab Amurate Turcarum Rege magno prælio victi & cæſi ſunt. Leonclau.

Anno 1366. Petrus Rex Caſtellæ implorato auxilio ab Eduardo Principe Valliæ ad quem confugerat in Vaſconiam,

Digitized by Google

niam, victis Gallis atq; Henrico fratre notho sibi substituto, restitutus in regnum.

Anno 1366. Renatum bellum prædæq; ac latrocinia, grandi præcipuè mercatorum malo, inter Flandriam & Hannoniam, quod Joannem Angiensem Ludouici Comitis cognatum contra fidem datam, ob leuem causam capite truncasset Albertus Bauarus procurator Hannoniæ.

Anno 1367. Henricus frater nothus Petri Regis Hispaniæ auctus manu Gallorum Petrum in potestatem redactum securi percutit, regnumque occupat, cessantibus Anglis quod prioris belli stipendia pacta eis soluta non fuissent.

Anno 1367. tertio die Septembris die Veneris Magnus Catenatus capitur in prælio ad Dincler à Gerardo de Monte Episcopo Hildesheimensi: qui tanta vi pecuniæ se redemit, vt inde ædificarit Gerardus arces Goldingen & Steinbrucken: turrem quoq; in Basilica S. Mariæ Hildesiæ incrustauit auro.

Anno 1367. mense Decembri feriis Diui Nicasii per noctem tantus inhorruit Caurus (qui ventus inter Occidentem & Septentrionem Flandriæ maximè est noxius, vt non modò arces, turres, molas, arborumque robora prosterneret, sed & æstum Oceani inueheret, proxima quæq; littorum absorbentis.

Anno 1368. simulatque obsides omnes redierant ex Anglia, Galli rupta pace desciscunt ab Anglo, initium facientibus Pontacensibus cum oppidis vicinis.

Anno 1368. maximum fuit toti Galliæ negotium in extirpandis vagis militibus, qui finito superioribus annis bello, assueti viuere, rapto, ad sua redire, ac diurno opere quærere victum nolebant. eos ipsos diuersis Ducibus vix tandem profligauit Carolus V. Rex Galliæ. externi milites armis bonisq; spoliati post octo dies Francia excedere coacti. Galli omnes suspendio strangulati.

Digitized by Google

Anno 1368. Tr ecti mortua sunt pestilentia vndecim hominum millia.

Anno 1369. Jud i Bruxellis venerabile Christi corpus pugionibus transfig nt, vnde cruor copiosè effluit. quod obscelus viui adiudi ati incendio.

Anno 1369. Gua herus Episcopus Augustanus, in obsidione Mindelheim ensis oppidi, quod maioribus suis per Ducem Teccensem reptum, ad agnatorum preces recuperare conabatur; l thali telo Alberti Comitis Verdenbergensis vulneratu occubuit 4. Octobris.

An. 1369, 12. die post Pascha pacta est solenniter Margaretha Ludouici Comitis filia vnica, Philippo Duci Burgundiæ; inuitis Flandris. sed Comes dicitur permotus facto matris. Ea enim fertur exertâ mamillâ, qua Ludouicum & non alios lactauerat, minata abscindere obiiciendam canibus, (in opprobrium eius) nisi omisso Anglo filiam Gallo concederet.

Anno 1369, mense Julio Anglus, Duce Lancastrio Fduardi Regis filio, in Galliam irrumpit, cui obuiam cum Gallis Philippus Burgundus circa Monstrolium, occupatque montem Toruchanicum. Postquam ambo exercitus aliquando ibi hæsissent, discessum est absque certamine, Gallis abeuntibus de tertia noctis vigilia, grandibusq; excitatis ignibus vt tegerent discessum.

Anno 1370. Desinit Chronicon Monasterii Hirsgauiensis, authore Trithemio.

Anno 1370. Hoc tempore Joannes Wiclef, Anglus, multa scribere cœpit, contra receptas seculi sui opiniones & dogmata. Ideoque inter hæresiarchas numeratus est. Huius discipulus fuit Joannes Huss, qui Wiclefi libros & dogmata in Bohemiam intulit.

Anno 1370. Robertus II. ab auunculo Dauide iampridem Rex designatus, regnum init. Per Legatos bella ferè semper optimo successu gessit. ius diligenter æquabiliterq; dixit. latrocinia seuerè coërcebat: in factis summa constantia, in verbis fides inerat. Regnum turbulentis tempori-

porib. acceptum; domi iuſtitia & comitate ſedatis diſcordiis pacauit; & ab hoſtibus ita recuperauit, vt tres tantum arces reliquas haberent. obiit 1390. 13. Caleñ. Maii ætatis 74. regni 19.

An. 1370. Henricus Spencerus Epiſcopus Norvvicenſis, accepta ab Vrbano VI. P. M. poteſtate contra Schiſmaticos, 4. Non. Maii inſtructa claſſe, cum ingenti exercitu, inuito rege, in Belgium traiicit, vbi fuſis profligatisq; triginta hominũ millib. 7. autem interfectis, Dunkirchum, Neoportum, Burburgum, Poringum, Grauelingum, cęterasq; maritimas vrbes Hammis delet.

Anno 1370. Albertus Dux Saxoniæ à ciuibus Luneburgenſibus appellatur Dux ſuus, aduerſus Magnum Catenatum, idq; auctoritate Caroli IV. Imp.

Anno 1370. Angli menſe Septembri adiunctis ſibi Belgis aliquot ac Germanis, ex Caleto in Atrebates effunduntur. Veromanduos, Nouiomagios, Pariſiosq; percurrunt. nulli ſexui, nulli ætati, nulli ordini parcitur.

Anno 1371. Galli auxilio claſſis Hiſpanicæ & Henrico Rege ſubmiſſæ, Anglos ſuperant prælio nauali ad Rupellam.

Anno 1371. Angli Flandris irati, ob negatam Margaretham iam deſponſatam Aimundo Eduardi Regis filio, & poſtea traditam Burgundo, claſſem eorum Rupella redeuntem cum vino vt in Baia portu Britannia ſalem coemerent, expugnant, omnibus interfectis aut ſubmerſis, aut captis.

Anno 1371. Dieſſenhouen oppidum Heluetiæ igne penitus abſumitur, vnica tantum domo ſuperſtite.

Anno 1371. die Purificationis B. Mariæ ciues Luneburgenſes deſtruunt arcem Magni Catenati ſitam in Montecalcis. Is autem eodem anno, nocte vndecim mille Virginum occupat Luneburgum: ſed virtute ciuium ante diem inde eiicitur; deſideratis duobus Burgimagiſtris in prima acie ſtantibus.

Anno 1371. quarto Calendas Junii natus eſt Diuione

in Burgundia Joannes Dux Brabantiæ, filius natu maximus Philippi Audacis, ac Margarethæ Flandricæ.

Anno 1371. Wenceslaus Dux Brabantiæ Gulielmi Ducis Juliacensis ditiones hostiliter inuadit, quod negaret præstare damna mercatorum Brabantinorum passa in finibus suis. Vndecimo Calend. Septembris pugnatum inter Rhenum & Mosam. victoriam aufert sed cruentam Gulielmus. Wenceslaus capitur, sed in gratiam Caroli Imp. fratris mox dimittitur.

Annn 1372. Schafhusianæ vrbis magna pars & vnà 70. homines consumuntur igne.

Anno 1372. Collegium Bellouacense Lutetiæ à tribus fratribus Joanne, Gulielmo, Milone, Dormanis institutum est.

Anno 1372. Turlupinorum secta, aliàs dicta Sodalitas pauperum damnatur aboleturq, libris ipsorum Lutetiq in Grauia palam crematis.

An. 1372. Philippus Burgundiæ Dux proficiscitur Caroli VI. auspiciis ad bellum Aquitanicum, comitante Biturigum ac Borboniæ Duce, Bertrandoque Guesclino, statimque partim vi partim deditione Anglis eripiunt Fanum Seueri, Pictones, Subisam, Fanum Joannis Angeli, Engulemam, Taleburgum, Sanctiones, Fanum Alexanti, Fontenaum, Touaram, Niortum, Maremortuum, Rochellam, Rupem ad flumen Jonam, Nannetum, multaq; alia.

Anno 1373. Carolus IV. Marchiam ingressus venit Tangermundam, vbi habitauit aliquandiu: estq; Tangermundæ hodie sacellum, à Carolo ad similitudinem sacelli Pragensis conditum, & ab eo denominatum.

Anno 1373. Ex finibus Rheni ac Mosæ magni greges ceu amentium hominum venere in Flandriam choreas ducentes ac continenter saltantes ac canentes. quid de eis demum factum sit, non est in annalibus.

Anno 1373. Anglorum 30000. per Caletum effunduntur

duntur in Atrebates, Iſaram, Albam, Matronam, Sequanam, Jonamque flumina tranſmittunt. At Philippus Burgundio eos pone ſecutus commeatu ita prohibet vt viris equis armisque perditis Burdegalam ſe recipere cogerentur Duces eorum comitati tantum ſex millibus ſuorum, cæteris fame miſeriaq; enectis.

Anno 1373. Sabaudus perpetuo fœdere iungitur Bernatibus.

Anno 1373. Sequana tres totos menſes diluuio ſuo vexat Lutetiam.

Anno 1373. Ingens fames Burdegalam vexat.

Anno *1373.* pridie Jacobi Apoſtoli occiditur in prælio ad pagum Leuueſte Magnus Catenatus ſuper corpore hoſtis ſui Otthonis Comitis de Schoumburg.

Anno 1374. Philippus Audax Lutetiæ die 10. Januarii cum vxore Margareta coram Imp. Carolo IV. clientelare ſacramentum de comitatu Burgundiæ præſtitit.

Anno 1374. Leopoldus Auſtrius Anglorum 80000. in Heluetiam euocat: ſed vno alteroq; prælio victi, vaſtatis Alſatis & Sequanis ad ſua redeunt.

Anno 1375. Ottho Brunſuicenſis de Grubenhagen Henrici Mirabilis nepos, vendita ditione ſua abit in Italiam cum fratre Balthaſare. Ibi ducta in vxorem Joanna Regina Siciliæ ac Neapolis, nouam etiam ſibi adſciuit belli materiam.

Anno 1375. Inter Mechliniam & Bruxellam exſtructum caſtrum Viluordium.

Anno *1376.* Menſe Septembri Gregorius XI. ex Auenione ſoluens ad vrbem Romam applicuit 17. Januarii, anno *1377.* id eſt, anno 71. poſt, quam ſedes Romana ex Italia in Gallias translata fuerat per Clementem V. Hic eſt celebris ille reditus Curiæ Romanæ ex Auenione in vrbem Romam. Onuph.

Anno *1376.* Wenceslaus Francof. ab Electoribus, procurante patre Carolo IV. appellatur & coronatur Rex Roman. 12. Jun. ætat. 15. Guſpin. Syl.

Anno 1377. 8. Calend. Aprilis incendium Gandaui templum Curiale D. Petri, totamq; eam regionem absumpsit numero ædium 5000.

An. 1377. 16. Nouembr. die Lunæ post ferias D. Martini accedens Oceani æstus, adauctus ventorum tempestate pagos Flandriæ septemdecim & amplius inundauit, damno inæstimabili. Malum imputabatur præfectis aggerum, in cogendo vectigali illo marino satis strenuorum, sed quod in vsus suos verterent.

Anno 1378. 27. Martii. alii habent 29. Nouembr. Carolus IV. Imp. agit Pragæ. de quo lepidum istud narrat Crantzius. Bellum ei erat contra Philippum Ducem Austriæ. Vidit hostem numero se potiorem; itaq; dolo insuper se munit. euocat clam tres hostilium copiarum Duces, magnoq; ære promisso cum eis agit, vt Principem suum intimident, hortenturq; ad fugam. Faciunt. noctu se subducit cum suis. Tres illi viri boni promissum flagitant. Prouiderat Imp. adulterinos aureos, eis acceptis abeunt. Verùm vt nequeunt expendere, redeunt, accusant quæstorem. Cæsar toruo vultu: Apagite perfidi: adulterinum aurum adulterina flagitat opera.

Anno 1378. Stabulum publicum Lubecæ incenderunt lanii, quo igne omnes equi vrbis periere. erat iis controuersia cum magistratu suo: quæ demum composita fuit: Sed hactenus, vt Macellarii iidem 20. equos senatui perpetuo alere tenerentur.

Anno 1378. in Vigilia S. Andreæ moritur Carolus IV. Imp. Academiæ Pragensis conditor: ita addictus studiis pietatis ac doctrinæ vt publicis disputationibus à mane vsque ad vesperam ferè interesset. admonitus aliquando tempus esse prandii; præ se tulit animi cibum longè præferendum epulis corporis. itaque abirent illi pransum: se iam nunc opiparæ interesse mensæ.

Anno 1378. 7. Julii obiit Galeacius Vicecomes II. Stephani, qui Galeacii I. frater erat, filius, Mediolani princeps ab Othone Archiepiscopo septimus.

Anno

Anno 1378. Jacobus à Platea & Petrus Tertræus familiares Caroli Galliæ Regis capite truncantur atq, in quatuor partes secantur, quod ad dandum Carolo venenum operam suam Nauarræ regi locassent.

Anno 1378. Eo tempore in prouincia Burdigalensi erant adhuc homines adscripticii & glebæ addicti, & qui inconsulto domino sui potestatem non haberent, quos quæstuales vocabant.

Anno 1379. Wenceslai Caroli IV. filii Imperium Palmer. Fuit Imp. ignauus & voluptatibus deditus, de quo ita Æneas Syluius: Wenceslaus desidia corruptus, inquit, præsenti rerum statu contentus, neq; præterita corrigere, neque futura præcauere curauit: patri longè absimilis, voluptatum sequax, labores fugiens, vini quam regni curiosior.

De eodem Franciscus Petrarcha ridiculè in hunc modum: Wenceslaus Caroli filius viuente patre electus est Imp. & adhuc regnat: Hic iuuenis robustus, venator, quid acturus sit ignoro: tamen minatur se venturum ad Italiam: sed non venias, precamur te, si non vincis laude patrem tuum, quanquam aliud de te speramus. Nam præsentia primi Cæsaris Julii vix sufficeret ad compescenda mala, quibus misera lacessitur Italia temporibus tuis. Sic imperium orbis cœlum versat, vt illud quondam potens ac venetandum gentib. & regibus Romanum Imperium, præfiguratum in tibiis ferreis, cui nihil ohm defuit, nisi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil possideat, nisi modicum Occidentis.

A morte Sardanapali ad VVenceslai imperium 2200.

Anno 1379. apertè rebellat à Ludouico Comite suo Gandauum; concitatum perniciosis artibus Hyonis cuiusdam, inimicitias exercentis cum æmulo suo. prætextus erat, quod cogi nollent à Comite ad tributum impendendum in hastiludia. Cæterum quàm tum ibi fuerint corrupti mores vrbis, hinc colligamus; quod decem circiter mensium tempore in illo territorio perpetrata sint homi-

cidia quadringenta supra mille & eo amplius, per thermas, lupanaria, scholas aleatorias, tabernas potorias locaque alia minus honesta.

Anno *1379.* obsiderut Aldenardum (in quam tota ferè Comitis Flandriæ se receperat nobilitas) à Gandensibus eorumque adsecliś: quod vt liberet Ludouicus Comes, ignominiosas coactus est subire conditiones, quæ videantur apud Meyerum. Eadem proditione occupatur ab iisdem Gandensibus in feria Diui Petri mense Februario: sed intercessione Joannis Fossani, Gisilberti Gruteri, Simonis Betti aliorumque paci studentium redditur Senatusconsulto post diem duodecimum.

Anno 1380. Jubilæus Mundi 107. Mosis 57. prædicationis Christi 27.

Anno 1380. Hoc tempore Bombardæ ad hominum perniciem inuentæ sunt & excogitatæ à Bertholdo Nigro chymista, & vt quidam volunt, Monacho Germano: de quo sic Polydorus Virgilius de inuent. lib. 2. cap. 11. Fertur homo (Bertholdus) ad exitium humanum natus, seruasse aliquando domi in mortario puluerem sulphureum, cuiusdam medicinæ faciendæ causa, illudque texisse lapide, ac mox contigisse, vt dum ignem ex silice propè excuteret, scintilla intrò ceciderit, subitoque flamma eruperit, atque lapidem in altum tulerit: & ille eius rei casu doctus, postea facta ferrea fistula, & puluere confecto, machinam reperisse, aç eius vsum Venetis in illo bello primum ostendisse, quod ad fossam Clodiam est cum Genuensibus gestum, q fuit annus salutis humanę 1380. Ex quo iam vsu venit, vt in ea hoc tempore omnis fermè vis peditum, omnis equestris splendor, omnis denique bellica virtus indecorè consistat, iaceat, obtorpeat. Hæc Bombarda vocatur à bombo, id est, sonitu, q βομβος græcè dicitur: quidam alii tormentum æneum malunt nuncupare. Eius modo plura fiunt genera, quæ variè vulgò nominantur, & vnum illud minimum, quo nunc pedites vtuntur, facti-

factitio nomine, sclopus vocitatur. Sclopus enim est sonus ille, qui ex buccarum inflatione erumpit.

Anno 1380. apud Lutetiam Parisiorum Judæi à ciuibus spoliantur.

Anno 1380. sub Calendas Septembres Comes Ludouicus obsidet Gandauum: vbi census actus dicitur 8000 c. pugnatorum supra 15. & infra 60. annos. tempore obsidionis multos fecere excursus: Alosta expugnata & accensa, capta Teneramunda &c. itaque Comes ære alioquin exhaustus post decimam septimanam pacem cum ipsis init; sed non diuturnam.

An. 1380. 9. die Nouembr. Tibris Romæ auctus est ad tres cubitus. Signum apparet ad S. Mariam supra Minernam.

An. 1381. 4. Calend. Febr: Gandaui Gisilbertus Gruterus, ac Simon Betta, reduces à legatione Comitis sui, ad quem eorum duodecim missi erant, dum in Senatu conditiones subeundas pacis impetrandæ proponunt, inque eas oratione propendent; hic ab Philippo Arteuelda Dictatore, ille ab Petro Boscano pugionibus interempti.

Anno 1381. ortum est in Silesia bellum, ob electionem Episcopi Vratislauiensis, oggerente alium Rege Vratislauo, alium capitulo. Cum autem excommunicasset collegium vrbem totam, & ne Regi quidem intranti sacra fieri publicè permitteret, is iratus Sacerdotes omnes expulit; inuasis bonis Ecclesiasticis. Itaque adducti sunt in vrbem tam ingentes greges pecorum è villis Episcopatus, vt trecentæ oues tribus venderentur aureis, bos verò aurei quadrante.

Anno 1381. 13. Maii Razo Hertzelius egressus cum sex millibus Gandauensium, prouocat ad pugnam viginti pugnatorum millia partes Comitis sui tuentium. sed mox pœnas luit insanæ temeritatis, ipse cum omnibus ferè cæsus. Hanc cladem suam Gandauenses vindicarunt in 26. captiuos ex Brugensibus & Franconatibus, quos in forum productos malleis & fustibus veluti canes mactant.

Digitized by Google

Anno 1381. Nonis Juliis Gualterus Angienſis Comitis Ludouici propinquus Gerardimontanos Gandauenſium partes ſequentes quadraginta amplius locis oppugnat: oppido capto promiſcua facta cædes, virorum, mulierum, infantium. perierunt ſupra quinquies mille, in quibus ingens numerus ſenum impuberumque. etiam puerperæ in lectis ſuis igne iniecto cremarãt. quæ crudelitas Angienſi paulò poſt mortis cauſſa fuit; numine diuino ipſum obiiciente Gandauenſibus 15. Calend. Junii qui intercluſum fœdè interemerunt.

Anno 1381. Societas Hanzeatica vniuerſa conuenit Lubecam, excluſis Brunſuicenſibus, qui quod quoſdam è Senatu ſuo trucidaſſent, iam octauum annum ea ſocietate priuabantur. Interceſſione tamen aliarum ciuitatum veniam tunc impetrarunt, publica agnitione delicti hoc modo. Legati eius vrbis nudis pedibus capitibusque apertis è templo Mariæ in prætorium ibant geſtantes manibus incenſos cereos; ſeque in genua abiicientes coram ciuitatum Commiſſariis rebellionem atque inobedientiam ſuam palam profitebantur, culpam deprecati. Sic iterum permiſſi frequentare Contoria illa quatuor, Brugas, Bergam Noruegiæ, Londinum & Neogardiam Ruſſiæ. vnde coniicere eſt fœdus illud non ſpectaſſe ſolùm ad mercaturam, ſed & pacem ac tranquillitatem Reipublicæ.

Anno 1381. magna Galliæ portio inſurgit contra nobilitatem, quæ alia atque alia quotidie noua vectigalium genera excogitabat: nec id quidem ad vtilitatem publicam, ſed vt libidinem ambitionemque ſuam explerent.

Anno 1381. Carolus Dyrrachinus Othonem Brunſuicenſem capit, vxoremq; Joannam ſponte deditam, iniecto ſuper os puluinari ſuffocat.

Anno 1382. Nullus ventus fuit per totam Germaniam; & tamen annonæ ſumma abundantia.

Anno

Anno 1382. Oliuerius Clissonius ex aula Galliæ Regis exiens pluribus vulneribus prosternitur à Petro Craone, qui ab Ludouico Aurelianensi aula eiectus (quod indicasset Valentinæ vxori Ducis cum quadam Parisiensi adulterium) eam ignominiam imputabat æmulo suo Clissonio. Is tunc condito testamento, præter ingentem pecuniæ vim solutam Britanno pro sua liberatione, item pro Carolo Blesensi, reliquerat decies septies centena millia liliatorum, peculatu ferè omnia parta. fuerat autem Magister Equitum.

Anno 1382. Congregatis Londini in domo Prædicatorum cum Cantuariensi Archiepiscopo Doctoribus ac Prælatis, in ipso Dunstani festo pro damnanda VVicleui doctrina cum libris omnibus; eadem hora quarem aggressuri essent secunda, insolitus ac terribilis terræmotus vniuersam peruasit Angliam.

Anno 1382. obiit Ludouicus Rex Vngariæ & Poloniæ, nutricius tenuiorum: ideoque sæpius dissimulato habitu immiscuit sese cœtibus inopum, & ab illis scisciatus est, ecquid præfecti sui & magistratus delinquerent.

Anno 1382. circa Antvverpiam talis erat terræmotus, vt molæ in tumulis mole ingenti prosternerentur.

Anno 1382. die tertio Martis Gandauensium desperatorum quinque millia, Duce Philippo Arteuelda, Brugas tendunt morituri saltem ferro: quibus dum Ludouicus Comes, coactus adulatorum, pugnæque cupidorum ac vindictæ clamoribus temerè occurrit, cæditur fugaturque, hostisque vnà cum ipso intrat Brugas, seruilique veste media nocte ingreditur mendicæ tugutiolum; cui, inquit, salua me: reddam tibi meritum. ea ante aulam sueta stipem petere agnouit Principem, quæsiitque quid faciam? ille, absconde me, inquit. ipsa: ergò delite in lecto liberorum. vix se Co-

mes inter ſtragulum ac ſtramina lecti abſconderat; cum à graſſatoribus quæritur: qui nihil inuento niſi matre cum filio in cunis ad focum, & liberis in tegeticula dormientibus, recedunt.

Anno 1382. Idibus Aprilis conuenere Tornacum aliquot Principes qui agerent de reconciliatione cum Principe ſuo Gandauenſium. Is Brugis reſcripſit, hanc vnam eſſe conditionem; vt ſine vlla exceptione ius vitæ mortisque, omniaq; alia ſibi permitterentur. ſimul viri mulieresque cum ſingulis veſtimentis vrbe exirent, reſtiq; ceruice inſerta ante ſe procumberent ſupplices: tunc demum conſtituturum ſe quid de iis facturus ſit. hæc referebantur in vrbem vbi 30. hominum millia intra dies 15. nemo guſtaſſet panem. ſtaque orta hinc deſperatio.

Anno 1382. initio Octobris ſcribit Dictator Gandauenſium ad Regem Gallorum vti pacem facere dignaretur inter Comitem & Flandros. ſed cum nuncium in carcerem compegiſſet, Arteuelda ſollicitat Anglum. quo audito, Gallus nuntium dimittit addita celebri legatione quæ ageret de pace. ſed eam ſuſpectans Arteuelda, ſuperbè reiicit. Inde tota ferè Gallia ſeſe armat in inſanos Flandros, eisque media ſuperuenit hyems, antequam aucti eſſent copiis Anglorum: totaque Occidentalis Flandria ſtatim in Regis poteſtatem venit; cuius præfecti militesque omnia rapere, trahere, fœdare. Comes autem Ludouicus nulli adhibitus conſilio, nihil interrogatus; non videbatur Dominus Flandriæ, ſed ſtatua. Tanta erat vbertas prædæ, vt pannus vnus aliquot triginta vlnarum, diſtraheretur vnico Francô.

Anno 1382. principio Decembris exciſum eſt Corracum depopulatumque à Gallis quamuis pro eo flexis genubus intercederet Comes Ludouicus. factum id ob memoriam cladis Grotinganæ; ſimul quod oppi-

dani

dari quotannis mense Julio carmina ignominiosa saltarent in illam suam de Francis victoriam: quodque quingenta amplius paria auratorũ calcarium suspensa in templo inuenta sint eorum nobilium qui 1302. ibidem periissent.

Anno 1382. (malè Æmilius & Gaguinus 81.) 5. Calendas Decembris die Jouis qui primam præcessit Dominicam Aduentus, pugnatum est à Gallis prope Rosebecam contra Gandauenses; qui cum loco se tueri possent, Gallos vltrò lacessiuerunt, turpiterque periere ad 40000. vt placet scriptoribus Gallis, ad 20000. vt testantur Annales Belgici.

Anno 1383. principio Januarii Gandauenses oppugnant Ardeburgum insessum Britonum Burgundionumque præsidio: vi expugnato, nulli sexui aut ætati parcitum: Ignis etiam ædibus iniectus. Die autem 27. eiusdem mensis rediere Gandauenses, & quidquid adhuc restabat incolume à flammis, exussere, portis murisq; prostratis.

Anno 1383. Ludouicus Archiepiscopus Magdeburgensis, dum inter mulieres ad mediam vsque noctem operam dat choreis, ipse ac fœmina quam manu trahebat subitò in terram collapsi fregerunt ceruices. Meyerus.

Anno 1383. ante Pascha Ludouicus Comes omnium Anglorum bona qui per 30. aliquot annos Brugis mercaturam exercuerant hastæ subiecta vendidit: deprehenso quodam Johanne Saplemone qui re pecuniaria iuuisset Franciscum Agricolam turbatorum Gandauensium antesignanum. quod factum apud Anglos maximum ei conflauit odium.

Anno 1383. Vrbanus Pontifex Romanus codicillis ac diplomatis delictorum omnium veniam indulget Anglis, qui contra Schismaticos Clementinos arma sumant, aut pecuniam bello gerendo contribuant. Simul satrapis ac belli ducibus, eam expeditionem professis decimas ac puentus Ecclesiarũ per Angliam concedit. Londini cad-

Vaſconicus auro refertus, breuique tempore per illud regnum collecta vicies & quinquies centena millia Francorum aureorum. Lectus & Dux Henricus Spenſerus Epiſcopus Noruicenſis qui cum quindecim millibus peditum duobusque amplius equitum Caletum appulit ſub finem Aprilis, irruitque in miſeros Flandros alioquin Vrbani partes ſequentes, quod ceſſiſſent in ditionem Regis Franciæ.

Anno 1383. ingens extitit concurſus ac peregrinatio Vvilſnaci ad Priggeniſſam in Saxonia maritima, occaſione trium hoſtiarum ſeu oblatorum forte in altari repertorum poſt conflagrationem templi.

Anno 1383. die natiuitatis beatæ Mariæ Berga S. VVinoci, egreſſis Anglis præſidiariis fœdum in modum diripitur à milite Gallo, occiſis promiſcuè viris, mulieribus, infantibus. templa quoque omnia funditus deſpoliata; etiam S. VVinoci totius Flandriæ opulentiſſimum; cuius theſauros abſconditos indicauit populatibus ſuis monachus quidam Gallus.

Anno 1383. Galliæ Rex in æſtate cum exercitu ducentorum millium, è quibus 20. erant equitum Flandriam repetit, ad exterminandum Epiſcopum Noruicenſem eiusque adſeclas Gandauenſes. in nullo exercitu vnquam tantum fuit nobilitatis. aderant Duces 7. Comites 29.

Anno 1383. die 8. ante Calendas Junias fit pugna Flandris improſpera contra Epiſcopum Noruicenſem, ad Dunkercam; qui depopulatus littora Flandriæ, tandem rapinis modum ſtatuere volebat, dummodo Flandricus exercitus quod ſe ei oppoſuerat, nullo duce, vltrò fateretur agnoſcere ſe Vrbanum Pontificem. itaque expedito fœciali mittit ſciſcitatum vtri Paparum obedirent. illi veſana quadam ſtoliditate, nihil interrogantes, nihil loquentes, miſerum fœcialem transfigunt. hinc iratus Anglus irruit in Flandros, ſternitq; nouem ferè hominum vix armatorum millia. Comes Ludouicus prælio intereſſe noluit, veritus ne à ſuis proderetur. nunciata clade; Si nunc, inquit,

Digitized by Google

inquit, victi ſumus, aliàs fauente Deo vincemus. Hac mora ac deſidia bonam Flandriæ partem vidit inflammari deſolariq;; nullo non ex Anglia traiiciente ad proſperam fortunam.

Anno 1383. 15. Calendas Octobris capta eſt à Gandauenſibus Aldenarda; quod ſcirent foſſæ Borealis aquam demiſſam ad piſcandum, ac per eam patere tranſitum ad murum qui facilè aſcenderetur. Gallorum omnium bona & Flandrorum & Tornacenſium ibi reperta in prædam ceſſere. In huius vindictam Gallorum direptioni Rex ceſſit Bruchburgum 13. Calend. Octobris. vbi Britones in prædando, trucidando & ſtuprando primas tulerunt. Viri mulieres pueri, partim occiſi, partim ſtuprati, partim pretii gratia ſeruati. nihil inter ſacra profanaq; diſcriminis.

Anno 1384. die 2. Januar. obiit Joannes Abbas D. Bertini patriæ Hyprenſis; qui etſi tam craſſus erat vt vix poſſet incedere, nec dormiret niſi ſedendo, vir erat cum primis induſtrius, quiq; ſtudio delectatus hiſtorico, chronicon cœnobii ſui ab initio conſcripſit ad annum vſque 1294. complexus Abbates 54.

Anno 1384. die 9 Januarii obiit Ludouicus Comes Flandriæ ex ictu pugionis quem in ipſum iecerat in iurgio Dux Bituricenſis Joannes qui ab eo repetebat Comitatum Bononiæ, dotem vxoriam. Ludouicus hic exemplum eſt fragilitatis humanæ. nam qui tanta ſuperbia extrema Gandauenſibus minatus fuit, omnia molitus, nunquam tamen oculis Gandauum cernere vltrà potuit.

Anno 1384. in Gallia propter intolerabiles Principum exactiones, quorundam erat conſilium vt Eccleſiæ opes trifariam partirentur, in miniſtrorum victum, in templorum ſuſtentationem, & in Principum ſubſidia.

Anno 1384. die Mercurii ante Pentecoſten Arnulphus Schoriſſius præmiſſis prima luce mulieribus pue-

risque cum ouis butyro, caseo, lacte, pullis &c. subsequentibus quaternis curribus fœno oneratis cum armatis ibidem latentibus occupat Aldenardam, excussis Gandauensibus.

Anno 1384. Cœpta peregrinatio illa ad Wilsenacum oppidum Prigniſiæ, propter repertam hostiam sanguine tinctam templo combusto superstitem.

Anno 1384. tumultus exortus est 11. Julii Nordlingæ in Suevia contra Judæos, quos subito omnes trucidant bonis eorum direptis. id exemplum secutæ vrbes vicinæ, in Sueuia, Franconia, totaq; reliqua Germania, nisi si qui accesserant tali in necessitate ad fidem Christianam.

Anno 1384. 21. Septembris obiit in Apulia Ludouicus I. Andegauensis, non tam ex vulneribus in conflictu acceptis, quàm animi mœrore; amisso ad Barium exercitu, spes; regni Neapolitani consequendi.

Anno 1384. in Italia obiit Ludouicus Andegauensis qui per triennium & amplius in Italia bellum gessit, delusus ab Antipapa Clemente, salutante enim Regem Siciliæ, Neapolis atque Hierosolymorum. perduxerat eo exercitum ex Gallis innumerabilem, expilato ærario Caroli Regis, in quo dicebantur fuisse auri milliones octodecim, nouisque insuper exactionibus concita plebe ad factiones ac seditionem. Exercitus eius partim cæsus, partim armis per inopiam venditis, mendicando domum rediit.

Anno 1385. Bernardus Magni Catenati filius Dux Brunsuicensis acie victus capitur à Militaribus de Schwvichelde & Steinberge: postque biennalem in arce Papenburg custodiam redimit se septem aureorum millibus.

Anno 1385. Carolus VI. Rex Galliæ à nuptiis suis celebratis Ambianis cum Isabella Stephani Ducis Bauariæ filia descendit in Flandriam cum 80. millibus armatorum, obsidetque Dammum à Gandauensibus occupatum.

Digitized by Google

patum, ſub Calendas Auguſti. quibus omnia licet conantibus per ſex totas ſeptimanas maſculè reſtitit Agricola. Verùm 6. Calend. Septembris iam deficiente annona, neque ſpe ſubſidii ex Anglia aut Gandauo, inde clam cum familiaribus ſuis Anglisque aufugit. Galli nihil in oppido inuenere præter vinum. itaque id direptum incenderunt.

Anno 1385. Carolus VI. Rex Gallorum Calendis Septembribus Gandauo vicina loca omnia, per tria quatuor vndiquaque milliaria, ferro flammaque vaſtat: nulli ætati parcitum. inter ſacra ac profana nihil fuit diſcriminis. at ne ſic quidem vllam mentionem Gandauenſibus exprimere potuit pacis.

Anno 1385. Vrbes Sueuicæ, Rhenanæ, & Helueticæ fœdus feriunt contra Leopoldum Auſtrium, qui ſequenti anno à Sueuicis vrbibus pacem auro redimit, Rhenanas pugnando vincit, inde belli vires conuertit in Heluetios; contra quos cadit in prælio die 9. Julii, cum Nobilibus ad duo millia.

Anno 1385. Præfectus Gandauenſium Franciſcus Agricola, gnarus Rogerium Geſtellanum eſſe Brugis, Dammum noctu occupat 17. Calend. Auguſti die Dominico. Inuentæ ibi ſeptem Equitum auratorum coniuges, quæ venerant viſum Geſtellanam vterum ferentem ac partui propinquam. has ab omni iniuria ac damno dum illæſas præſtat Agricola, magnam ſibi comparauit apud nobiles gratiam.

Anno 1385. vltrò inuitantur à Philippo Burgundo Comite Gandauenſes ad quaſcunque ipſi velint conditiones pacis. itaque die 5. Decembris mittunt legatos ſuos Tornaci. Hîc adeo obſtinati fuere, vt procumbere Duci ad pedes mordicus detrectarent, dicentes id ſe non habere in mandatis, quod cum Princeps ægrè ferret; conſilio Alberti Bauari Comitis Hannoniæ, Ioanna Brabantina & Margareta Niuernenſis Principiſſæ, nomine Gandenſium ſe ante Ducem proſtrauerunt. Eo viſo, Margareta

coniux, & ipsa è solio surgens à latere mariti, pariter ante eum procubuit, deprecata pro ciuitate sua. Ergo 18. Decembris restituta ciuitas in integrum, sancita amnestia &c. & sic demum finiit bellum septennale, quod absumpsit supra ducenta hominum millia.

Anno 1386. Basilea Maior ampliatur & suburbia mœnibus cinguntur.

Anno 1386. Joannes filius Regis Lusitaniæ, quamuis illegitimo natus toro, & monachus ordinis Diui Jacobi Compostellani, assensu Vrbani Papæ salutatur Rex Lusitaniæ, acceptaque vxore Philippa filia Joannis Lancastriæ, filios filiasq; ex ea procreat, quorum ex numero Elisabetha tertia Philippi Ducis vxor postea in Flandriam adducta.

Anno 1386. Carolus III. Rex Neapolitanus Ludouici Durazzi ex Carolo filio nepos, maritus Mariæ sororis Joannæ reginæ, Ludouici Vngariæ iussu strangulatæ, relictis in Italia matre, filio, filia, in Vngariam, ob Ludouici Regis agnati mortem profectus, regioque diademate, iuris hereditarii prærogatiua, coronatus; Budæ non ita multo post, ab Elisabetha regina viduainuitatus, ipsius iussu, inter bibendum falcato gladio obtruncatur 3. Junii.

Anno 1386. Galli quidquid nauium erat à littoribus Hispanis vsque ad Rhenum cogunt in mare Flandricum, tanquam occupaturi totam Angliam, virisque occisis fœminas omnes puerosque abducturi in Galliam ad seruitutem. mense Decembri numeratæ naues iuxta Slusam & Blancobergam mille ducentæ nonaginta, præter eas quas parabat in Britannia Oliuerius Clissonus. Omnes intus foris que auro picturisque exquisitius exornatæ. Hunc omnem apparatum Joannes Biturix mora sua & cunctatione, qui vix se muliebribus Lutetiæ deliciis expediit mense Septembri, quo Slusam venit; allerensq; tantam classem opus esse æstatis non hyemis; tota illa moles abiit in fumum.

Anno

Anno 1387. Sigismundus, qui postea imperauit, coronatus est in Regem Vngariæ, an. ætatis 20. Dominica Palmarum: alii die Pentecostes. Mechou.

Anno 1387. conuentus fuit in vrbe Remorum de schismate tollendo VVenceslai Imperatoris & Caroli sexti Regis Galliæ, qui Imperatorem Comitesque eius de suo aluit, abeuntique omne aurum atque argentum cum tapetibus aliisq; domus suæ ornamentis dodo dedit, æstimata ducentis florenorum millibus.

Anno 1387. 11. Calendas Augusti Franciscus Agricola Dux aliquando Gandauensium extra portam Diui Petri occiditur à Gallodino, filio noto Domini Hertzelensis à tergo obtruncatur, quod nimirum parens eius tanquam proditor à plebe interfectus fuisset, accusante Francisco, mense Junio. 1384.

Anno 1388. Benedictus Antipapa Pontificatu se abdicari iubetur à Carolo sexto Rege Galliæ eiusque Concilio Parisiensi. nolens obsidetur Auenione; conuenitque tandem vt custodiretur in palatio suo; vnde demum euasit.

Anno 1388. Quatuor Præfecti tribuum coniurant cum suis in cædem Senatus & Optimatum, adscitis Holsatis quibusdam Aulicis, 17. Calend. Septembr. sed infeliciter: re enim patefacta per Holsatum ipsimet cum suis debitas luerunt pœnas.

Anno 1388. Ludouicus Dux Aurelianensis frater Caroli sexti Regis, postquam Mariam Vngaram Sigismundi Lucemburgici sponsam intercipere non potuit, ducit Valentinam Joannis Galeacii Præfecti Mediolanensium filiam, infamem veneficiis. ea enim est quæ filium suum per errorem penè infantem occidit. is enim cum Carolo Regis Galliarum filio in suo ludens cubiculo, cum inter eos pomum proiecisset, arbitrata præripiendum à Regis filio, id proprius filius legit, atque

ante quam mater prohibere poterat, præmorſam partem deuorarat, quo ex morſu intoxicatus paulò poſt obiit.

Anno 1388. Gulielmus Oſtrouandius ducit rurſus exercitum in Friſios: Staueram oppidum capit, Friſiamque totam imperata facere cogit.

Anno 1388. menſe Octobri VVenceslaus Dux Saxoniæ ac Luneburgi toxico periit: cui in gubernatione Luneburgenſi ſuccedit Bernardus Catenati filius; in Electoratu Saxoniæ filius Rudolphus III.

Anno 1388. die 20. Decembr. Amedæus Sabaudus ad Viſpam cæditur à Valeſiis ſuperioribus amiſſis pugnatorum 40. millibus, inter quos permulti nobilitatis Allobrogicæ.

An. 1389. Richardi regis Angliæ reſcripto permittitur Clero Burdigalenſi liberè & ſine tributo vẽdere particulatim vina ex vineis ꝓpriis, aut reditu ſacerdotiorũ collecta.

An. 1390. Noui Orbis partem Borealem quæ maximè verſus Europam, Groënlandiam, Islandiam & Frislandiã Inſulas extenditur, & Eſtotilandia nominatur, à quibuſdã Inſulæ Frislandiæ piſcatoribus, tempeſtate ad huius littora appulſis, olim luſtratam, circa hunc annum quidam Antonius Zenus nobilis Venetus, auſpiciis Zichmni dicti Frislãdiæ regis, denuo recognouit. Abr. Ortel. in Theatr. Orb.

Anno 1390. initium fuit belli duodecẽnnalis Galeacii Ducis Mediolani cum Florentinis.

An. 1390. Jacobus Appianus Martini V. P. M. ſorore natus, cum vxor ei ſterilis eſſet, cupidus ſobolis concubinã adſciuit. eam vbi animaduertit prægnantem, Florentinos Senenſesq; inuitat circa tempus partus, futuros cõpatres. Parit mulier, ſed Æthiopem, procreatum ex Mauro eius familiæ, qui detecto flagitio ſaluti ſuæ fuga conſuluit, partum q; mulieri, ludibrium Principi reliquit.

An. 1390. Flandros variis modis Philippus Burgundus Princeps eorum conatur traducere adſectam Pſeudopapę Clementis: ſed numeratis ſexaginta millibus Liliatorum, eam moleſtiam ad tempus redemerunt. Anno

Anno 1391. famulum quendam Joannis à Chalone viri nobilis Philippus Comes Flandriæ patibulo suffixit, quem Joannes ausus est refigere, ac patibulum comburere: ob quam rem Insulæ in carcerem coniectus, non nisi magna mulcta euasit.

Anno 1391. Jacobus Comes Armeniacus, conductus mercede à Florentinis, magno cum numero Gallorum superatis Alpibus Alexandriam obsidet. sed ciues commisso acriter prælio magnam stragem fugamq; faciunt Gallorum, & Armeniacum interficiunt.

Anno 1392. In ciuitate Traiectensi quidam frater Franciscanus Jacobus à Juliaco nomine, fallus Episcopus, postquam 10. per annos sacramenta in Episcopatu administrasset, exutus sacerdotio decollatur.

An. 1392. Comes Fani Pauli ob pecuniam quam eius pater Regi Bohemiæ mutuam dederat, cum recipere non posset, Comitatum Luceburgensem Gallorum milite incendiis & rapinis nimis fœdè incursat viginti pagis incensis supra centum.

Anno 1392. Philippus Comes Flandros, auctoritate, gratia, minis, trahit allicitque in partem Clementinam, quapropter quamplures ex Sacerdotio viri mulieresque, multiq; ex laicis, bonis suis honoribusue relictis Coloniam, Leodium, aliasq; in ciuitates commigrant.

Anno 1392. quinto Calend. Februar. die Martis, virgo quædam Lutetiæ nubebat nobili & in aula gratiosissimo adolescenti: nocturnisq; ludis Carolus VI. rex cætero ornatu deposito, vultu in leonini oris imaginem personato, reliquum corpus pice delibutum, multoque lino depexo ac in villos consecto ita contexit, vt hispidi Fauni speciem præberet; eodemque habitu quinque præterea nihilo saniores in orbem reste data choreas pedibus plaudunt, fescinino carmine modulantes. tota regia concurrit ad spectaculum. Dux Aurelianensis studio clarius contemplandi quinam essent, correptam facem propius admouit. combusti sunt ex eis qua-

tuor: quintus aqua vinoque perlutus mortem euasit. Regem vxor Biturigis veste candata inuolutum, priusquam ad viuum flamma iam corpus lambens peruenisset, ignem restinxit.

Anno 1392. 6. Calend. Julias die Mercurii Carolus VI. rex Galliæ è Cenomannis proficiscitur ad bellum Britannicum. sed viso in itinere spectro, incidit in insaniam. quidam istud imputabant incantationibus Valentinæ.

Anno 1393. Fratres Ordinis Teutonici Bohemia expelluntur à Wenceslao Rege, amissis omnibus prædiis.

Anno 1393. Sigismundus Rex Vngariæ dum Nicopolim obsideret, & Baiacetes Turc. Imp. eò se cum trecentis militum millibus, obsidione Constantinopolis soluta, contulisset, die 28. Septembris collatis signis ad Nicopolim concurrerunt, acerrimeque dimicarunt. Victoriam Baiazetes obtinuit. Gallorum vero duces maxima ex parte capti, & Sigismundus ipse manus hostium, fuga saluti suæ consulens, & parua cymba Danubium traiiciens, vix euasit. Ex Christianis viginti millia, ex Turcis sexaginta millia occisa sunt. Hæc quoque clades Christiani exercitus discordia contigit, modo Gallis, modo Vngaris primas præliandi partes deposcentibus. Leonclau. Bonfinius, Genfræus, & alii ad an. 1396. referunt. Hinc ad cladem Varnensem anni 52.

Anno 1393. 4. Decembris obiit Fridericus Boiorum Dux, Ludouici IV. Imp. nepos, Stephani Ingolstadiensis, cuius filiam Elisabetham Carolus VI. Franciæ rex habebat coniugem, frater.

Anno 1394. Septem annorum pax inter Heluetios & Austrium facta, ad annos 20. producitur.

Anno 1394. tempore Paschatis tota ferè ciuitas Brugensis Gandauum petiit, quod Princeps eorum Philippus Audax Sacerdotes eis obtrusisset Clementinos; ibique peccata confessi sacram sumpsere Eucharistiam ab Vrbanistis.

Anno 1394. Brugis sub Calendas Septembres cum Magi-

Digitized by Google

magiſtratuum innouandorum haberentur comitia, quibus coniurant ſe omnes Senatum occiſurum obiectam Clementinam. ſed indicio duorum res detecta eſt. itaque ſeptem eorum qui fuga ſibi non conſuluerant in foro capite truncati.

Anno 1395. Benedictus Antipapa Carolo VI. regi Galliæ attribuit vniuerſum per regnum Eccleſiarum decimas, ad ſuppetias ferendas Regi Vngariæ contra Turcas.

An. 1395. fuit terræmotus Antuerpiæ tantus, vt ne patinæ quidem aut crateres in menſam depoſita hærerent.

Anno 1395. Glogouiæ in Sileſia tanta fuit peſtilentiæ ſeuitia, vt exſtincta fuerint ſuper duo millia hominum. Annonæ verò mira fuit vilitas. medimnus tritici emebatur tribus groſſis Miſnenſibus: olyræ, duobus, Auenæ vno, atq; etiam quatuor numulis.

Anno 1396. ineunte vere Ioannes Intrepidus Dux Brabantiæ, è Francia proficiſcitur contra Turcam, exercitu conſtante octo equitum, quatuor peditum millibus, atque inter hos ſupra tria virorum nobilium millia; quorum trecentos Imp. Sigiſmundus equeſtri ornat dignitate die 13. Julii cum Danubium ipſe tranſmiſiſſet inſtructus centum bellatorum millibus.

Anno 1396. Zofinga Heluetiorum cum tabulis priuilegiorum teſtibus & theſauro oppidanorum penitus igne periit, vnica tantum domo reliqua.

Anno 1396. Albertus Bauarus ſumpſit expeditionem in Friſios, quæ improſperè admodum ceſſiſſet ſi miles ſecutus fuiſſet conſilium Ducis ſui Iuonis. Is enim ſuaſit, vt cuſtoditis arcibus, hoſtes in agros diſpergi ſinerent; futurum breui vt abſque graui incommodo recederent; quod terra aquoſa magnis interciſa foſſis non eſſet alendo tantis copiis. Sed Friſii ſumptis crucibus & vexillis templorum ſuorum ad 30. millia obuiam hoſtibus prodeunt, vincunturq; Calend. Septembr. multaque eorum nobilitas in Hollandiam captiua deportata.

Anno 1396. Calendis Octobribus etiam inter captos à Turca ad Nicopolim erat Joannes Intrepidus Dux Brabantiæ, cui vita concessa dicitur, quod Turca quidam, gnarus ex faciei lineamentis prædicere futura, instaret apud Baiazethum: Viuat, inquit, nobilis iste: eius enim opera cauſſaque plus Christiani sanguinis profundetur, erudelioraque inter se bella gerent, quam credi aut sperari possit.

Anno 1398. Tamerlanes Scytharum Rex, obscuro loco natus, tantoperè creuit, vt mille ducentos equites in aula sua aleret. Hic cum infinita armatorum multitudine in Asiam descendens, prope Stellam montem in Gallitiæ Bithyniæque confinia ad ducenta Turcarum millia cæcidit. Regem Baiazetem cepit, caueæ inclusit, & aureis catenis ligauit: deniq; conscensurus equum, eo pro scabello vtebatur, & in ludibrium per totam Asiam eum circumducebat. Drechs. Variant apud scriptores annorum consignationes in hac Tamerlanis historia, quam necesse est in duos annos distribui. Drechslerus, Vadianus interpres Laonici, & alii hanc Turcicam cladem referunt ad annum 1397. sed Cranzhemius primam irruptionem Tamerlanis ponit ad 1398. postremum verò conflictum, quo Baiazetes victus & captus est, ad tempus vernum anni 1399. Leonclauius in Pandect. hist. Turc. scribit, prælium inter Baiazetem & Tamerlanem commissum, secundum accuratas Annalium Turcicorum rationes referendum esse ad an. 1399. vel 1400. Nos historiam recitare voluimus, in qua digerenda suum cuiq; esto iudicium.

Tamerlanis historiam Æneas Syluius in Asiæ descriptione cap. 31. in hunc modum recitat: Tamerlanes genere Parthus, gregarius miles, adeo inter suos mentis vi & corporis agilitate excelluit, vt breui multarum gentium dux fieret, & Scythas, Persas, Medosque sibi subigeret: Mesopotamiam inuasit, & Armeniam: transitoque Euphrate cum quadringentis millibus equitum, sexcentis millibus peditum, minorem Asiam obtriuit. Regem

gem Turcarum potentiſſimum Baiazetem apud Armenios prælio ſuperatum, ducentis millibus hominum interfectis, viuum cepit, caueaque in modum feræ incluſum per omnem Aſiam circumtulit, egregium & admirandum humanarum rerum ſpectaculum. In obſidionibus vrbium, prima die albo tentorio vtebatur: ſecunda rubeo: tertia nigro. Qui ſeſe dabant in albo ſedenti, ſalutem conſequebantur: Rubeus color moriendum patribusfamilias indicabat: Niger ciuitatis excidium & omnia in cinerem conuertenda. Interrogatus aliquando ab homine Genuenſi, qui ei familiaris erat, cur tanta crudelitate vteretur: commotus ac veluti furens diſtorta facie ac ſpirantibus ignem oculis, reſpondit: Tu me hominem eſſe arbitraris? falleris, ira Dei ego ſum, & otbis vaſtitas: caueto ne poſthac mihi occurras, niſi velis interrogationis tuæ pœnas dare. Hæc Syluius.

Anno 1398. monaſterium Arnsbokenum exſtructum eſt, ac ſequenti anno Carthuſia Roſtochii quoque ædificari cœpta.

Anno 1398. Rupertus Puſillus Comes Palatinus, inſtaurator Academiæ Heidelbergenſis moritur 12. Febr. Succedit Rupertus Rigoroſus, dictus Klem.

Anno 1399. Hoc tempore in Italia literarum & linguarum ſtudia poſtquam 700. ferè annis tetra barbarie oppreſſa & fœdata fuerant, renaſci & reuireſcere cœperunt. Nam cum Græci immanitatem Turcicam pertimeſcentes in Italiam ſecederent, & Muſis nouas ſedes quæretent, literæ ſimul vnà cum viris illis doctis ſolum vetterunt, vbi paulatim felix quoddam omnis eruditæ literaturæ ſeculum exortum, lucis ſuæ fulgorem in vicina regna longè lateq; ſparſit & propagauit. Inter hos exules Græcos ptimi fuetunt: Emanuel Chryſoloras Byzantinus, qui Græcæ Grammatices Erotemata ſcripſit: Theodorus Gaza Theſſaloniccenſis, Græcè & Latinè doctiſſimus, & plurima eius ſcripta loquuntur: Georgius Trapezuntius & alii.

Hoc modo propemodũ illud accidiſſe videri poteſt, & de

Judæis & Græcis Apoſtolus dicit, illorum ruina his ſalutem contigiſſe, & illorum diminutione ac penuria hos locupletatos eſſe. Ita immenſo Dei beneficio artium igniculi in Græcia extincti, in Latium traducti & tranſportati ſunt: qua in re plus eſt miraculi, quàm in illo, quod Cranzius narrat, anno videl. 1399. per brumam gelu terras ac maria ita conſtrinxiſſe, vt ſicco veſtigio è Lubeca per mare in vrbem Sundenſem & inde in Daniam peruenirętur, eaq; oportunitate vſos fratres Domus Teutonicæ, Maſſagetis bellū intuliſſe & proſperè pugnaſſe. Mira hæc ſi vera ſunt, videantur: ſed longè admirabilius, q̄ Græci nauigiis vicinas terras ingreſſi, turpiſſimam barbariem debellarunt, eiq; internecionem attulerunt: literarum verò ſtudiis vitam & decus pulcherrimum reſtituerunt.

An. 1399. hyems fuit tanti frigoris, vt à Lubeco Sundam, ac deinde in Daniam ſuper gelu glacieq; pedes proficiſcęretur.

Anno 1400. Hoc anno, qui fuit ex Pontificia ordinatione Jubilæus tertius (à Chriſti natiuitate, & non à Baptiſmo, ſubducta ratione) Roma rurſus ab innumera hominum multitudine religionis cauſa frequentata eſt, & non ſolum vrbs Roma quæſtum magnum fecit, ſed inprimis Pontif. Bonifacius IX. pecuniis Iubilęo anno perceptis ditatus eſt. Hic ipſe Bonifacius Annatarū vſum primus impoſuit beneficiis eccleſiaſticis, hac conditione, vt quiſquis ſacerdotium, vel beneficium cōſequęretur, dimidium annui prouentus fiſco Apoſtolico penderet ac perſolueret, q̄ res, Blondo & Platina teſtibus, Pontifices Romanos, Bonifacii ſucceſſores, nō minus Chriſtiani orbis, quàm vrbis Dominos reddidit Etſi ſunt, qui hanc conſtitutionem Joan. XXII. aſcribant, tamen Bonifacius quoque eam promulgauit. Admiſęre eam conſuetudinē omnes præter Anglos, q̄ id de ſolis Epiſcopatib. conceſſęre, in cęteris beneficiis non item. Platin. Blon. Polydorus Vergilius (inuent. 18. c. 2.) Annatarum inuentum antiquius facit, q̄ Blondus & Platina, etſi non negat, hoc vectigal Romanæ curiæ ex

ſacer-

ſacerdotiis conferendis proueniens, à Ioan. 22. & Bonifacio 9. promulgatum & publicatum eſſe.

Anno 1400. Gebartus Epiſc. VVirceburg. ciues rebelles, qui ipſum exiguis inſtructum copiis ſed equeſtribus, ad pugnam ignominioſe prouocabant, cecidit profligauitque 11. Ianuarii iuxta pagum Bertheimenſem.

Anno 1400. die S. Vrbani 23. Maii declaratur Francfurti Rex Romanorum Fridericus Dux Brunſuicenſis Magni Catenati filius, contra Wenceslaum: ſed inſidiis Archiepiſcopi Moguntini iuxta Frislariam confoditur die Pentecoſtes 5. Iunii.

Anno 1400. Palæologus Imperator Græcorum Lutetiam venit ad Regem, atque inde tranſmiſit in Angliam, vt diſcordiis regum compoſitis Reſpubl. Chriſtiana tandem Turcis reſiſteret. ſed nihil promouit.

Anno. 1400. Monomachia fuit Londini in Smythfield, inter Edmundum Cantii Comitem, & Marrenſem Comitem Scotum: quo in duello Anglus Scotum magnifice ſuperauit.

Anno 1400. Wenceslaus Imp. ignauus, & vino perpetuo madens, lucemq; dormiendo noctι cõiungens, ab Electoribus poſt multas admonitiones Imperio deiicitur, 20. Auguſti, anno imperii 22. & in locum eius Rupertus Palatinus Rheni ſufficitur. Cranzius in Vandalia ſic de Wenceslao: Cum ciuitates Imperii Ruperto nouo Imperatori ſacramenta nouare iuberentur, ſoli Nurenbergenſes pertinaciter inhærebant Wenceslao, aſſerentes, ſe viuente Rege ſuo, niſi iuſſu eius, non iuraturos: cumq; grauius vrgerẽtur, miſere Oratores, qui ſuper ea re ſententiam & nutum Regis acciperent, offerentes aureorum viginti millia, ſi illos abſolueret. Ille contempto auro, mox abſoluit, iubens vt optimi vini Rhenani (Bacharachenſe vocãt) aliquot plauſtra ſibi mitterent. Ita ſumma illi de vino cura fuit.

Anno 1400. Arrox fuit pugna Salopiæ, in qua interemptus eſt Thomas Perceius Comes VVigornienſis, qui cõtra Regem Henricum 4. conſpirauerat. Eodemque tem-

pore Henricus Northumbriæ Comitis filius, aliique multi vltimo affecti supplicio.

*A*nno 1401. Sigismundus Vngariæ Rex, cum quosdam Vngaros, (qui post cladem ad Nicopolim acceptam ipsum fastidierant) securi percussisset, ab aliquot coniuratis captus in carcerē coniicitur 28. April. Sed è vinculis elabitur opera viduę, quę mater erat eorum, quibus custodia Sigismundi credita erat. Ab iis itaq; in Morauiam deductus, collecto exercitu, insequenti tempore, Vngariam recuperauit. Mechou.

*A*nno 1401. Nobilis ille de Hartingeshausen, qui Fridericum Regem ad Frislariam gladio transfixerat, supplicio capitali afficitur, membraque quatuor rotis imposita.

*A*nno 1401. Sangallenses cum *A*bbatiscellanis fœdus faciunt aduersus *A*bbatem. hæc fax fuit belli *A*bbatiscellani, quo 60. oppida & arces ab iis capta & exusta.

An. 1401. Rogerus Claringtonius Eques auratus, & octo Franciscani ordinis Monachi, cum alus tribus, proditionis insimulati, suspendio necantur in *A*nglia, quod versus maledictis plenos, in Henrici noui Regis probrum diuulgassent.

Anno 1402. Baiazetes I. Turcarum Rex quartus, omni spe libertatis à Tamerlane impetrandæ amissa, mœrore ad desperationem veluti adactus, mortem sibimetipsi conscivit, & caput caueæ ferreæ, qua tenebatur inclusus, tam diu allisit, donec perfracto cerebro fremens ac frendens expiraret, cum regnasset an. 14. Leonclau. *A*lii mortem Baiazetis ad 1398. & 1400. referunt. Baiazeti anno sequenti successit Solymanus I. filius natu maximus Turcarū Rex quintus: in cuius locum quidam Cyricelebim, alii vero Calepinum collocant.

Anno 1402. Fridericus Toggius Comes, ciuis Tigurinus factus, Tigurinis vendit præfecturam Gryffensæ.

An. 1402. Lubecæ exustus est frater quidá Gulielmus, alba veste incedens, & *A*postolum se profitens, impostura eius ac praua seductione manifestata.

Anno

Anno 1402. 29. Die Martii obiit Archiprætor Flandriæ Ioannes Spiringius. qui cum reum capite plecteret, citatus ab illo est intra octo dies, ante tribunal Dei. Cum autem octauo post die apud Tiletum vbi habitabat, lusisset pila, inter confabulandum; eram inquit, citatus ab illo reo intra octauum diem ante conspectum Dei; & ecce me hodie adhuc octauo die incolumem. Vix eis locutis in morbum incidit & ante octaui diei terminum exstinguitur.

Anno 1402. Ioannes Galeacius, Galeacii II. filius, primus à Wenceslao Cæsare creatus Mediolanensium Dux, post plurimas victorias, ex quibus totius pene Italiæ sibi regnum promittebat, profectus in Etruriam, forsan vt per occasionem Florentinis, tum solum cis Apenninum liberis, bellum inferret, obiit febre pestilenti die 3. Septemb. relicto Ioanne Maria successore. Hic ille est Galeacius, qui Valentinam filiam Ludouico Duci Aurelianensi Caroli 6. Franciæ regis fratri germano desponsauit, interuenientibus, vt aiunt, conuentionibus quibusdam de successione. Vnde post obitum Ioann. Mariæ & Philippi Mariæ fratrum sine vlla prole morientium, Franciæ reges, nati ex Ludouico & Valentina, ius in Ducatu Mediolanensi prætendentes, variis bellis incubuere Insubriæ.

Anno 1402. Circa hunc ipsum annum mortuus putatur Tamerlanes Scytharum Rex potentissimus, (cum, referente Leonclauio, an. 40. apud Pat.hos rerum potitus fuisset) relictis post se duobus filiis imperii successoribus, & tot regnorum opumq; immensarum hæredibus: qui à virtute paterna prorsus degenerarunt: odiisque & bellis mutuis inter se adeo concertarunt: vt regnis paternis paulatim priuati & spoliati, imperio alieno subiicerentur: Asiæque imperium ad Othomanos relaberetur. Petrus Perondinus in vita Tamerlanis.

An. 1403. Lutetiæ, Guilelmus Tigouilla præfectus Mercatorum, cogitur refigere à patibulo duos scholasticos à se suspensos, Ligerium Normanum genere & Oliuerium Brito-

num, illoſque oſculari & reddere Scholæ ad Maturini, vbi honorifice ſepulti.

Anno 1403. In mari Hollandico capta mulier marina, nuda & muta, portata in oppidum Edam & inde Harlem. didicit veſtiri & edere panem & lactatia. multos annos vixit ſemper muta. didicit nere & honorem exhibere S. Cruci.

Anno 1403. Pridie Idus Nouembr. magna tempeſtas ventorum eum inuexit in Flandriæ æſtum vt octo cæti caperentur Oſtendæ, pedum 70. ex ſingulis collecta adipum vaſa 25. ſcalis aſcendendi erant vt exoſſarentur. venter cuiuſque capiebat viros duodecim.

Anno 1404. Georgius Caſtriotus Scanderbegus naſcitur.

Anno 1404. Vladilaus Polonię rex, & VVenzeslaus Bohemiæ conuenerunt Vratislauiæ. Vladislaus autem, vt Bohemis ſuam oſtentaret potentiam, dicitur in ſuo adduxiſſe comitatu quinquies mille equites. Sic tamen conſtituta inter ipſos pax.

Anno 1404. VVenceslaus Bohemiæ rex nouum Senatum legit Vratislauiæ; ſed eum plebs anno ſequenti per ſeditionem 9. Septembr. abrogauit. & ab eo tempore in vrbe cœperunt gliſcere factiones, quæ eruperunt in triſtes motus pluribus deinceps annis.

Anno 1404. Principio Aprilis ventus algidus ab Aquilone arborum herbarumque flores cunctaque virentia vredine ſua depaſcitur. qua ex re fructuum mira caritas. idem maximam tuſſim raucedinemque inuexit & hominibus & animantibus pariter brutis, vaccis præcipue fœtoſis, qui inde miſerabili cum mugitu exſtinguebantur.

Anno 1404. Die 5. Auguſti Gerardus Dux Sleſuicenſis à Dithmarſis cæſus eſt.

Anno 1404. Admodum infame fuit mare per piratas Anglos, adeo vt mercatorũ naues prædæ expoſitæ nuſpiam tuto appellerent.

Anno 1404. Menſe Nouembris feriis D. Eliſabethæ, id eſt

id est 13. Calend. Decembris in Flandria per tria milliaria omnia implentur Oceano, non sine hominum aliorumque animantium promiscuo exitio. nihil aggeres, nihil montes natura editi obstare: omnia interrupta, fracta, deiecta.

Anno 1405. Bernæ *Aprili* mense 52. domus, & Maio deinceps 500. igne pereunt, vna cum centum amplius hominibus.

Anno 1405. Verona vrbs à Carrarienſium factione per proditionem capta, Mediolanensi Dominio erepta, Venetis postea parere didicit.

Anno 1405. *Aurelianus* & Ioannes Intrepidus cum exercitu vtrinque instructo obuiam sibi mutuo fiunt prope Parisios. Illi habebant in vexillis *Iacio aleam*; hi *Accipio conditionem*. Iam concursuris pugna pax inita, sed parum fida, interuentu Reginæ, fratris eius, Regis Nauarræ, Angium, Biturigum ac Borbonii Ducum.

Anno 1405. Seruitia in agris Bergensi, Casletensi & Brucburgensi clam conspirantes cum Anglis Flandriam ibidem depopulantibus, domos suos dites illis vendunt ac prodituros promittunt: sed detecta coniuratione, luunt ceruicibus.

Anno 1405. Tanta fuit hiemis intemperies & sæuitia, vt Garumna ante Burdigalam, etiamsi refluus, congelatus sit, cum maxima nauium & nauigantium iactura.

Anno 1405. Insulæ Canariæ à Betanchore Gallo inueniuntur. P. Martyr.

Anno 1406. In Anglia Richardus Scrupius Archiepiscopus Eboracensis ob initam contra Regem coniurationem capite plexus Eboraci: ac non ita multo post ibidem simili supplicio pereunt Comes Northumbriæ, & Dominus de Bardolf, multique alii, tumultuaria pugna devicti.

Anno 1407. Vitodurum, Bulacum & Regenspurgum

tus cuiusdam Turgotini ædificium, cum Annali illustrauit.

Anno 1477. a. Nouus Iacobus Sardanus vigesimo octauo ætatis suæ anno Romæ Pontificatum ingreditur.

Anno 1478. b. Callixtus ille comitum per se decollatus decollatus Catus concubitu pene Pontificatus cum morte finiuit.

Anno 1479. Turcarum ferocitatem Italia, quæ ipsos deinde Italiæ cladibus accumulandos ad Otrantum misit.

Anno 1480. Iacobus Italia Pontifex cernens incendia quæ pugna parauerat, dissipauit ac sopiuit.

Anno 1481. c. Calend. Decembris vesper pulsatum est Ferrariæ quod Hercules Dux Ferrariæ, & Cardinalis Hostiensis Ascanius Sforza regulatus, Innocentium Octauum Pontificem Maximum, & Ferdinandum Neapolitanum Regem, qui Turcarum ferocitatem Italiæ vrgebat, ab obsidione Ilcatii, vrbe in Illyrico sita, quæ Turcarum tunc imperio erat, vrgente cum victore illi ut pacem facerent, vt Annales Senenses Antonini, ex quibus ista sumuntur, legi possunt.

Anno 1488. Ludouicus Carolo Decimo III. regi Neapolitano filius, Ferdinandi nepos, cum Bona Sabaudiæ Ducis vxore natum dixerat die 27. Aprilis; Ferdinandus Ferdinandi Regis filius, Alphonsi Ducis Calabriæ, ex eodem Ferdinandi, Ippolyta Ferdinandi Regis filia, ex Alphonso.

Anno 1488. Enea ex Laboratibus Sabinis oriundus, Sixtus quo regnante ruinosus omnia ædificia quæ superbissimum quod erat, quæque Romæ visebantur, ruinosa fecerunt. Sextum quoque hunc dicebant concubis Leonilegem, Leonilegem ac nouum

mnia per tribunos ſuos geſſit toto octennio. Idem motus infecit & Wiſmariam & Roſtochium quaſi contagio, quæ protinus electo Senatu, L X. de populo elegere: Hamburgenſes præterea crearunt ſibi XII. nomine Plenipotentum, qui nimirum quidquid L X. illi decreuiſſent immutare poſſent ac corrigere. At enim anno 1414. die Martis poſt Trinitatis proxima, prior Senatus reducitur Lubecam, auctoritate Sigiſmundi Cæſaris; lubente admodum plebe; cui nullum ex iſta mutatione commodum &c. Adeo, *Res mala cognita, optima eſt.*, Wiſmaria quoque non longe poſt ſuos recepit; pro mulcta pendere coacta Principibus ſuis decem millia marcarum. Roſtochienſes ſerius ad bonam mentem redierunt, id eſt non niſi neceſſitate adacti: multati & ipſi ſex marcarum millibus.

Anno 1408. 23. Septembri die Dominico Gulielmus Bauarus iunctis copiis cum Joanne Burgundiæ Comite Flandriæ ſororio ſuo 20. aliquot millia Leodienſium trucidat, quod fratrem ſuum Ioannem finibus ſuis deturbaſſent, propterea quod toties promiſerat ordinem accipere eccleſiaſticum, ſed ſemper fefelliſſet, iam per annos 18. eorum creatus epiſcopus.

Anno 1409. Guido à Roia Pontifex Rhemenſis cum Cardinale Barenſe, & Petro episcopo Cameracenſi, profectus ad Concilium Piſanum in itinere prope Genuam interficitur ab hominibus plebeiis, ex quibus vnum famulus quidam vnus per iurgium occiderat.

Anno 1409. Sumptum capitale ſupplicium Lutetiæ de Ioanne à Monteacuto præfecto ærarii, eodemque regiæ domus magiſtro. damnatus pecuniæ interuerſæ, magnique peculatus, nec non & maleficiorum & incantamentorum, quæ exercuerat in regem Aurelianus Dux.

An. 1410. Solymanus I. Turcarū Rex V. à ſubditis ſuis in pago quodā interētus, an. regni 7. huic frater Muſa Zelebis

(qui ab aliis Moſes appellatur) Turcarum *Rex* ſextus ſucceſſit, poſtquam Yſam Zelebim fratrem ſuum occidiſſet. Leonclau.

Anno 1410. Die 15. Iulii Poloni Lituanorum Tartarorum & *Ruthenorum* copiis ſubnixi, confligunt cum Crucigeris Teutonicis, ingenti vtrinque ſtrage; hoc eſt deſideratis ducentis hominum millibus : bonamque Boruſſiæ partem eis eripiunt.

Anno 1410. *Adolphus* 10. Comes Holſatiæ fundit Danos die 12. Auguſti.

Anno 1410. Scinditur Gallia in ſectam Armeniacam ac Burgundicam extremo ſuo vicinarum regionum malo.

Anno 1411. Sigiſmundi (Caroli 4. filii, præſtantioris in toga, quam in armis) Imperium.

Anno 1411. Fabricata eſt Brunſuigæ magna illa bombarda cui ciues nomen impoſuere Pigræ mettæ.

Anno 1411. 16. Maij Ioannes Maria Dux Mediolanenſis deſcendens ſacrorum cauſſa in D. Gothardi templum, à coniuratis interficitur, nullo eum lugente.

An. 1411. Sub finem anni Burdigale & circumcirca dyſſenteria & peſte, pene 14. millia hominum periere: adeo vt vindemiatores deficerent.

Anno 1412. Carolo *Rege* veniente ad obſidionem Biturigum, *Armeniaci* puteos circum vrbem veneno inficiunt : vnde nonnulli prius periere quam fraus eſſet percepta.

Anno 1412. Erneſtus *Auſtriæ* Dux nuptias celebrat cum Cimbaria Semouiti Ducis Maſouiæ filia, Vladislai regis ex ſorore nepte, ea tam firmis erat artubus vt etiam vola manus ferreos clauos parieti infigeret. *Cuſpinianus.*

Anno 1412. 7. Calend. Auguſti Brugis incendio pereunt ædes mille quingentæ.

Anno 1412. Duces Brunſuicenſes ac Luneburgenſes vna cum Epiſcopis Magdeburgenſi atque Halberſtadenſi, mæ-

ſi, mœnia arcis Harteſborg ſolo æquarunt, eiectis militaribus de Schwichelde.

Anno 1413. Lanii exenteratoreſque Pariſiis ad *12.* millia hominum conglobati, albiſq; capitiis induti, fauore Burgundionis ſubnixi, Delphinum nobilitatemque omnem maiorem cuſtodiæ ſuæ mandant, Regique perſuadent hæc facere pro Reipubl. commodo: ſuperque eo 24. Maii die impetrant diploma amneſtiæ.

Anno 1413. Armeniaci Regem Delphinumque inſigniunt cruce alba recta: quod ſigni Armeniacus geſſit mulctæ nomine, qua damnati fuerant maiores eius à Rom. Pont. propter damnum dedecuſque illatum Eccleſiæ.

An. 1413. Maxima pars Norwichi ciuitatis in Anglia, repentinis ignibus deflagrauit.

Anno 1413. die 1. Iulii Petrus Eſſarus præfectus Lutetiæ capite plectitur, ſeu ob peculatum, ſeu quod conſilia Burgundionis Armeniacis aperuerit.

Anno 1413. Ladislaus qui pulſo Ludouico Andegauenſi, Siciliæ obtinebat regnum, Romam capit; Ioanne P. M. cum ſuis fugiente Bononiam.

Anno 1413. Muſa Zelebis ſextus Rex Turcarum prælio victus & captus eſt à fratre Mahumete, & iuſſu eiuſdem ſtrangulatus, cum regnaſſet an. 3. Quo ſublato Mahumetes I. Turcarum Rex ſeptimus regnum obtinuit. Leon.

Anno 1414. Henricus Angliæ rex omnem occupat Normanniam, excepto Rotomago. vnde *25.* amplius millia virorum cum familia ſua in proximam migrant Britanniam primumque ibi Britonas docent artem lanificii.

Anno 1414. Generali ciuium Burdigalenſium conuentu ſtatuitur, vt ſcorta & proſtibula à matronis & integræ famæ mulieribus diſcernantur. Item: Qui medicinam profiteri voluerit, publice propoſitis quæſtionibus, pericu-

ligas fœderis feliciter ordinia præsens, decretum fuit, ut bonis expleta.

Anno 1614. Festus dies cineris Epilogus & Carnisprivium, quod ante Lutheranos in Germania celebrabatur diebus certis præcedens citra convivium Calendis Martiis finitum est. Ante Lutheranos enim in Germania celebrantur, hi quos præcedentibus temporibus libenter, ne pereant, non ponam.

Anno 1614. Ligam Catholicam Calendis Maiis ordinatam & 18. eiusdem vigesimo primo ratificatam tibi in Heritage delineo ante Pentec. Certas adhuc ut puto consistentias, ut pacificum scio esse, ad vitam habet pulsa primum mobilia duodena.

Anno 1614. 20. Iuli sternitur cum aqua & ignis Ecclesiam Romanam Catholicam, quæ ante Lutheranos in Germania celebrabatur diebus certis præcedens Calendas februarias, quæ hanicus invectivis non parcebant, mortuus est, quod Deus avertat. Non ponitur.

Anno 1614. 2. Novembris erat Conclusum Ingenium Hallis. Petrus Schlaffius in eum die 16. Novembris Epitaphium scripsit, quod ego non ponam, sed Imaginem publicæ, ingeniique hujusmodi exuvias & Cadaver.

Anno 1615. Quæ hactenus Ingenium tabi Calendarum Iulianæ usque in vitalitatis vitæ duratorium contendebant & Calendas Gregorianas non habebant, eæ per tempus Calendarum Hollandia bulla gregoriana sanxit, & Iulianos expunxit.

Anno 1616. Calend. Febr. mortuus Regis Galliæ Henrici IV. Conjux Maria de Medicis Regni Gallici Gubernatrix Filiæ & Regis Hispaniæ Philippi III. Magdalenæ Sororis primogenitus Ludovicus Regnum in se recipit sub Tutorum

Anno 1415. Richardus Cantebrigiæ Comes, Domi-
us Scruppus, & Thomas Graius, mortem Henrico V.
nachinantes, ad Southamtonienſem portum in conſpectu
Regis, regni Procerum totiuſque exercitus pœnas dedere
erfidiæ.

Anno 1415. in feriis SS. Criſpini & Criſpiniani, pu-
natum eſt ad Azincuriam in Morinis, ab Anglis contra
Gallos, vbi occubuere Gallorum decem millia, qui ex-
eptis mille ſexcentis famulis omnes erant nobiles. cla-
les hæc accepta ob confidentiam, quod Gallus longe ſu-
eraret numero Anglum; ideoq; ad manum veniret cum
erta ſpe victoriæ.

Anno 1416. Hieronymus Pragenſis, Huſſiticæ Sectæ ad-
lictus, damnatur, & crematur die Sabbati poſt feſtum A-
cenſionis Domini, id eſt, 30. Maii. Vide de hoc Epiſtolam
Poggii ad Leonartum Aretinum. De vtriuſque ſupplicio
Æneas Syluius in hunc modum: Ioannes, inquit, combu-
tus eſt prior: Hieronymus poſtea in vinculis habitus, cum
reſipiſcere nollet, pari ſupplicio adfectus. Pertulerunt am-
bo conſtanti animo necem, & quaſi ad epulas inuitati ad
ncendium properarunt: nullam emittentes vocem, quæ
niſeri animi poſſet facere indicium. Vbi ardere cœperunt,
ymnum cecinere, cuius initium: Aue viuens hoſtia, veri-
as & vita, &c. quem vix flamma & fragor ignis intercipe-
e potuit. Nemo philoſophorum tam forti animo mortem
ertuliſſe traditur, quam iſti incendium. Cineres exuſto-
um, ne raperentur à Boemis, in lacum proiecti. Diſcipuli
orum ex eo ſolo terram abſtulere, in quo ignis fuit, eamq;
eluti ſacram ſecum attulere in patriam. Vterq; apud Boe-
nos Martyrum honorem meruit, memoriaq; illorum
unc conſecrata quotannis celebratur.

Anno 1417. Sigiſmundus Imp. donauit Electoratum
Brandeburgenſem Friderico Burggrauio Norib. 18. A-
prilis in octaua Paſchatis. Ab hoc ſuperſunt Marchio-
nes Brandeburgenſes in Marchia & Francia Orien-
tali.

Anno 1417. menſe Februario captus Oſtendæ porcus marinus, longus vlnas quinque cum dimidia.

Anno 1417. Armeniaci 8. Maii Compendio eiiciunt præſidium Burgundionis: die vero 21. Maii occupant Auguſtam Sueſſionum, etiam a Burgundo infeſſum, miſerabili ciuium clade. non templis parcitur, non virginibus ſacris: denique direpta vrbs incenditur.

Anno 1417. Henricus Bauarus cognatum ſuum Ludouicum, in Concilio gladio traiicit die 20. Nouembris. Auſtinus.

Anno 1417. primum apparuere his noſtris maritimis locis ad mare Germanicum, homines nigredine informes, excocti ſole, immundi veſtitu, furtis inprimis acres, præſertim feminæ. tartaros vulgus appellat. Krantzius.

An. 1417. *A.* D. vi Cal. Auguſti cum ingenti nauiũ claſſe Rex in Galliam traiicit: qui quaqua verſum incedit, captis vrbibus, munimentis ac caſtellis, Gallo fuſo victoriæ decus mirifice propagauit.

Anno 1418. die 12. Iunii Pariſii ad 40. millia in armis conglobati, quicquid in vrbe eſſet Armeniaci nominis, aut capiunt, aut occidunt: cauſſa erat quod pacem per Cardinales factam contempſiſſent. occiſorum numerus quatuor millia fuiſſe dicitur; è quibus duo millia erant Studioſi.

Anno 1418. Rudolphus III. Saxoniæ Elector moritur. filii ipſius ambo wenceslaus & Sigiſmundus ruina turris Schweinicenſis interierant. ſuccedit igitur frater Albertus.

Anno 1418. die Iulii 18 plebs Vratislauiæ acta furiis expugnauit Curiam, pleroſque ex ordine Senatorio, aut ſuis manibus aut carnificis trucidauit: vnum ex loco ſublimi præcipitem, haſtis ſubiectorum dilaceratum.

Anno 1418. Sangallum vrbs & monaſterium igne abſumitur, 17. tantum domibus ſaluis. eo incendio perierunt homines 26.

Anno

Digitized by Google

Anno 1419. Ex hoc tempore cœpit bellum Hussiticum. Nam extincto wenceslao Rege, Hussitæ sibi delegerunt Ducem Ioannem Ziscam, de cuius in bellis felicitate omnibus formidabili, multa literis prodidit, præter cæteros, Æneas Syluius. Fuit genere nobili ortus, in aula regia educatus, bello exercitatus, vno carens oculo, quem strenue pugnans amiserat. Adortus est parua manu ingentes copias Boemorum, Imperatoris, reliquorumq; Principum & multa loca vicina in Silesia, Lusatia & Misnia vastauit, aut assiduis incursionibus infestauit. Monasteria etiam in Boemia euertit, & templa deiecit, &c.

Anno 1419. Episcopus & ciuitas Curiensis in ius ciuitatis Tigurinæ recepta.

Anno 1419. 17. Calend. Febr. septimo mense obsidionis, fame victum Anglo se dedit Rotomagum. succursum ei nõ fuit à Gallis, omnia turbantibus Armeniacis & Burgundicis, ducentos & 15. annos vrbem eam tenuerant Reges Gallorum contra Anglum.

Anno 1419. Dominica Trinitatis, prima Lubeci processio cum Sacramento Eucharistiæ facta est, auctore Iordano Plescouio Burgimagistro.

Anno 1419. 29. Iulii amnestia sancita inter Ioannem Burgundum & Carolum Delphinum apud Meledunum: hoc ideo, vt cum viribus superari non posset Burgundio, caderet fraude: quod & factum est Monstrolii die Dominica decimo Septembris, quo occiditur coram Delphino, in ponticulo ad colloquium exstructo, hora circiter quinta post meridiem; cum die Veneris præcedente omnia vtrinque renouata fuissent iuramenta pacis; imo eodem quoque Dominico iterata. interim spargitur fama, ac si Burgundio Delphinum aggressus fuisset ferro, ideoq; à ministris eius occisus. sed ei nemo credidit.

Anno 1419. die 10. Augusti obiit apoplexia wenceslaus Imp. quam nactus fuit ex vehementi perturbatione animi. Cum enim furore populi Pragensis trucidatus fuisset senatus qui erat partium Pontificiorum; eius rei atroci nun-

cio ad regem perlato; cum pincerna ſimul ita loquere tur, vt horum motuum cauſam reiiceret in wenceslaum ſtricto pugione in eum irruiſſet, niſi fuga ſe ſubdu xiſſet.

An. 1420. Idibus Februarii Ioannes Dux Britanniæ, e quod ſanguinis eſſet Burgundici, inſtinctu Caroli Del phini, à conuiuio Comitum Pontiberæ, abripitur in car ceres; vnde eum ciues ſui vi eximunt, menſe captiuitat ſexto.

An. 1420. die 6. Martii iuſſu Sigiſmundi Imperatoris Vratislauiæ animaduerſum eſt ſupplicio publico in auctо res ſeditionis 22. qui fere erant tribuni opificum. multi et iam eiecti in exſilium; bonaque eorum adiudicata æratio Senatus; quem Senatum turbones iſti antea fœdè iugu larant.

Anno 1420. 12. Calend. Aprilis Henrico regi Angliæ de ſpondetur Catharina Caroli regis Galliæ filia, in eam que & legitimos heredes ius regni Franciæ transfer tur, exheredato Carolo Delphino, interfectore Ioannis Burgundi.

An. 1420. quo Sigiſmundus Cæſar venit Vratislauiam, poſtridie feſti Dominicæ Aſcenſionis, tota Glogouia con flagrauit, præter monaſterium ſodalium Dominici.

An. 1420. Fridericus Marchio Miſniæ accepit à Sigiſ mundo Imp. apud Budam Electoris Saxonici dignitatem Cal. Auguſti: ſed inueſtitus poſt triennium.

Anno 1420. natali D. Baptiſtæ occupatur Monſtro lium ab Henrico Angliæ rege ac Philippo Bungundiæ, e ruitur patris eius cadauer, auehiturque Diuionem. Mon ſtrolium relictum Anglis. interroganti cur non incende retur, reſpondit Philippus: oppidum non eſſe reum par ricidii. Idem Dux, audita nece parentis ſui, verſus ad vxo rem: Domina inquit Michaelis, frater tuus patrem meum occidit: maxime conſternatam neque ideo minus per ſeuerauit deinde amare, nedum oderit aut repudio mul tarit.

Anno

Digitized by Google

Anno 1420. Henricus Angliæ Rex post ductam vxorem Catharinam, omnia Gallici regni negotia ex animi sui libidine disponit. Duces, Præfectos, Prætores, Officialesque regios suis quemque locis præficit. Delphinum citat Lutetiam, dicturum causſam de cæde Burgundionis: non comparentem, exilio damnat, exheredatq;. alter pronocat ad gladii sui mucronem.

Anno 1420. diuortit à marito suo Ioanne Brabantiæ Duce Iacoba Bauara, tanquam cui inuita nupserit. traiicitque in Angliam copulatque se cum Humfredo Glocestriæ Duce.

Anno 1420. exarsit bellum triennale inter Duces Brunsuicenses, & Ioannem Episcopum Hildesheimensem.

An. 1420. Bruxellæ lata est capitalis sententia in multos è nobilitate Brabantica, mense Maio, tumultuante plebe ob noua onera in ipsam deriuata à procuratore suo Philippo Comite Fani Pauli.

Anno 1420. Sigismundus Imp. Vratislauiam venit die 6. Ian. de quo Æneas Syluius: Sigismundus ad festum natiuitatis Dominicæ Brũnam Morauiæ oppidum petiit: Ibique Pragensibus veniam petentibus ea lege pepercit, vt catenas & repagula tota ex vrbe deponerent, suosque Magistratus acciperent. Paruit attonita ciuitas, cum primores regni, eleuatis in cœlum manib. aduentum noui regis gratulabundi exposcerent: eiusq; Rectores sine controuersia reliquæ vrbes admitterent. Nec dubiũ videbatur, quin ex tota Boemia labes Hussitarum excessisset, si ex Brunna Sigismundus recta via se Prágam contulisset. Sed diuertit ille, vt fortasse fati sui erat, Vratislauiamque Silesiæ caput accessit. Quo in loco populus vrbanus non diu antea Senatũ, à wenceslao fratre suo constitutum, per seditionem obtruncauerat: cuius sceleris autores securi percussit. Quod vbi Pragæ renunciatum est, diffisi de venia ciues, exemplum Vratislauiensium veriti, manifesto desciuerunt. & allecto præmiis Cenchone, qui arci Pragensi præerat, in totũ regnũ literas dedere, ne quispiã Sigismũdo aditũ præberet,

Digitized by Google

qui Dalmatiæ linguæ hostis esset: nec alia cura teneretur, quam regni perdendi, qui antequam Prutenorum ciuitatē Ordini iure pignoris obligasset, Brandeburgenses a. à corona Boemica alienasset, Ioannem ac Hieronymum in Cō-stantiensi Concilio cremari non solum permisisset, verum etiam procurasset, dogmata quæ ipsi sequerentur, totis conatib. impugnaret. Zisca dū hęc aguntur, relicta ex fœdere Pelzina, bis à fidelib. inuasus, bis versutiis vsus, ex pene victo victor euasit. Erāt aspera loca, in quibus pugnare oportuit, hostes in equis, milites sui omnes pedites: nec certamē committi nisi pedestre poterat. Vt ergo desiliere ab equis aduersarii, mulieres quæ de more suum exercitum sequebantur, proiicere pepla in terram iussit: quib. implicati per calcaria equites, prius extincti sunt, quam pedes expedire valerent. Cumq; ciuitatem quā incolerent muro cinctam non haberet, locum natura munitum ad eundem amnem elegit, vix octo stadiis ab Auscha separatum. Hunc mœnib. cinxit, & vt quisq; tentoria fixerat, ita ædificare sibi domos imperauit, ciuitati Thabor indidit nomen. Hic refugium omnium hæreticorum, arcemq; Zisca primus erexit: qui eum secuti sunt, pro suo quisq; ingenio munimenta vrbis auxerunt. Syluius.

Anno 1420. 28. Decembr. Alfonsus Aragonius a Genuensib. profligatus Ioāne Fregosio Duce, Neapolim refugit.

Anno 1421. pridie Paschatis pugnatum ad Bogiacum inter Carolum Delphinum quibus Scotorum aderant auxilia, & Thomam Clarentiæ Ducem, qui ibi cum suis perit nimis temerarius: vtpote qui cum numero superaret hostem, vti noluerit sagittariis ballistariisque, contentus solo equite. deinde auro gemmisque conspicuus, omnium in se traxit impetum.

Anno 1421. Mahumetes I. Turcarum rex septimus, mortuus anno regni 8. cui successit filius Amurates II. Turcarum rex octauus. Leonclau.

An. 1421. Gulielmus Senior Dux Brunsvicensis, gubernator

natorditionis Luneburgenſis,& Marchiones Miſniæ,multa millia Huſſitarum trucidarunt in Bohemia.

Anno 1421. Pridie Calend. Septembr. facta pugna Vimiacenſis trans Somonam, quam Flandrici Annales vocant S. Richarii,in ea Philippus Burgundus Flandriæ Comes armorũ ſuorum tyrocinio, egregie vicit Delphini exercitum pergentem ad commilitones ſuos obſeſſos in Fano D.Richerii.

Anno 1421.13.Cal.Nouemb.nocte D.Eliſabethæ HollandiaZelandia ac Flandria horrenda adfligitur inundatione. Interq; Gertrudenbergam & Dordracum media regio fertiliſſima, ac ditiſſima 72. pagis, tota abſorbetur amari; quorum etiamnum deſiderium ſupereſt.

Anno 1421. Sigiſmundus Imp.turpi fuga receſſit, Ziſca in eũ copias ducente.Ziſca in obſidione oppidi Rabi alterũ quoq; oculum, quo vno cœli lumen videbat, ſagitta ictus amiſit.Inde Pragam adMedicos vectus,quamuis ex vulnere euratus vitam retinuit, lucem tamen haudquaquam recuperauit.Nec propterea caſtrenſem laborem,aut rei militaris curã dimiſit.Cœco populo,cœcus placuit ductor.Res apud poſteros plus admirationis habitura quam fidei.Hæc ad verbum Syluius.

An.1422. Catharina Henrici Angliç Regis vxor venit Pariſios, coronaturque ibidem in reginam, omni fere nobilitate patrem eius Carolũ deferente. Omnes Henricum reſpicere:is omnia poſſe,muſſantibus viris cordatis.

Anno 1422. 6. Aprilis, die Iouis ante diem Paſchatis Gulielmus Senior Dux Luneburgenſis acerrimo prælio ad arcem Grone ſuperat Canonicos Hildesheimenſes.

Anno 1422. Obſidetur in Bohemia à Ziſcha Carolo-ſteinium: & inter alias oppugnationis machinas coniecta dicuntur in arcem ad duo millia vaſorum repleta cadaueribus & excrementis humanis: quo fœtore obſeſſis dentes exciderunt.

Anno 1422.Die feſto S.Andreæ, ſub Martino 5. Pontifice creuit Tibris Romæ altius cubito ſeſquialtero.

Anno 1422. Sigiſmundus Imp. collecto ex Hũngaris, Auſtriacis ac Morauis exercitu, circa ſolennia Dominicæ Natiuitatis Boemiam intrauit, & cum aliqua oppida vi cepiſſet, Cuthnenſes per deditionẽ accepit. Sed irruente in ſe Ziſca quãuis cœco, pauidus trepiduſq; multis ex ſuis interfectis nobilibus & amiſſis impedimentis, effugit. Cuthnã exuſſit, quã Thaborenſes propter argenti fodinas, crumenam Antichriſti vocabant, Ziſca itinere vnius diei Imperatorem ſecutus, magna fugientium præda ditatus eſt. Imperator amnem Iglauam ponte tranſmiſit. Pipo Florentinus qui equites in eam expeditionẽ quindecim millia ex Hungaria duxerat, per glaciẽ iter habuit: quæ multitudinis pondere diſſoluta, multos mortales in profundũ rapuit. Sylu.

Anno 1423. Alphonſus Aragoniæ rex Ioannam II. Apuliæ reginam in Capuana arce obſidẽs à Sfortia vincitur 26. Maii

Anno 1423. *Alfonſus Arragonius*, quamuis à Ioanna II. regina Neapolitana ante triennium adoptatus eſſet in ſucceſſorem, tamen intelligens eam ſibi paſſim prę ferri auctoritate in toto regno; Capuæ commorantem oppugnat. Superuentu Sfortiæ prælio victus fugit die 26. Maii.

Anno 1423. Die 9. Iunii *Alfonſus Arragonius*, vt ſe vltiſceretur de clade Capuana, Ioannam reginam & Sfortiam claſſe Neapolim vi occupat; ibiq; nobiliũ ciuiumq; à regina ſtantium domos militi dat diripiẽdas inflammandaſq;. Ea propter Ioanna adoptionem *Alphonſi* reſcindit, ſubſtituto Romæ ſolenniter Ludouico III. Andegauẽſi. Collinutius.

Anno 1423. Menſe *Auguſto* venit quædam mulier quæ ſe ferebat Margaretam viduam Aquitaniæ, ſororem Comitis Philippi; quæ aliquandiu Gandaui colitur pro ſorore Principis. ſed menſe Octobri fraude eius detecta, quinto Calend. Nouembr. publice in foro expoſita ignominiæ, remiſſa eſt Coloniam *Agrippinam* vbi egerat canonicam.

Anno 1423. Dominus Rogerus Mortimerus lęſæ maieſtatis

ſtatis conuictus, proditorum communi ſupplicio affectus eſt in Anglia.

Anno 1424. Grauis incidit contentio inter Bedfordiæ Ducem, & Epiſcopum VVintonienſem.

Anno 1424. Ioannes Hollandiæ Comes Ludouici 4. Imperatoris nepos, ab aulæ præfecto, à Iacoba fratris Gulielmi filia, muneribus corrupto, ſublatus veneno interiit 6. Ianuarij.

Anno 1424. Rhenus immodice exundans muros Baſileæ minoris exſuperat.

Anno 1424. Rex Daniæ Ericus ſimultatem exercuit ditionum ſeu finium ergo cum Duce Sleſuicenſi. Cum autem maritimæ ciuitates pro Duce potius ſtarent quam pro rege, Senatum Lubecenſem aliarumque vrbium per literas accuſauit apud plebem, tanquam vltro accerſeret hac neutralitate populo ſuo malum. Hinc paſſim plebs inſurrexit in magiſtratum ſuum. VViſmariæ quidem Burgimagiſtrum Ioannem Bandſchouenum & Senatorem quendam capite truncarunt. Hamburgi quoque quoſdam è Senatoribus ac patricium Ioannem Cletzenium capitis damnant. At Sundenſes prope vniuerſum Senatum interfecere.

Anno 1424. Braccius Peruſinus, bellator in Italia ſuo ævo præclarus, immortalis vero redditus ſcriptis Campani, dū in Aquilæ vrbis obſidione perſeuerat, ab exercitu Pontificis & Ioannæ reginę Siciliæ profligatus vulneratuſque 5. Iunii, captiuus in hoſtium caſtra delatus poſtridie obiit.

Anno 1424. Iacobus Mutius Attendula, cognominatus Sfortia, ex humili ſorte rei militaris induſtria ad res ampliſſimas prouectus, dum aduerſus Braccium Peruſinum, ſtrenuum & ipſum bellatorem, in Aquilæ vrbis obſidione nenſes tum aliquot occupatum, vna cum equeſtribus turmis contendit: in flumine quodam periclitanti puero armigero ſubuenire conatus, ipſemet periit 3. Ianuarii. Huius Sfortię 1. filius Franciſcus, ducta in vxorem Blanca Ioannis Marię filia naturali, occupauit Ducatum Mediolanenſem.

Anno 1424. Die Iouis 17. Augusti accidit pugna Vernoliana, qua Angli multo suo sanguine, quinque pugnatorum millia, in quibus permulti Scoti deleuere; occisis 60. ex nobilitate Gallica. id accidit Scotorum superbia, iactantium seruare nolle vllum Anglum captiuum.

Anno 1424. Humfredus Gloceſtrius cum Iohanna sua Bauara comitatus 5000. Anglorũ armatorũ mense Octobri adpellunt Caletum, ac fine Nouembris in Hannoniam transeunt, quam omnem fere recipiunt, vnis Hallis stantibus à Brabanto; cui paulo post tota Hannonia adiudicatur, Iacoba vero Idibus Iun. transfertur Gandauum, dum constet de sententia Pontificis Max. circa vtrumque matrimonium.

Anno 1424. Ad Calendas Septembr. Iacoba Bauara sumpto virili habitu de nocte profugit Gandauo auxilio Theoderici Merwedii, cursuque non intermisso venit in Hollandiam; vbi eam statim insequitur Philippus Burgundus. hinc bellum, in quo Cabeliauci Philippo, Houcci Iacobæ adfuerunt.

An. 1425. Ciues Brunsuicenses Ampteuiam arcem expugnant & destruunt.

An. 1426. Idibus Ianuarii crudelis admodum fuit pugna iuxta Zirizeam inter Anglos subsidio missos Iacobæ à Gloceſtrio, & Philippum Bonum, cuius nobilitas multa perit, parta tamen sibi per ipsam victoria.

Anno 1426. Rex Cypri in prælio capitur à Sultano Ægypti, Nicosia aliisq; oppidis direptis. Stabat in mari classis Christianorum à quibus subsidia petierat, sed barbarus denunciat nostris se regem illico occisurum, nisi classis extemplo recederet: quod & fecit. Rex se redemit ducentis millibus ducatis præsentibus, & quinque millibus annuis.

An. 1426. Initium irruptionum Hussiticarum in Silesiam, cui agmini mixti fuerunt latrunculi non solum Boemici, sed etiam Polonici. Vngar. Mora.

Anno

Anno 1426. Miſnenſes prælio fuſi ſunt ab Huſſitis ad oppidum Auſſig. 15. Iunii. Fabric.

Anno 1427. Hoc anno (alii ad ſeq.) Electores imperii cum magno exercitu, qui ad euertendam Boemiam ſatis virium habere credebatur, Boemiam ingreſſi ſunt: ſed ad rumorem aduentantium Boemorum omnis ille Alemanorum & Anglicorum numeroſus exercitus, hoſte nondū conſpecto, terrore correptus, fugam pro prælio iniit, caſtra omni opulentia referta hoſti prædanda relinquens, Mecho. & Syluius cap. 48.

Anno 1427. Magdeburgenſes atque Hallenſes ciues oppugnant Berneburgum arcem deprædatricem mercatorū. occupaſſentque vi niſi interuentu Gulielmii Senioris Ducis Brunſuic. tranſactum fuiſſet cum Comite Anhaldino, vt bona prætereuntibus violēter adempta intra quinquennium reſtituerentur.

Anno 1427. Terræmotus adeo Burdigalam concutit, vt inferior pars teſtudinis Baſilicæ D. Andreæ in die feſto πάντων corruerit.

Anno 1427. Hiems ſine frigore fuit: adeo vt circa diem Nicolai arbores & fruges florerent. cæterum æſtas fuit pestilentiſſima.

Anno 1428. 10. Calend. Martias quingenti carrus deducuntur è Pariſiis Aurelianum in caſtra ſub præſidio 4000. pugnatorum, quorum bona pars Scoti. ii omnes cæſi vel capti à paucis Anglis, qui vnum tantum è nobilitate ſua deſiderarunt, cum periiſſent è Gallis 120. accidit hęc clades arrogantia hoſtium Anglum ob paucitatem contemnentiū.

Anno 1428. Philippus Comes Flandriæ Iacobam Bauariam obſidet Gaudæ, quorum ciues perterriti perſuadent ei vt pacem ſolidam faciat. Itaq; Philippo agnito prouero hęrede, ipſum ditionū ſuarū interim creat præſidem; promiſſo illi ſe nupturam niſi de conſenſu Philippi, & populi ſui.

Anno 1428. 10. Martii Brixia Langobardię vrbs ſubmittit ſe Venetis.

Anno 1428. Bergomenſes immodicarum exactionum

pertęsi, Ducis Mediolanensis iugum excutiunt, ac se Venetis spe maioris libertatis submittunt 6. Maij.

Anno 1429. Principio Martii Ioanna illa Lotharingica accessit primum Carolum Gallię Regem, eo redactum angustiarum, vt instar priuati hominis viuere videretur, deque fuga in Hispaniam cogitaret. dictitabat se diuinitus missam vt Anglos exigeret Gallia, regemque perducturum in Rhemos ad sacram vnctionem; quod & præstitit: vt pateat, Deum non æternum irasci; & à sevno omnem dari victoriam. itaque die 8. Maii, illa duce Aurelianenses iam sex menses obsessi oppugnatique, & tunc desperabundi, liberantur.

Anno 1429. Post mortem Ziscæ, Hussitici initium fecere irruptionis in Silesiam, incredibili rabie: quæ tamen eo minus miranda, quod eis se admiscuerant specie religionis, variarum gentium fures latronesque Poloni, Moraui, Vngari.

Anno 1429. die Omnium Sanctorum Gulielmus Senior Dux Luneburgensis Danos acerrimo vincit prælio ad Flensburgam. Interim Ottho fratruelis Bernardi filius populatur eius ditionem. Sed ei deinde placando fit permutatio Ducatuum: Gulielmus Brunsuicensem accipit, Ottho eiusque Pater Bernardus Luneburgensem.

Anno 1430. *Iubilæus Mundi* 108. *Mosis* 58. *prædicationis Christi* 28.

An. 1430. Mahumetes II. Imp. Turcicus, qui Constantinopolim cepit, nascitur 24. Martii. Est annus 800. à morte Mahumetis primi Pseudoprophetæ Turcici.

Anno 1430. Pridie feriarum adscensionis Dominicæ Ioanna puella Lotharingica obsessa, Compendii à Philippo Burgundo erumpit cum 500. pugnatoribus, recepturaque se in oppidum, capitur à Burgundis. quidam volunt proditam ipsis à Gulielmo Flauiacensi oppidi præfecto; idque mox morte sua luiturum prædixisse puellam.

Anno 1431. Mense Ianuario Casletenses conspirant in Sena-

Senatum ac Prætorem ſuum adunatis ſibi 30. millibus perditiſſimorum hominum ex vicinis pagis; quos diſiicit Philippus Comes Flandriæ, ſumpto ſupplicio de vno alteroq; turbonum duce. cauſſa motus erat quod prætor ſeueriores exigeret pœnas de eis qui à rixis ad pugnas veniebant, mutuoque ſe vulnerabant.

An. 1431. 3. Cal. Iunias pridie feriarum ſanctiſſimi corporis Chriſti Rhotomagi in foro cremata Ioanna puella, cinere in ventos diſperſo. Volunt hi factum per odium Anglorum, illi propter hæreſin & magiam.

Anno 1431. Sub ferias D. Bartholomæi, Antonius Comes Vaudemontius inſignem retulit victoriam, occiſis 8. millibus de Renato Siculo. vterque ſibi vindicabat Lotharingiam à morte Caroli: hic iure affinitatis, ille fraternitatis.

Anno 1431. In fine Nouembris Henricus Henrici Regis Angliæ ex Frācica filius, ducitur Lutetiam, ac puer nondum 12. coronatur in regem Galliæ in æde Deiparæ à Cardinale Vinceſtriæ.

Anno 1431. Gulielmus Senior dux Brunſuic. grandi prælio vincit Philippum Burgundiæ, qui Carolū Franciæ Regem bello perurgebat. Interim frater eius Henricus occupat arcem Wolfebutel. res deinde ita tranſigitur, vt Gulielmo cederet Hamburga, & Hanouera; Henricus vero retineret Wolfebutel cum terra Brunſuicenſi.

Anno 1431. Iuliano Cardinali præcedente, Electores Imperii cū magna multitudine Boemiā inuaſerunt, Boemis tenui exercitu cōtra eos procedētibus: Ibi ingēs pauor, cuius cauſa non ſuberat, Alemanorū animos adeo concuſſit, vt ex denunciatione aduenientium hoſtium in fugam verſi ſint. Mechou.

Fuſius hanc hiſtoriam perſequitur Æneas Syluius, cuius hæc ſunt verba: Sigiſmundus Noribergam profectus noua Principū auxilia comparat. Martinus quoq; Pontifex Iulianū Cardinalē in Teutoniā mittit: vt Boemis bellū inferat, & in Baſilienſi Cōcilio, quod propediē futurū erat, nomine

Apoſtolico prę ſideat, Is Germaniam ingreſſus, mox Noribergam ad Sigiſmundum ſe confert, quo in loco frequentes Germanorum reguli conuenerant. Decreta eſt noua in Boemos expeditio ad 8. Cal. Iul. Fuere in ea expeditione Albertus & Chriſtophorus Bauariæ, & Fredericus Saxoniæ Duces: Ioannes & Albertus Brandeburgenſes principes cũ Frederico patre, quem penes belli ſumma erat. Herbipolenſis, Bambergenſis, Eiſtetenſis Epiſcopi, Societas Sueuorum, & imperialium ciuitatum, Moguntinus, Treuerenſis & Colonienſis Antiſtites, auxilia miſerunt, & cum his prouinciarum ſuarum primores, ſupra quadraginta millia equitũ fuiſſe traduntur. Peditũ minor erat numerus. Cardinalis Boemiam ingreſſus, numeroſum illum exercitum ductans multas hæreticorũ villas incendit, oppidaq; diripuit. Interea ſiue proditio in fidelium exercitu fuit, quod multi putauere, ſiue inanis ſua ſponte mentes hominum pauor inuaſit, totis caſtris trepidatum eſt, & priuſquam hoſtis vllus in cõſpectu daretur, fœdiſſima fuga cœpta. Hoſtis paulo poſt ex metu alieno factus audax adfuit, impedimentiſq; omnibus, quibus per ſyluam non erat facilis exitus, & ingenti præda potitus eſt. Iulianus Cardinalis ex Boemia exactus Baſileam ſe contulit, ibique Concilium celebrauit. Sigiſmundus Romam coronæ ſuſcipiendæ cauſa petiit.

Anno 1431. Sigiſmundus Imp. Romæ coronatur ab Eugenio PP. 18. Maii. Anto. Syl.

Anno 1431. Theſſalonicam vrbem Amurates Turcarum Rex multoties oppugnatam, Venetis, cæſis defenſoribus, eripuit. Leoncla. Drechsl. hunc euentum refert ad an. 1438, Bonfinius vero ad an. 1439.

Anno 1431. Plaua vrbs Voitlandiæ à Boemis Thaboritis exuritur 25. Ianuar. alii ad præced.

Anno 1432. Pridie Idus Auguſti maximus excitatus tumultus in Flandria propter nouam monetam; quæ dum cuditur, veteres nummi adeo deprimuntur, vt tertia in auro, quar-

o, quarta in argento periret. nolebant perdere ad ſum-
ium, niſi partem ſextam.

Anno 1431. Immane hiemis frigus, vites arboreſque
erit. inde ſequenti anno ſumma annonæ caritas: adeo
interdictum de non edendis carnibus, Veneris aliiſque
ius, in Turgea prorſus tolleretur.

Anno 1433. menſe Iulio Iacoba Bauara clam nubit Fran-
Borſalienſi ex nobilitate Zelandica. quem deinde
Philippus Bonus interceptum Rupelmondæ cuſtodit,
d deinde vxori redditur, non ſine damno hereditatis
ius.

Anno 1433. die Iacobi filii Zebedæi, qui tunc erat Do-
inicus, & dicatus recordationi templi paræcialis, dum
opulus ſpectat miſſam, tota Glogouia igne periit, præter
œnobium S. Franciſci.

Anno 1434. die Iouis ante D. Viti, hoc eſt 10. die Iu-
ii paulo poſt obitum Bernardi Ducis Luneburgenſis,
Gulielmus Senior & Ottho Duces Brunſvicenſes expu-
nant Hachmolen arcem Comitis de Speigelberg. In-
erea Ioannes de Hoia Epiſcopus Colonienſis, Comi-
eſque de Speigelberg & Lippia vaſtant ducatum Brun-
uicenſem. Inde Gulielmus Senior ingreſſus Co-
niratum de Hoia expugnat arcem Barenborg. Facta tan-
em pace Gulielmus Senior anno 1435. accipit à Speigel-
ergio arcem Hallermundam.

Anno 1434. menſe Iunio Huſſitæ inter ſe diſſi-
lentes ad pugnam vſque proceſſerunt, vbi vterque
Procopius in acie cecidit. Thaboritæ capti horreiſ-
que incluſi immiſſo igne crudeliter perierunt.

Anno 1435. Carolus Rex Galliæ tandem per hono-
ificentiſſimos legatos impetrat de Philippo Burgun-
ione, vt ei remittat cædem parentis ſui Ioannis, ple-
arieque ipſi de iniuriis cæteris ſatisfacit; conuenitque
n pacem, quæ XI. Calend. Octobris totam per Galliam

publice denuntiata, innumeros mortales miro affecit gaudio.

Anno 1435. Fridericus Elector Saxoniæ eiusque frater Gulielmus, frustra oppugnant Hallam Saxoniæ, munitam præsidio Brunsuicensium.

Anno 1435. Burdigala à fascinatoribus veneficiis plurimum vexatur, quorum aliquot viui exuruntur.

Anno 1436. mense Aprili Lutetia Parisiorum erepta Anglis proditione venit in potestatem Gallorum, per Ioannem Villarium, qui & antea eam ceperat pro Anglis.

Anno 1436. Alphonsus Arragonius, nauali prælio superatus à Genuensibus, vna cum rege Nauarro, multisque aliis è summa nobilitate captus Mediolanum abducitur ad Ducem Philippum, die 5. Augusti; gratisq; post dimittitur.

Anno 1436. Slusæ rixa orta inter ciues & mercatores Osterlingos, horum sexaginta occiduntur aut vulnerantur. ea propter supplicium sumptum de duobus: tertius, nomine Eligius Iurdanus oculos velatus, dum flexis genibus expectat lictoris ictum; repente è cælo tonitru lictorem aliosque ita attonat, vt Iurdanus nemine animaduertente se subduxerit.

Anno 1436. Philippus Dux obsidet terra Caletum triginta pugnatorum millibus, sed ciuibus & tyronibus. itaque cum mense Augusto classis Hollandorum qui mari ciuitatem claudebat se subduxisset, metu classis Anglicanæ, Gandauenses ceterique, proditos se rati, reluctante & contra nitente Principe suo Philippo, reuulsis tentoriis vasa conclamant, abeuntque domum. hinc data licentia obsessis occidentalem Flandriam impune deprædandi; recipiendique se ad suos cum mille ducentis curribus refertis vi spoliorum; & quinque

que præterea puerorum millibus, qui parentes ſuos fuga aſſequi nequibant.

Anno 1437. menſe Nouembri Carolus rex Galliæ cum Ludouico filio & regni nobilitate ciuitatem Lutetiam Pariſiorum ingreditur; quam non viderat annis vnde viginti.

Anno 1437. Ruſticorum tumultus in Tranſiluania ducibus Antonio & Martino.

Anno 1438. Alberti II. generi Sigiſmundi, Imperium.

Hic Albertus vno eodemq; anno Chriſti 1438. ter coronatus eſt. I. Cal. Ianuar. eſt ei impoſita corona regni Vngariæ. II. Pragæ 6. Maii renunciatus eſt Rex Boemiæ. III. Francofurti 20. Martii ab Electoribus deſignatus, eſt Imp. Roman. ſed non imperauit toto biennio: ita repente occidit, qui breui ad ſummum potentiæ creuerat.

Anno 1438. ipſis Ianuarii Calendis Albertus Auſtriæ Dux, gener Sigiſmundi Imp. vna cum Eliſabetha coniuge, apud Albam regalem coronatur Rex Vngariæ.

Anno 1438. iuxta Abbeuillam mulier quædam infantes plures occiderat, ſectoſque ſale condiuerat tanquam carnem cibariam. comperto facinore crematur.

Anno 1438. Brugis lue peſtilenti exſtincta 24. millia hominum. tanta etiam eodem tempore fames, vt libis illis oleaceis veſcerentur quæ conficiuntur in traperis.

Anno 1438. Amurathes Imp. Turcarum cum dedecore ſoluit obſidionem Belgradi poſt ſeptimum menſem, amiſſis in foſſis hominum 10000.

Anno 1438. Ciuitas Norwichum ad quadriennium libertate priuata, omne magiſtratuum ius amiſit.

An. 1438. Ex hoc tẽpore tres egregii magniq; nõinis bellato-

res inclaruerunt. I. Albertus Marchio Brandeburgenſis, poſtea dictus Achilles Germanicus, quem hoc anno Albertus Imp. Vratislauienſis belli ducem dedit, teſte Ænea Syluio cap. 55. II. Georgius Podiebrad, poſtea Rex Boemorum, qui hoc anno in prælio apud Thaboritas hoſtem feriendo & repellendo, futuræ virtutis ſuæ documenta dedit. III. Ioannes Huniad, Matthiæ Regis Vngariæ pater, qui Turcas multis cladibus adflixit: fuitque Valachus natione, humilibus natalibus ortus: ſed, vt Syluius ait, ingenio dextro, animo ſublimi, & virtutis amator, quique primus omnium apud Vngaros Turcarum acies & frangi & vinci poſſe monſtrauit, & hoſtium ſpoliis Vngarica templa ditauit. De quarto, nempe Scanderbego, paulo poſt.

Anno 1438. In Pariſiorum finibus lupi deuorant homines amplius 80. nec ab ipſa vrbe rabies eorum abſtinet. accedit ei inſuper peſtilentia qua exſtinguuntur ſupra 50. millia capitum. nempe ex prioribus bellis & anni ſterilitate, nihil erat reliquum in agris, ideoque magna vis mortalium confluxerat ad vrbem.

Anno 1438. Albertus Cæſar venit Vratislauiam 18. Nouembris: manſitque ibi ad ver anni ſequentis. prolapſuſque interim ex gradibus ſcalæ, perpetuo claudicauit. Vratislauienſibus belli Ducem dedit Marchionem Albertum, qui retunderet Polonos Certa tamen pax non fuit in Sileſia ab anno 1420. vſque ad regnum Uladislai Poloni anno 90. quo quidem quieuerunt bella, ſed ſucceſſere latrocinia bellis terribiliora.

Anno 1439. Amurates Rex Turcarum regiam Seruiæ ſiue Raſciæ arcem Synderouiam expugnauit, & Georgii Deſpotæ ſoceri ſui filium Gregorium oculis & pudendis priuauit. Cuſp. Chron. Vng.

Anno 1439. obiit Ioannes Princeps Saganenſis Henrici frater. is coniugem ſuam filiam Landgrauii Thuringiæ calcaribus per ὕβριν agitauit, eamque cum duabus

bus filiabus & tribus filiis domo eiecit. Abbati Saganensi eruit oculos. Familiari sermone sæpe dicebat, non se moriturum priusquam turris Saganensis cecidisset. quæ cum isto anno caderet die Iouis antecedente Quadragesimam, Princeps in se descendit & pœnitentia acta mortuus est post Pascha.

Anno 1439. mense Iunio ludi balistariorum Gandaui indicuntur, ad quos Aldenardenses ingressi sunt viri 1200. omnes albenti vestitu, tuleruntque palmam pulcerrimi introitus. Bergizomii primas tulerunt ex ludis.

Anno 1439. vetitum Calendis Decemb. per Philippum Bonum ne pannus Anglicus vendatur in Flandria.

Anno 1440. Friderici III. Ducis Austriæ Imperium. Electus est Francofortí 30. Martii, æt. 26. Fuit Fabio Max. quam Scipioni propior, multa ponens in cunctatione: nō in celeritate rei conficiendæ, alioqui Augustum Cæs. proxime attigit imperii diuturnitate, & habuit non pauca cum Augusto communia. Estq; hic annus à natali Augusti Cæs. 1500.

Anno 1440. Ladislaus Rex Boemiæ & Ungariæ, filius Alberti Imp. in arce Comara, nascitur tempore ineuntis quadragesimæ 21. Februa. (alii 22) & die Pentecostes infantulus, cum nondum quartum mensem impleuisset, coronatur in Regem Vngariæ: postea à matre in Austriam cum Corona Vngarica ad Fridericum III. Imp. vt ad consanguineum, mittitur nutriendus & conseruandus. Interim Vladislaus Polonus Iagellonis filius etiam coronatur Rex Vngariæ 17. Iulii in Alba Regali: & quod Æneas Syluius annotat: Dionysius Episcopus Strigonienſis, vtrique Regi diadema imposuit: Ladislao volens: Vladislao coactus. Mechou. Chron. Vng.

Anno 1440. In feriis D. Bartholomæi arsit Gauda Hollandiæ pene tota.

Anno 1440. Amurates Turc. Imp. obsidens Belgradum, amittit in follis ad decem millia hominum, & post 7.

menſes cum dedecore obſidionem ſoluit. Chron. Vngar.

An.1441. Georgius Podiebrad, rei militaris peritia, rebuſq; ſtrenue geſtis, inſignis, deligitur gubernator Boemię, qui Pragam hoc pacto in poteſtatem ſuam redegit: mittit coniuratos, qui conſtituta inuadēdæ vrbis die incēdium in parte vrbis admodum remota excitant: concurritur ad reſtinguendum ignē. Interea Georgius ex aduerſa parte cum copiis muros inuadit, nec mora, proditores portas in inſtāti aperiunt, trucidantur reſiſtentes: & ex illo tempore Praga totaq; Boemia Georgio paruit. Syl. Mechou.

An. 1441. Sigiſmundi Regis Vngariæ exercitus à Turcis prælio ſuperatus, profligatur ad Columbacium Seruiæ oppidum, iuxta Senderouiam ad ripas Danubii. Cuſpinianus, Drechslerus.

An. 1441. Ioannes Huniades exercitum Turcarum, cuius dux erat Meſites Begus, per Valachiam Tranſalp. in Tranſyluaniam irrumpentem, vna cum duce Meſite eiuſq; filio feliciter cæcidit & profligauit. Turcarum viginti millia cæſa, ex Vngaris tria circiter millia deſiderata ſunt. Bonfin. Leonclau.

Anno 1441. Multa eſt in cibis pauperum concha, cui nomen Belgis Muſſchel. earum collectioni apud Sluſam vbi impoſitum eſt aliquid vectigalis, non comparuere. poſtquam ſublatum eſt tributum, rurſus adfluxere. quo Deus docet, ne Princeps gratuito data cælitus, ſua faciat.

Anno 1441. Henricus Manſuetus Dux Brunſuicenſis & Otho Luneburgenſis fruſtra premunt obſidione militares de Aluensleben in arce Arxleben.

An. 1142. Albertus Vrſus, princeps Anhaltinus, Marchiá Brandeburgenſem obtinuit. Ab hoc Alberto Vrſo denominatæ ſunt vrbes Marchicæ, Berlinum, Bernauia, Berualdia, &c. Iuſt. Brotuf.

Tritthemius ea de re ita ſcribit: *An. 1141.* Henricus Marchio Brandeb. obiit ſine liberis, Marchiam in manib. Imperatoris liberam relinquens: quam Cunradus Imp. conſilio Princi-

Digitized by Google

Principum, Adelberto Comiti de Soltwedel in feudum Imperiale conceſſit.

Anno 1442. Alphonſus Arragonius 6. Iunii Neapolin recipit, ereptam Renato Andegauenſi, poſtquam annos 21. continuos de regno Neapolitano contendiſſet. Eodem vero modo ante annos 905. à Belliſario, irrepentibus per aquæductus militibus, recuperata fuit.

Anno 1442. Abedines Romaniæ vel Europæ Beglerbegus, magno exercitu, quem octoginta Turcarum millibus æſtimatum fuiſſe ſcribit Bonfinius, cladem ſuperiori anno cæſis Meſitis Begi copiis Amurati Turc. Imp. illatam, vltus, à Iohanne Huniade in Tranſyluania ad locum, quem Vaſcapum appellant, prælio fuſus & ſuperatus eſt. In quo non tantum ad triginta millia Turcarum (exceptis 5000. captiuis) cæſi periere: ſed & ipſe Abedines ſimilem cum Meſite Bego belli fortunam expertus occubuit. Bonfin. Leonclau.

Anno 1442. fuit Glogouiæ incendium in platea Iudęorum die S. Marci. qua vius occaſione populus domus eorum diripuit, ſynagogam euertit.

Anno 1442. Alphonſus Aragoniæ rex occupat Neapolim 6. Iunii.

Anno 1442. Ab hoc ferme anno incipit hiſtoria Scanderbegi, Ducis Epiri & Albaniæ. Is adhuc adoleſcens à patre ſuo, Duce Iohanne Caſtrioto, Turcarum Imperatori Amurati cum tribus ſuis fratribus obſidū loco traditus fuit, tum dictus Georgius: Turcæ vero propter magnifica eius facta indiderunt ei nomen Scanderbeg, quod perinde ſonat, ac ſi dicas, Alexander Magnus, aut Alexāder Dominus. Cumq; aliquot annis in aula Turcica educatus fuiſſet, ſenſim eum inceſſit cupiditas regni patrii, cuius Metropolis erat Croia, natura munitiſſima vrbs, & plane talis, vt ſeclusa fame, omnē vim bellicam facile contemnat. Poſtquā autē Deſpota Myſiam recuperatam rurſus perdidiſſet, & cōſilio Iuliani Cardinalis, quē Eugenius miſerat, Regem Ladislaū auxiliatorem imploraſſet: id intelligens Amurates, Baſ-

ſam Romanię & Scanderbegum mox in Vngaros prę miſit cum 20. millibus, ipſe more ſuo cum reliquo exercitu ſecuturus. Eo tempore Huniades 35. millia militum habebat, & apud Morauam fluuium Baſſa & Huniades congreſſi ſunt. Scanderbegus cum videret res Turcarum infeliciter habere, auxilio amicorum, inprimis Ameſæ ex fratre nepotis, in Vngarorum partes ſecedit, Secretarium Baſſæ capit, literas ad præſides & Magiſtratus Croiæ ab eo extorquet, in quibus nomine Amuratis Scanderbego ciuitas & omnis præfectura traderetur. Confectis literis mox Secretarius & alii decollantur, vt res Amuratem celetur diutius. Scanderbegus, qui cum Vngaris & Huniade antea de rebus inſtituendis conſultarat, magno itinere feſtinans ſoluit, die ſeptimo Dibram venit, 70. millia paſſuum diſtantem à Croia. Ameſa aſtutus iuuenis, Scanderbegi Secretarium ſe ſimulans, Croiæ præfectum accedit, alloquitur, & ei creditur, iamque barbarus conuertit ſua, vt paret abitum. Ita Scanderbegus Croiam patriam ſuam recuperat, magno Croienſium gaudio: Turcæ qui inhabitarant, partim pelluntur, partim occiduntur. Hic Scanderbegus ſua magnanimitate ſæpe totius oriẽtis robur & vires fregit, totius orbis oculos in ſe cõuertens: nec contẽtus in Epiro & Albania præclare & heroice agere, verum etiã totum ſe impendit, vt auerteret quicquid Vngariæ incommodaret. In hoc Heroe tantus fuit dimicandi ardor, vt pugnãti ſanguis è labris eruperit. Vita eius, & Paralipom. Vrſperg.

Anno 1443. maxima nix cecidit in Flandria primo aut tertio die Maii: magna vero grando 10. Maii.

An. 1443. Vladislaus Vngarię Rex Iuliani Cardinalis ſuaſu & Vngarorum inſtigatione cũ exercitu in Turcas mouit, & cum Baſſa conflixit, quo victo duo millia hominum (Iõfin. habet 30. millia) cęſa ſunt, 4. millia capta, inter quos ductores 14. fuere: ſigna militaria nouem: ſicut Iulianus Friderico Cæſari, qui tunc in Carinthia erat, ſignificauit. Vladislaus Budam vrbẽ cum magna populi lætitia quaſi triũphator intrauit: ſed huius victoriæ, præter auſpicium, nihil

ad eum

Digitized by Google

ad eum pertinuit. Nam solus Huniades Waiuuoda Transyluanus, rei militaris peritissimus, cum decem millibus expeditorum militum hoc bellum confecit. Fracti hac pugna Turcæ (nam & in Asia confligere conabantur) inducias petunt, quas traditis quibusdam arcibus obtinuerunt. Syluius Epistola 81. Vng. Chron. Bonfin. & Mechou.

Anno 1443. Terræmotus concussit Vngariam, Poloniam & Boemiam 5. Junii. Mechou.

Anno 1443. Taboritæ oppressi in Boemia à Pontificiis & Calixtinis.

Clades Varnensis.

An. 1444. Hic est annus cladis Varnensis omnium celebertimæ & Christianis luctuosissimæ, cuius historiæ hæc fere est summa: Ioannes Huniades secundis aliquot præliis Turcas superauerat, & *A*muratem ita terruerat, vt pacem vltro posceret, & Christianis decennii inducias offerret: quas cum Vngari non recusarent, præstitum est ab vtraque parte iuramentum, Christianis quidem libro Euangeliorum, Turcis vero codici *A*lcorani digitos inter iurandum imponentibus. Molesta ea res Iuliano Cardinali fuit, cui prosequenda victoria videbatur, præsertim cum Eugenius Papa Iuliano scripsisset, nullum valere fœdus, quod se inconsulto cum hostibus religionis percussum esset. Vladisaus itaque per Iulianum à iuramento absolutus, & ad bellum instaurandum impulsus, & coactis ex Vngaria copiis, atque auxiliis vndique accersitis, Turcarum agros inuadere statuit, Iohanni Huniadi castrorum cura commissa. Traduntur fuisse circiter 40. millia equitum, plerique dimidio minorem numerum prodidere. Reguli Vngariæ & Pontifices plurimi interfuere: Iulianus Cardinalis milites truce signatos non paucos secum duxit: iter per VValachiam susceptum, deinde transito Danubio in Mysiam tentum. *A*murates hostium cognito aduentu exercitum ex *A*sianis militibus comparauit. *A*c si vera est fama, centum millium exercitum conflauit, qui traiicere Bosphorũ

Thraciæ non potuiſſet, niſi Genuenſes in ſingula Turcarũ capita aureo nummo accepto, tranſeuntibus naues præbuiſſent. Aduentus Turcarum tam ſubitus fuit, vt prius veniſſe viſi ſint, quã auditi venire. Vbi ergo in conſpectu fuit multitudo hoſtium longe maior quam putaretur, ingens terror Chriſtianos inuaſit, qui tamen non detrectauere certamen, nec regio ſanguini defuit animus. Attigerant autem Chriſtiani locum, cui Varna eſt nomen, non procul ab Adrianopoli, eratque profeſtum D. Martini, 10. Nouembris. Amurates dato belli ſigno, ex 15. millibus equitum facto globo, impetum fecit in Chriſtianos, qui itidem ſtructis ordinibus aciem eduxerant: pugnatum eſt ferocibus animis: ſuperior acies noſtra Turcas in fugam vertit, quæ res magno metu Amuratem perculit, fugiſſetque protinus prodito exercitu, niſi circumſtantes Satrapæ, comprehenſo eius equi freno, ignauiam illius increpaſſent, fugientique necem comminati fuiſſent. Perſtitit ergo vel inuitus, iuſſiſque fortiſſimis arma ſumere, prælium inſtauratuit. Cumque in ſingulas fere horas nouus hoſtis ſuccederet, & ſauciorum Turcarum loca recentes & viribus integri milites occuparent, Vngari non tam virtute, quam numero ſuperati, paulatim referre pedem cœpere. Vladislaus dum fortiter pugnat, equo deiectus obtruncatur, caput eius haſtæ infixum per Græciam atque Aſiam in ſignum victoriæ populis oſtentatum. Huniades cum ex pugna ſalutem nullam ſperaret, vna cum aliquot millibus Vngarorum & Walachorum ex acie euaſit, quod aliquos ſeruari, quam omnes perire mallet. Iulianus Cardinalis ex hoſtium manibus iam elapſus, Vngarorum perfidiam effugere non potuit: nam potum equo dantem apud ſtagnum latrunculi quidam agnouere, & ipe pecuniæ apud eum inueniendæ deiectum equo necauerunt: ablatiſque veſtimentis nudum cadauer feris ac volucribus dimiſere. De numero cæſorum non exacte conſtat. Illud exploratum eſt, longe plures ex Turcarum acie cecidiſſe, ſed pro numero copiarum longe maius damnum Chriſtianis illatum.

Sun-

Sunt qui affirment, ex Christianorum exercitu vix salua parte tertia cecidisse ad quinq; millia hominum, cum Turcarum supra 30. millia periissent. Vnde victor Amurates interrogatus, cur post victoriam nulla lætitiæ signa ostenderet, Nollem, *inquit*, hoc modo sæpius vincere. Vide Æneam Syluium in Europæ descriptione c. 5. Et eiusdem Epistolas 52. 81. 87. Cuius hæc sunt verba in Epistola 81. Diu certatum est æquis viribus, dum Christiani suas acies virtute sustentant: Turcę vero suas numero complent. Cumq; per plures horas nunc illi nunc isti cederent, inclinata ad extremum Christianorum acie, victores euadunt Turcæ, qui iuramenta non solum domesticis fidei, sed etiam hostibus seruanda demonstrant. In hoc prælio adolescens Vladislaus occisus, pœnas dedit vsurpati regni alieni, qui dum spoliare paterno regno Ladislaum quærit, suum amittit. Cœca est cupiditas hominum, qui non contenti ciuitatibus dominari, prouincias quærunt post regnum, neque etiam sic expleti regnis regna cumulare nituntur, nescientes, quod paruas res vitã eripiat homini & omnibus pompis ac dominiis nudum in momento reddat. Corpuscula nostra, vbi spiritus euolauit, modico sarcophago contenta sunt. Quod si Vladislaus animaduertisset, quietus in regno suo (nam satis diuitiarum possidebat) nunquam Vngariam attigisset, &c. Idem Epistola 51. Iulianus Cardinalis non fuit in bello fortunatus. Nam & aduersus Boemos cum exercitu profectus, fugatus est. Occisi cum eo sunt aliquot Episcopi & Barones Vngariæ. Insignis est hic annus multis cladibus. Nam & Suitenses apud Basileam cæsi sunt: & Delphinus quam plures Alemanniæ ciuitates occupauit. Hæc ille.

An. 1444. De Armeniacis Alsatiam obsidentibus & Suitensibus (ita Heluetios vocant) apud Basileam miserabili strage cęsis & prostratis. Vide Syl. Epistola 87. & Paral. Vrsperg.

Anno 1444. Ludouicus Delphinus militẽ in Heluetiorum fines ducit Anglum pariter Gallumq;, ideo potissimũ,

vt prædonum colluuie Gallia purgaretur. ſed eum auertit Renatus Dux Lotharingiæ, adhibetque obſidioni Mediomatricum ad quã ſedit per ſenos totos menſes & amplius, donec tranſigeret cum Siculo.

Anno 1444. Die 26. Auguſti Heluetiorum exig umanus, à Delphino Franciæ, qui cum Armeniacis in Alſatiam venerat, conciſa eſt prope Baſileam; nec tamen inulta, interfecto quadruplo maiore hoſtium numero.

Anno 1444. Boleslaus Opolienſis mercatores Cracouienſes ituros ad nundinas Vratislauiẽſes ad dieꝝ nati Baptiſtę oppreſſit, ademptis ducentis aureorum milibus.

Anno 1445. Extinctus Vladislaus (ætatis ſuæ, vt refert Leonclau. 25.) locũ in regno Vngarię fecit Ladislao Poſthumo, quintum ætatis annum agenti, quẽ Vngari, vt prius antea quoque coronatum, poſt varias longaſq; deliberationes & concertationes Regem ſibi aſciuerunt. Cum autẽ regno immaturus eſſet, de Gubernatore Vngarię eligendo agitatum eſt. Ideoq; Vngarorum cõſenſu Ioannes Huniades, dictus Coruinus, tradita Reip. ſumma Vngarię Gubernator aut Prorex pronunciatur, quod an. 1441. feſtis diebus Pentecoſtes factum eſſe prodit Bonfinius Hocitaq; modo Vladislaus Polonus, qui Ladislaum Poſthumum regno paterno auitoq; ſpoliauerat, quinquennio nondũ exacto, & vita & regno exuitur, eiuſque morte Vngarici regni Sceptrũ legitimo hæredi Ladislao reſtituitur, vt merito de eo ſcripſiſſe videatur Æneas Syluius Epiſtolæ 51. Vladislaus, inquit, non ſuo iudicio (neq; enim per ætatem aliena regna cupiebat) ſed ſuorum ſuaſu, ex pacifico regno in alienum: non ad pacem, ſed ad bellum: non ad opes poſſidendas, ſed ad mortem tractus eſt.

Anno 1445. Fridericus & V Vilhelmus Saxoniæ Duces, fratres, de regionum ſuarum diuiſione habuerunt conuẽtus, V Vilhelmo datum negotium diuidendi, Friderico eligendi. Cum Fridericus eligeret Thuringiam, frater illi cedere noluit: quæ controuerſia motuum plurimorum cauſa fuit. Fabric.

Anno

Anno 1445. Tigurini noctu egressi aduersus Suitios circa Schindellege, lucente Luna decepti, in se ipsos arma conuertunt mutuoq; obtruncant.

Anno 1445. Christophorus Rex Daniæ è Suecia soluēs cum magnis thesauris patitur naufragium, periitque omne aurum & argentum quod proximis annis Suecia diues congesserat.

Anno 1445. Otho Dux Luneburgensis Bernardi filius obiit, cui successit frater Fridericus.

Anno 1445. Die 7. Aprilis obiit Ludouicus Gibber Ingolstadiēsis Bauariæ Dux, Ludouici filius, Stephani nepos, Ludouici IV. pronepos, qui patrē ante biennium ditione exutum, Neoburgi ad Danubium obsidione trimestri clausum, in suam potestatem redegerat, captiuumque ad Albertum Brandeburgensem in vicinam Franciam custodiendum ablegarat. Auentinus.

Anno 1446. Ioannes Gisera Bohemus, impetrauerat ab Imperatore, vt liceret sibi videre & salutare Regē suum Ladislaum postumū, puerum sexennem. ad quē admissus post teneros amplexus, dicitur dixisse: Video teneoq; nūc tandē te mi Rex! vtinamq; scires quot pro te exhauserim laborū, quot sustinuerim vulnerum! en cicatrices fidei mei in te patremq; testes: quā in morte vsq; constanter seruabo. Sed tu hęc per ætatē nondum intelligis. & subridens: quale igitur à te præmiū fidei impetro? quod indulges militi tuo stipendium? Ladislaus puer, arripuit crumenā è paxillo pendentē in qua œconomus seruabat stipē mendicis abiiciendā. ex ea extraxit nūmulos sex, nec enim plures inerant, Giseræq; obtulit: quos ipse auro obductos liberalitatis regiæ documento deinceps è collo gestabat. Æn. Siluius.

Anno 1446. Bellum quod populus Tigurinus cum Suitensibus & Heluetiis gessit, atrox variaque victoria, componitur post annum septimum.

Anno 1446. Catharina Gulielmi Ducis Brunsuicensis & Luneb. filia, Friderici Electoris Sax. coniux, exercitum qui educebatur aduersus Hussitas longa oratione apud Fri-

bergam adhortata est, vt constanti animo pugnarent in hostem.

Anno 1446. Anglia tota terræmotu terribili contremuit.

Anno 1446. Fratres Marchiones Misniæ, rapinis, incendiis, cædibusque suas vastant regiones. Fridericus fœdere iungitur Archiepiscopo Magdeburgensi. durauit id bellum quadriennium. Comites Mansfeldii, vt sua in his turbis tutarentur, dant se in tutelam Episcopo Magdeburgico.

Anno 1446. Discordes inter se Genuenses Carolo Galliæ Regi sese tradituros promittūt. sed magno facto apparatu Rex, nihil assequitur.

Anno 1446. Gulielmus Senior Dux Brunsuicensis emit Comitatum de Wunstorf. Comes ille exinde habitauit in arce Wintzenburg, inque eo tota exstincta est familia.

Anno 1447. Post Eugenium IIII. PP. mortuum Nicolaus V. creatur Pontifex Rom. pridie Non Martii. tenuit Pontificatum an. 8. d. 19. Onuph. Hic Pontifex à liberalitate & bonarum literarum instauratione perpetuam laudem meruit. Nã vt testes sunt Æneas Syluius, Platina & Volaterranus, suo seculo primus literas humanitatis & eloquētiæ, linguarumq; studia ab interitu vindicauit: ingenia excitauit & fouit: præmiis etiam inuitauit literatos, nunc ad lectiones publicas: nunc ad componendum aliquid de integro: nunc ad auctores Græcos in Latinū vertendos, ita vt Græcæ & Latinæ literæ, quæ amplius 600. annis in situ & tenebris iacuerant, tum demū splendorem aliquem adeptę sint. Misit & literatos per omnem Europam, quorum industria libri conquirerentur, qui maiorum negligentia & barbarorum rapinis iam perierāt. Nam & Poggius Quintilianum tum inuenit, & Asculanus Marcum Cælium, &c. Huic acceptissimi fuerūt in transferendis auctoribus Græcis Georgius Trapezuntius, Laurentius Valla, Demetrius Græcus, Horatius Romanus, Nicolaus Perotus, qui Polybium

bium è Græco in Latinum traduxit, Ioannes Tortellinus Aretinus. Illud certe nemo negauerit, tot ei à doctiſ. viris inſcripta eſſe volumina, quot neque ſuorum anteceſſorum neque Imperatorum cuiuſpiam nomini dicata cõperimus. Bibliothecam Vaticanam Romæ auxit, veteribus ac nouis codicibus ornatiſſimam, in qua circiter tria millia librorum volumina condidit.

Anno 1447. Ludouicus Ingolſtadienſis Bauariæ Dux, mortuo Ludouico filio, per quem traditus erat captiuus Alberto Brãdeburgico, ac dein vẽditus ab Alberto 32000. aureorum Henrico Landshutenſi, moritur incarcere Burchuſii 30. Iulii, interea dum Friderici III. Imp. & Caroli VII. Galliæ regis legati de ſene decrepito liberãdo Landshutæ ſatagunt.

Anno 1447. Cum populus à benedictione Nicolai V. P. M. verſus Pontem Hadriani regrederetur, turbata mula quadam Petri Barbi Cardinalis, quæ geſtabat duas feminas in ciſtis, periere 200. homines preſſura & vndis.

Anno 1447. Iacobus I. Scotorum Rex Perthæ 30. vulneribus lethalibus proditorie occiditur 21. Febr. ſcelere patrui ſui Atholiæ, ſed qui vna cum tanti facinoris conſciis, Roberto Stuarto nepote, & Rob. Gramo atrociſſimis ſuppliciis interiere Edenburgi.

Anno 1547. 23. die Maii qui fuit dies Lunæ poſt Dominicam Exaudi, Ericus Iunior Dux Brunſuicenſis ad Draconis arcem graui prælio victus ab Hamburgenſibus & Bremenſibus, tormentis omnibus amiſſis vix euaſit, anno ætatis 19.

Anno 1447. Die 13. Auguſti obiit Philippus Maria Dux Mediolanenſis, Vicecomitum vltimus ſtirpis legitimæ.

Anno 1285. Petrus Arragonum Rex, Manfredi Siciliæ Regis, à Carolo Andegauenſi ad Beneuentum ſuperati gener, leui prælio, arte & dolo Rudolphi Mag. Eq. commiſſo, vulneratus, breui poſt obiit 13. Auguſti.

An. 1447. Gaudaui Leo & Taurus commiſſi in arena; vbi cornibus ſuis mirum in modũ depugnans Taurus, vicit

Leonem: quod præſagium interpretabantur quidã imminentium calamitatum. taurus enim laborioſum animal populum ſignat.

Anno 1448. Iohannes Huniades Coruinus, vt ignominiam aut infamiam Varnæ acceptã aliquo pacto aboleret, cũ exercitu 22000. hominũ ex Vngaria caſtra mouit, anno gubernationis ſuę quarto, atq; primũ cum Turcis feliciter dimicauit, & quædã caſtella obtinuit. Ad extremum tamen mutata fortuna, quæ nulli perpetuo eſt bona, Vngari numero Turcarũ ſuperati, nõ tam victi quã feſſi cedere compulſi ſunt. Huniades poſtquã ſuos neq; minis neq; precibus ſiſtere poterat, cũ paucis ex bello profugit. Emptam multo ſanguine victoriam Amurates domum retulit.

An. 1448. Philippus Burgundus noua & inaudita tributa exegit à Flandris, prauo quorundam vſus conſilio: exigendo 18. ſolidos Pariſiacos de ſingulis ſaccis ſalis; quale onus aliquando & Philippus Valeſius Gallis impoſuerat, nõ ſine eorum graui tumultu. Gandauenſes huic auaritiæ viriliter reſiſtunt. hinc alienatio Principis.

Anno 1449. Amadeus, qui in Baſilienſi Concilio Romanus Pontifex creatus fuerat, dictus Felix 5. cohortante Friderico Imp. propter bonum pacis & ad tollendũ in Eccleſia Schiſma, Pontificatu ſe abdicauit, & Nicolao 5. ius ſui Papatus ceſſit: ſolo Cardinalatus honore ac titulo contentus. Hic *A*madeus rogatus à Principum Oratoribus, ſi quos haberet canes venaticos, eis oſtenderet: annuit vt poſtridie redirent. Interim ingentem mendicorum multitudinem collegit, eaque monſtrata: *Hi ſunt*, inquit, *canes mei, quos alo quotidie, quibus ſpero me cœleſtem gloriam venaturum.*

An. 1449. Albertus Marchio Brandeburgenſis, cognomento Achilles, bellũ Noribergenſibus fecit ob ius quoddã, quod illi negare videbãtur. Principes Germaniæ ſuppetias miſere Alberto: ciuitates vero Noribergenſibus, fuitq; graue & atrox bellũ, in quo Principũ & Ciuitatũ exercitus infenſiſſimis odiis biennio certauere. Nouẽ prælia cõmiſſa ferun-

ferũtur, ex quib. octo victor Albertus cõfecit, in vno tantũ victus ſuccubuit. Et vt multa bella ſedantur partium egeſtate, ita non prius inter hos de pace conuenit, niſi poſtquam exuſtis agris, attritis villis, abactis pecoribus & agricolis interfectis, commeatus ac pecuniæ contendentibus defuere, tum demum pax ex ſententia Alberti dicta. Hæc Æneas Syluius Europæ cap. 39.

Anno 1449. quinto Idus Februarii moritur ſcortum illud nobile bella Agne, Gallis dicta Domina pulchritudinis, reginæ Galliæ pellex.

Anno 1449. Dominica Lætare, id eſt Idibus Martiis Nicolaus P. M. roſam de more conſecrat mittitque Lantgrauio Thuringiæ Comiti Haſſiæ, à D. Eliſabetha ſexto ſtirpis.

Anno 1449. die 19. Iulii recuperatur a Gallis Vernolitum Normaniæ oppidum, quod Angli tenebant, clandeſtino murorum tranſcenſu.

Anno 1449. Philippus Burgundio pridie Idus Septemb. præter ſalis tributum, vrget etiam vectigal tritici: quod etiam Gandauenſes aperte renuunt. quam ob cauſam Senatum omnẽ exauctorat: adeo vt ageret vrbs ſine magiſtratu.

Anno 1450. inuenta eſt ars typographica Moguntiæ per Ioannem Fuſt ciuem eius loci, qui proprio ingenio eam ipſam excogitauit: ita tamen vt prius integras paginas incideret in ligneum & deinde chartæ committeret literas ibidem incidas. *Anno* vero 1452. perfecit eam artem deduxitque in opus imprimendi; adiutus tamen multis ac neceſſariis adinuentionibus Petri Schefferi de Germerſheim Palatini, miniſtri ſui filiique adoptiui: cui etiam in laboris præmium in vxorem dedit filiam ſuam Chriſtinam. Retinuerunt autem hi duo prænominati hanc artem in ſecreto, vſque ad annum 1462. omnibus miniſtris ac familiaribus iureiurando adſtrictis, ne illam quoquo modo manifeſtarent. At tunc per eoſdem domeſticos in diuerſas terrarum prouincias diuulgata, haud parum ſumpſit incrementum. hæc Ioannes Schefferus ne-

pos Fusti subiunxit Trittemii libro de Regibus Francorum, edito à se 1515. Moguntiæ. Aliter tamen de hac arte sic scribit Wimpfelingus capite sexagesimoquinto: Anno 1440. magnum quoddam ac pene diuinum beneficium collatum est vniuerso terrarum orbi a Iohanne Gutenberg Argentin. nouo scribendi genere reperto. Is. n. primus artem impressoriá vel excusoriam in vrbe Argẽtin. inuenit. Inde Moguntiá veniens eandẽ feliciter compleuit. Interea Ioannes Mentel id opificii genus inceptans, multa volumina castigate ac polite Argentinæ imprimẽdo, factus est breui opulentissimus. Sixtus Rusinger Argẽtinus Neapolian. 1471. libri quomodo inprimi possint, primus monstrauit. Sub idem ferme tempus Vdalricus Han formas librarias, rem inauditam, nec vnquá Romanis visam, Romá attulit. Fuit is natione Germanus, cognomento Han, id Latinis gallum gallinaceum significat, quod ideo scribo, quia Campanus & aliquot docti existimauerunt hunc Vdalricum natione fuisse Gallum, quod falsissimum est: is tamen error ideo emanauit, quod cognomen familiæ traductum fuisset in Latinum.

Anno 1450. Hoc Iubilæo Romæ circiter 200. homines in ponte S. Angeli calcatione & pressura perierunt, aut in flumen detrusi & præcipitati expirarunt, cum pro indulgentiis è templo ad Castrum S. Angeli accurrerent. Palmer. Syluius.

Anno 1450. 17. Calend. Maii accidit pũgna Forminiaca, in qua inferiores Angli. ea propter Lutetiæ supplicatum est, iussuq; Episcopi omnes vrbis pueri à templo DD. Innocentium Martyrum iuere ad D. Virginem, numero 20. millium infra 14. annum.

Anno 1450, 8. Calend. Maii strangulatur in custodia quadriennali de nocte per mappam ceruici iniectam Ægidius, iussu fratris sui Francisci Ducis Britanniæ, tanquam nimium fauisset Anglis. Mortuus est & Franciscus 15. Cal. Augusti. citatus à fratre ad tribunal magni Iudicis Iesu Christi.

Anno

Anno 1450. die 3. Nouembr. Comes Wirtembergenſis, quaſdam Sueuiæ vrbes confœderatas prælio ſuperat prope Eslingam.

Anno 1530. 5. Nouembris terribilis quædam æſtuantis Oceani inundatio, aliquot 20. hominum millium ſubmerſionem, nedum vrbium pagorum villarum attulit, in partibus Flandriæ Zelandiæ Hollandiæ.

Anno 1450. tertia pars hominum abſumpta eſt lue peſtilentiali.

Anno 1450. Angli tota Normannia extruſi ſunt poſt annum 30. quam poſſederant.

Anno 1451. Fridericus Imp. ingreſſus eſt iter Italicum. Syl. Cuſ.

An. 1451. Capiſtranus Franciſcanus à Pontifice ex Italia in Germaniam miſſus, paſſim in vrbibus concionari cœpit: acriter inuectus eſt in quælibet vitia: taxauit luxum in veſtitu, cibo & potu, luſorum aleas, teſſeras, tabulas atque chartas magno numero congeſtas & coaceruatas publice cremauit: & populum ad expeditionem in Turcas animauit. Fabric.

Anno 1451. Hoc anno (ſi Cranzemium & Leonclauium ſequimur) Amurates II. Turcarum Rex octauus mortuus eſt Adrianopoli, die 10. Februarii, cum imperaſſet annis 30. Succeſſit in regni adminiſtratione Mahumetes II. Turcarum Rex nonus & primus Imp. Orientis an. ætat. 21. qui fratrem ſuum, ne pater ſolus ſepeliretur, ſtatim ſtrangulari iuſſit. Vtrumq; funus regio ritu duxit, & auſpicia regni pro more gentis parricidio cõſecrauit. Nam felicius apud Turcas priuatis, quam Regibus liberi naſcuntur. Alii ad præcedentem referunt.

Anno 1451. miræ turbæ ſunt Gandaui inter plebẽm & magiſtratum, inter plebem & Principem. optimum quemque ciuium, aut capite priuant, aut in exilium mittunt, aut pecunia multant. deniq; omnem Principis amicum pro hoſte habent,

Anno 1451. paulo ante diem D. Michaelis Gulielmus Iunior Dux Brunſuicenſis captus à Comite de wunſtorf, abducitur in arcem wintzenburg.

Anno 1451. Fuit Vratislauiæ Iubilæus, quo Pontifex Maximus indulſit remiſſionem peccatorum, modo mediam partem viatici, quod inſumpturus fuiſſet ſi Romam proficiſceretur, poneret in arcam.

Anno 1451. Burdegala ſe dedit Carolo Regi Gallorum. At ſequenti anno iterum intromittit Talbotum 23. Octobris cum milite Anglicano, tertio vero 18. Octobris rurſum iurant in verba regis Caroli: qui vti retineantur in officio duæ eis ædificantur arces, quaſi compedes.

Anno 1452. Mahumetes Turc. Imperat. tyrannus immaniſſimus, Athenas omnium artium & diſciplinarum inuentrices, ſolo æquauit & funditus deſtruxit. Dreſch.

Anno 1452. Gandauenſes Aldenardam obſident oppugnantque, ſed ſuperueniente auxilio Philippi Comitis fugantur; inter quos lanius quis Cornelius Sneiſonius diu cum paucis, reſtitit vniuerſo Principis exercitui. cum præ vulneribus amplius ſtare non poſſet, flexis genibus vexillum ſuum altero brachio amplexus, altero pugnabat, donec vexillum adhuc retinens occideretur 8. Calend. Maii.

Anno 1452. feria ſecunda Pentecoſtes, 4. Calend. Iunii Mahometes II. expugnat Conſtantinopolim. alii referunt ad annum ſequentem: perperam; nec enim tunc 4. Calend. Iunii incidunt in Pentecoſtes feriam ſecundam; ſed in feriam tertiam poſt Trinitatis.

Anno 1452. 15. Cal. Octobr. Hulſtum oppidum diripitur atque incenditur à Gandauenſibus. idem fatum Axellanorum, Harlebecanorumque. At 13. Calend. Nouembr. in cineres redigunt Maldegemum, wingen, Ruſeleda-

Gledamum. Rursus septimo Idus Nouemb. exurunt Rodeburgum & Ostburgum cum vicinis pagis. paulo post Zomergemum, Enhamum igne absumunt; captiuis omnibus interfectis. *Ab* altera parte princeps omnes domos, villasque exurit circa vrbem; adeo vt intra quintum milliare nihil remaneret præter paucas arces, &c.

Anno 1452. Burdegalenses mense Octobri se reddiderunt Anglis; quod minoribus vectigalibus, quæstuque vberiore sub illis agerent quam sub Gallis.

Anno 1452. ter quater cum Principe suo pugnant Gandauenses, sed ambigua Martis alea, amissis semper duobus tribus suorum millibus. Interim nullus in vrbe transit fere dies quo non aliquem decollent strangulentque ex suspectis aut captiuis. Princeps eo anno quaterna amplius millia villarum incendio vastat, miteq; sæuit in captiuos.

Anno 1452. immani crudelitate Iudæa gens, viri, mulieres, pueri, in omnibus pene vrbibus Silesiæ capta est, ob adfectum contumelia Panem consecratum: magnaque eorum agmina absque vlla misericordia flammis consumpta sunt.

Anno 1452. venit in Silesiam Ioannes Capistranus, ac Monachos Bernardini Senensis, qui se nominant Obseruantes pluribus locis inuexit.

Anno 1453. 9. Ianuarii oppressus est Romæ tumultus Nicolao V. & Cardinalibus non parum periculosus. nam Stephanus quidam Porcarius, iam ante ob excitatam seditionem relegatus, cum sociis aliquot redux, arreptis armis vulgum libertatis proposita spe implorabat, contra Pontificem & Cardinales. verum comprehensus ante successum supra molem Hadriani suspenditur, exemplum aliis.

Anno 1453. Gandauenses infinitos vicos pagosque deprædantur atque inflammant per omnem Flan-

tiam Orientalem & partem Hannouiæ, cum è locis illis militem ſuum abduxiſſet propter hyemem Princeps Philippus.

An. 1453. Conſtantinopolis capta à Turcis.

Conſtantinopolis Orientalis Imperii caput & ſedes, poſt 50. dies obſidionis (nam 9. April. obſidio cœpiſſe ſcribitur) vi & armis expugnata, capitur à Mahumete Turcarum Rege, anno regni eius 3. die 29. Maii: cum vrbs illa à Conſtantino Magno condita ſtetiſſet annis 1122. Conſtantinus Palæologus poſtremus Græcorum Imperator, vt honeſtius occumberet, inter confertiſſimos hoſtes dimicans cæſus eſt, & ſolo paludamento agnitus: alii fugientem in turba hominum, cum imperaſſet an. 3. m. 3. compreſſione extinctum tradunt. Dehinc Orientis Imperium penes Turcas fuit. Eſtque hic annus à Roma condita 2204. & à bello ciuili Cæſaris & Pompeii conſtitutaque Monarchia Romana 1500. Huius cladis hiſtoriam ita recitat Æneas Syluius Europ. capit. 3. & 7. Tradunt, inquit, Eccleſiaſtici autores, Conſtantinum Magnum cum ſtatuiſſet Imperii ſedem ex vrbe Roma in Orientem transferre, quo facilius Parthorum excurſiones compeſceret, Byzantium petiuiſſe, eumque ſibi locum diuinitus oſtenſum dixiſſe: mox vrbem ampliaſſe, noua mœnia erexiſſe, ſublimes excitaſſe turres, magnificentiſſimis operibus exornaſſe, tantumque illi decoris adieciſſe, vt altera Roma non immerito dici poſſet. Scriptores vetuſti, qui florentem viderunt, Deorum potius in terris habitaculum quam Imperatorum putauerunt. Vrbi nomen Noua Roma Indidit: ſed vicit obſtinatio vulgi, vt à conditore Conſtantinopolis vocaretur. Regia vrbs à Mahumete animo atque impetu formidando terra marique eſt oppugnata: & a Chriſtianis diebus aliquot ſummis viribus defenſa. Ad extremum voce præconis totis caſtris inclamatum eſt 27. Aprilis (rectius 27. Maii) milites omnes ieiunium ſanctificent, ſequenti die in armis adſint, vrbem extremis viribus oppugnaturi

gnaturi triduo, ciuitatem militum direptioni futuram. Constituta die (28. Maii) ieiunium ad noctem vsque seruatum. Deinde lucentibus stellis inuitationes & conuiuia passim habita, quisque cum amico hilaris epulatus est: & tanquam nunquam se deinceps visuri amplexati & exosculati simul vltimum vale dixerunt. Postquam illuxit (29. Maii) dato signo vndique Constantinopolis oppugnari cœpta est. Imperator Græcorum Constantinus fugiens in ipsis portæ angustiis cum cecidisset, oppressus calcaruisque obiit. Capta vrbe in rapinas est itum: non digni-
[illegible]on ætas, non sexus quenquam protegebat: stupra cæ-
[illegible].s, cædes stupris miscebantur: nihil illicitum toto triduo in vrbe fuit: in templis aut lupanaria aut equorum stabula facta.

Idem Epist. 131. 155. & 162. Constantinus Græcorum Imperator, intrantibus vrbem Turcis, in extremo patriæ suæ periculo fortissime pugnans obtruncatur: Caput eius lancea suffixum spectaculo fertur. Quadraginta millia hominum illic cæsa referuntur. Manserat Constantinopolis ad nostrum vsque tempus vetustæ sapientiæ monumentum, literarum domicilium & arx Philosophiæ: nemo Latinorum satis doctus videri poterat nisi Constantinopoli aliquandiu in literis vixisset. Quod florente Romæ doctrinarum nomen habuerunt Athenæ, id nostra tempestate Constantinopolis obtinebat: inde multa veterum sapientum volumina nobis reddita: multa quoq; in futurum reddenda sperabamus. At nũc Turcis omnia possidẽtibus, heu quot magnorum virorum nomina, quot libri nondum Latinis cogniti peribunt? Nunquam Græco nomini iactura maior, quam modo, contigit. Xerxes & Darius magnis cladibus Græciam afflixere: sed bellum literis non intulere. Romani Græciam in potestatem suam redegerunt: sed Græcas literas vltro amplexi veneratiq; sunt.

Cranzius vero his verbis illam Christianorum calamitatem deplorat: Hæc sunt luctuosa illa Christianis tempora, per quæ bicipiti Romanorum aquilæ alterum

reſectum eſt caput, cum iam in Orientem vltra non reſpiciat. Conſtantinopolis capta eſt, cum Turcarum Imperator 66. diebus, nulla permiſſa requie, vrbem oppugnaret. Imperator ipſe inter fugientes populi preſſura extinctus eſt: ſæuitum tamen eſt in cadauer mortui, truncatumque caput delatum eſt per caſtra in contumeliam Chriſtianorum.

De tempore huius cladis litigant Chronographi, quorũ aliqui annum 1452. annotarunt. Sed nobiſcum faciunt Bõfini⁹, Æneas Syluius, Fortaliciũ fidei, Mecho. Drechsleri⁹, Leonclauii Annales Turc. Cranzius & Cranzhemii ſe dum ærã Turcicã ſupputatio. Chalcondyles habet a 3. Mahumetis & 4. Conſtantini Palæologi, inſupe: e mens diẽ Martis. Vngariæ Chronicon annotat feriã 3. poſt diẽ corporis Chriſti. Nobis præter illa quę allegauimus abunde ſatis eſt teſtimonii, quod Franciſcus Foſcari Venetiarũ Dux in ſua ad Fridericum Imper. Epiſtola (ea eſt in Epiſtolis Æneæ Syluii 159.) expugnatam ſcribit Conſtantinopolim 29. Maii (proxime elapſi.) Et eius literæ datæ ſunt anno 1453. indictione prima (quæ concurrit an. 1453.) 27. Iulii. An vero feria illa tertia diem Corporis Chriſti anteceſſerit, vel ſecuta ſit: & an Mahumetes an. 1452. fuerit in Europa, doctiorib. excutiendũ ac determinãdum relinquo.

Ab hoc tempore Reges Turcici Imperatoris titulo vti cœperunt.

Anno 1453. 10. Calend. Auguſti Philippus Burgundio Gandauenſium 20. millia interficit, qui exierant liberandæ Gaueræ cauſſa. facta illa clades, quod dum in ſaccum pulueris tormentarii incidiſſet ignis, monuiſſet clariore voce circumſtantes Magiſter tormentorum vt fugerent. verbum enim id exceptum à longius ſtantibus, quaſi Panico timore mutuo ſe proculcarunt &c. inter cæſorum cadauera inuenti ſunt monachi ac ſacerdotes plus 200.

Anno 1453. 3. Cal. Auguſti conditiones pacis à Principe ſuo datas accipiunt Gandauenſes.

Anno

Anno 1453. Leuchouiæ in Vngaria & locis adiacentibus à festo corporis Christi vsque ad festum S. Galli peste inguinaria circiter tria millia trecenti hominum decesserunt.

Anno 1454. Ciues Luneburgenses orta seditione priotibus exauctoratis nouos sibi eligunt Senatores.

Anno 1454. initium habuit bellum Prutenicum, quod durauit annos tredecim, vicinasque ditiones infinitis inuoluit miseriis: natum id à Casimiri pluta habendi cupidine; quæ vna omnium fere passim malorum vera causa.

Anno 1454. Hoc anno multæ ciuitates Prussiæ à Magistro Ordinis Crucigerorum in Prussia defecerunt, & Casimiro Poloniæ Regi deditionem obtulerunt.

Anno 1454. Fridericus Dux Brunsuicensis Gulielmi Senioris filius acie victus ab Archiepiscopo Colonienſi capitur.

Anno 1454. renouatæ sunt literæ priuilegiatæ de asylo oppidi Neuburgensis in agro Wirtenbergico, vbi licet tuto versari, qui cædem impetu animi fecerit, sex septimanas ac dies tres.

Anno 1455. Eyzingerus, qui Vlricum Ciliæ Comitem de dignitatis gradu deiecerat, gratia Regis Ladislai excidit, Baronibus Austriacis, quorum ille auaritiæ atque rapinæ obstiterat, ipsum apud Regem criminantibus. Vlricus itaque Comes Ladislao reconciliatus, ab exilio in aulam reuocatur, & Viennæ magno splendidoque apparatu excipitur, de quo Æneæ Syluii verba audire libet: Mira rerum mutatio: qui paulo ante mœstus in exilium ierat, triumphantis in modum reuertitur: Eyzingerus qui culmen potentiæ consecutus eum deiecerat, quod in alium statuit, in seipso pati cogitur. Intrante enim vrbem Comite, ipse cum amicis egreditur, spontaneum exilium eligens. Lubricus est enim apud Reges primus locus. Ferunt Comitem cognito Eyzingeri discessu laudasse hominem, qui fortunæ ludibrio se subtraxerit: vsurum optimo consilio, si Cutiales

procellas perpetuo declinauerit. Nam & ſibiipſi Curiæ mores non placere, fluxa incertaque omnia eſſe, omnibus horis inſtare pericula, acceptam ſuperiori anno ignominiam menti ſuæ ſemper hærere, ſemper ante oculos eſſe turpem eiectionem, contumelioſum exilium, probrola verba: ſe Deo gratias agere, qui ſibi priſtinum ſtatum reddiderit, ſatisfactum eſſe honori ſuo; nec plura cupere: manſurum tam diu apud Regem, donec eiectionis infamiam glorioſi reditus rumor extinguat: Regis amicitiam & populares auras malle ſe dimittere, quam perdere. Comes hæc non tam fecit fortiter, quam dixit ſapienter. Potentiam qui conſecutus fuerit, nemo tam facile deponit, quam damnat: retinent amici, implicat gloriæ cupido, obſtat inimicorum metus: ſemper eſt quod procraſtinare compellit. Facilius famoſum in Aſia Gordii nodum quis ſoluerit, quam potentiæ regnique blanditiis ſeſe explicauerit. *Hæc Syluius Boem. cap. 63.*

Anno 1455. Ex arce Aldenburgenſi rapiuntur die ſolſtitiali æſtiuo Erneſtus & Albertus filii Friderici Principis Saxoniæ, à Conrado Kaufungo, qui propterea capite truncatus eſt 14. Iul. Fabric. Eber. Quod Syluius aliquanto prolixius deſcribens, inquit: Cunradus Kaufung nobili loco apud Saxones natus, belliæ rei peritus, manu promptus & animo imperterritus, cum ſe patria pulſum, & paterna hereditate priuatum per iniuriam Friderici Saxoniæ Ducis exiſtimaret, ſcelus incredibile noſtra ætate perpetrauit. In arce Aldenburg duo Friderici filii Erneſtus & Albertus educabantur. Huc Cunradus intempeſta nocte magnis itineribus cum paucis comitibus contendit, & admotis ſcalis, prodente pædagogo, arcem ingreſſus, dormientes adoleſcentulos in cubili comprehendit: interminatuſq; mortem, ſi vocem emitterent, funibus colligatos extraxit, haud dubius, quin productos in Boemiam magno precio venderet, ſuaſque contumelias eo pacto magnifice vltus videretur. Iam ſyluam Herciniam ingreſſus erat, iamque periculum omne tranſmiſſum putabat, cum iunior Alber-

tus

tus ętatis 12. labore ac fame deficiens, quietem simul & cibum popoſcit. Cuius precib. commotus prædo ad carbonarium quendam diuertit, afferriq; panem ac cereuisiam iussit. Interea apud Aldenburgum, cognita tanta rei nouitate, clamor exoritur. Attoniti oppidani raptim arma capessunt, & precioſam vendicaturi prædam præcipiti cursu prædonis vestigia insectantur. Syluam ingressis fortuna blanditur, quæ inter multos tramites eum teneri suasit, qui rectà duxit ad carbonarium. Ibi Cunradus dum puero cibum ministrat, ex improuiſo capitur, & oblatus Principi, audaciſſimi sceleris capite pœnas soluit. Fridericus eodem penè nuncio, quo captos atque abductos filios audiuerat, recuperatos & domum reductos didicit.

Obiter hic inſetemus, quod de hoc Friderico Electore Saxoniæ totidem verbis commemorat Fabricius: Cum Fridericus Antistiti Magdeburgico, è Comitibus Beuchlingii nato, bellum facturus esset, exploratorem miserat; qui de apparatu & consiliis eius cognoscetet. Is renunciabat, nihil bello opportunum parari, nec vllum conscribi militem: Antistitem præterea dixisse, causam se commissurum Deo, qui pro se arma sit sumpturus. Quod vt Elector audiuit: Alius, inquit, insaniat, vt bellum inferat ei, qui confidit, se Deum defensorem habiturum. Laudandus Antistes, qui Dei patrocinio fisus est: laudandus Princeps, qui Deum veritus, arma deposuit.

Anno 1475. tertio Idus Augusti conuenerunt collegia 59. Tornacum ad ludos balistarios: primas tulere Mechlinienses; secundas item Mechlinienses, tertias Sarchinienses, quartas Auenienses.

Anno 1456. Mahumetes Turcarum Imp. Belgradum, quam Albam Græcam vocant, cum exercitu 15000. hominum 13. Junii cinctam oppugnare cœpit, & machinis stupendæ magnitudinis murum sine intermissione verberauit & diruit. Turcæ per muri ruinas ingressi atrox cum Christianis prælium inierunt. Capistranus Minorita ex alta turri clamitans, Christianos hortari, vexillum

crucis vibrare, opem de cœlo promittere, hostibus male dicere, Dei præsentiam implorare: Huniades modo hu modo illuc cum globo militum currere, ordines instau rare, pro fessis validos, pro sauciis integros sufficere, Impe ratoris ac militis officium exequi. Pugnatum est vtrinq vi summa: modo nostri, modo Turcæ pedem referre. Po stremo Christiana virtute hostes repulsi oppidum fœ fuga reliquere. Quidam supra quadraginta millia, non nulli 20. millia periisse tradiderunt. Sequenti nocte Mah metes incensis castris cum toto exercitu trepidus abiit, n tam audax & superbus venerat, quam timidus dimissusq fugam arripuit. Traditum est oculum eius hasta esse i iectum, idque vulnus prælio & obsidioni finem dedisse Victoribus ea tantum præda relicta est, quæ non potu igne absumi, tormenta scilicet ænea, arietes ferro grauc & ingens vis machinarum. Huic pugnæ interfuerunt Hu niades & Capistranus, & vterque rem gestam scripsit, ne que alter alterius mentionem fecit: alteruter solidam r gestæ laudem sibi vsurpauit. De quo ita Syluius exclama Ingens dulcedo gloriæ: facilius contemnenda dicitur quam contemnitur. Superauerat Capistranus seculi pom pas, calcauerat auaritiam, libidinem subegerat: gloriæ contemnere non potuit. Nemo est tam sanctus, qui dulce dine gloriæ non capiatur. Facilius regna viri excellente quam gloriam contemnunt. Hæc Syluius Boem. cap. 65. Commissum est hoc prælium die S. Sixti, id est, 6. Augusti (Leonclau. & alii 22. Iulii.) Pontifex Romanus in memo riam tantę victorię festum Transfigurationis Christi quot annis sexto Augusti celebrandum instituit.

Anno 1456. Iohannes Huniades, qui vnus omnium arma Turcarum ab Vngaria depulit, clarasque victori genti suæ peperit, moritur 10. Septembr. Leonclauius ha bet 11. Augusti. Huius nomen, vt tradit Siluius, tam terri cum fuit Turcis, vt parentes liberis plorantibus silentiu non aliter imperarent, quam Huniadis præsentiam m nitando. Cum ægrotaret, noluit Dominicum copus ad deferr

deferri: sed iussit sese in templum vehi, ibique post peccatorum confessionem, sacrosanctam Eucharistiam accepit, atque paulo post inter Sacerdotum manus animam terrena fastidientem Deo reddidit. Bonfin. scribit, Huniadem Coruinum dictum à paterno pago, in quo natus sit, quiq; adhuc suo tempore Coruinus dicatur.

Huniadis postremam pugnam & obitum anteceſſit Cometes.

Encomium Coruini habet Syl. cap. 67.

Anno 1456. Ludouicus Galliæ Delphinus patri insidiatus profugit in Burgundiam, quem honorifice tenuit quinquennium Genapiæ Philippus Dux, adsignatis mensæ eius in mensem tribus Liliatorum millib. Ei rex scripsit, *videret ne lupum aleret qui deuoraturus esset eius oues.* & vero exinde Burgundicæ domus tranquillitas cepit fluctuare. simultatibus statim exortis inter Philippum patrem & Carolum filium.

Anno 1456. Ladislao Rege Belgradum regresso, vt hostium cadauera, spolia, locumq; prælii confecti spectaret, Vlricus Ciliæ Comes, cuius caput erat à Rege secundum, quique cum Huniade apertum odium gesserat, obtruncatur à Ladislao Huniadis filio. Lætatus fuerat Comes audita morte Huniadis, quasi iam sublato æmulo solus cum Rege dominaturus esset. Verum non diu lætatus est, vt qui paulo post & regnare & viuere desierit. Vnde Syluius: Cœca humanę mentis iudicia, sæpe læta pro tristibus, pro lætis tristia ducunt: futuri nulla homini certitudo. Nemo nouit quid vesper vehat: nemo tam superis amicus est, vt crastinam sibi lucem promittere possit. Multi dum se credidere deiectos, in sublime rapti sunt: multos exilia claros fecere, & optata consecutis sæpenumero exitio turpitudinique fuerunt. Comiti multo salubrius fuerat Huniadem vixisse: qui Vngariam suæ neci destinatam clausisset. Nunc metu vacuus apud Albam interficitur, inde necem consecutus, vnde imperium speraverat.

Anno 1457. Ladislaus & Matthias, Huniadis filii, ob Comitis Ciliæ necem iussu regio in carcerem rapiuntur. tertioque die post, senior Ladislaus, Comitis percussor, agens an. ætat. 24. in vrbe Buda ad suppliciū ducitur, egregio corpore adolescens, flauis de more crinibus super humeros passis, reuinctis post tergum manibus, talari atque aurea veste indutus, & eadem fortasse, quam sibi paulo ante Rex donauerat, in publicum producitur. Erecta ceruice, oculis hinc & illinc spectantibus, impauidus atque intrepidus ad supplicium pergit. Vbi ad locum ventum est, quo ceruix amputanda erat, iussus genua flectere, pauca prius pro sua excusatione locutus, carnifici paruit. Præco cui damnatorum crimina publicare mos est: impetrato silentio, nihil aliud dixit: nisi, eo modo corrigi, qui Domino suo infideles essent. Carnifex religata Ladislai coma, ne collum impediret, iussus percutere, nutans titubansque vix tandem quatuor ictibus candidam ceruicem abscidit. Frater eius Matthias in vinculis retentus est. Hæc Syl. Boem. cap. 68. Est qui supplicium hoc ita describat: Ladislaus cum ter à lictore ictus in terram lapsus esset, rursus tamen sese, quanquam ligatus & vulneratus, erexit, & clara voce Deum inuocans, eum testem suæ innocentiæ fecit. Quarto demum ictu caput ei præciditur. Multa sunt in hoc exemplo digna & consideratione & deploratione. Videmus hic deletam esse memoriam beneficiorum Huniadis patris, in cuius filium tanta crudelitas exercetur. Autor est Syluius, Ladislaum Regem hoc sermone mortui Huniadis laudes prædicasse: Huniades Vngariam Christo, & mihi regnum seruauit. Christiani nominis hostes fudit, fugauit, perterruit, pacem Vngaris peperit, salutem cunctis fidelibus aperuit. Fortia eius facta etiam hostes admirati sunt, & vitam & mortem eius posteritas consecrabit. Huius Encomii recordatio debuisset Ladislai mentem ad mitiorem sententiam flectere.

Anno 1457. Stephanus Vaiuoda Moldauiæ Turcas cædit, quatuor duces & 36. signa militaria capit.

Ann.

Digitized by Google

Anno 1457. Mahumetes Turc. Imp. cum Vſuncaſane Perſarum Rege prælio congreſſus ad Euphratem fluuium, decem millia militum amiſit. Drechsl.

Anno 1457. Dordracum fortuito incendio deflagrauit, duobus 1000. domorum & multis mortalibus amiſſis, menſe Iulio.

Anno 1457. 16. Martii oppidum Polcouitium totum incendio abſumptum eſt. iterumque 1564. 26. Iulii.

Anno 1457. 6. Septembr. Oppidum Gura in Sileſia vniuerſum vna cum templo conflagrauit.

Anno 1457. Ladislaus Vngariæ & Boemiæ Rex Alberti Imp. Poſthumus filius & Sigiſmundi Imp. ex filia nepos, dum ſponſam expectat Caroli Francorum Regis filiam, in ipſo nuptiarum apparatu Pragæ, non ſine veneni ſubminiſtrati ſuſpicione, moritur ætat. 18. die 22. Nouembris. Oſtenderunt hunc fata tantum terris. Recte Syluius: O imbecillem humanæ naturæ conditionem: O inanem mortalium gloriam, O cæcas hominum mentes: quid iactamur? quid extollimur? quid eſt quod dignitates, opes, potentiam tantopere flagitamus? perpetuo his frui cui datum? Ladislaus nobiliſſimus adoleſcens natus annos 18. in ipſo flore, in ipſo gloriæ culmine, tot regnis, tot gentibus imperans, tot delitiis, totque opibus affluens, inter tot auxiliantium manus, intra 36. horas, poſtquam ægrotare cœpit, extinctus eſt.

Anno 1457. Circa hunc annum à reliquis Huſſitis ſiue Calixtinis ſeceſſerunt ij, qui Eccleſias Picardorum (vt vulgo vocant) fundarunt, & omiſſis bellis tantum intenti fuerunt puritati doctrinæ propagandæ, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ arctioribus vinculis aſtringendæ & conſeruandæ.

Matthias rex Vngariæ creatus.

Anno 1458. Matthias filius Huniadis (ætat. 15.) apud Budam gubernator Vngariæ eligitur 22. Ianuarii die S. Vincentii, cum adhuc in cuſtodia apud Georgium Podie-

bracium Boemiæ gubernatorem detineretur. Pro cuius liberatione Vngari 50. millia aureorum numerarunt. Pragæ vero Georgius Podiebracius, declaratur Rex Boemiæ feria 5. ante Dominicam Oculi, quæ fuit 2. Martii. Vir in administrandis rebus bellicis, prouidus, sed erroribus Hussiticis plurimum deprauatus. Die autem Dominico post S. Georgii, quæ fuit vltimo Aprii. (alii 7. Maii) in Regem coronatus est. Mechou. Syluius his verbis vtitur : Matthias Huniadis filius ex Vienna ductus, qua die Rex Ladislaus obiit, Pragam applicuit, atque in potestatem Podiebracii deuenit: nec multo post Rex Vngariæ designatus, magnis sponsionibus dimissus, è carcere volauit ad regnum. Mira rerum mutatio: duo potentissima regna, eodem tempore, Rege orbata, ex nobilissimo atque altissimo sanguine ad mediocris generis homines peruenere. Europ. cap. 1. Matthias 24. Ian. (alii 22.) inter 40. millia virorum, qui medio in Danubio tum glacie constricto, impatientes magni frigoris, electionis exitum expectabant, Rex acclamatur. Nunc quisquis hæc legis (addit Syluius) futura prædicito. Singulare prorsus humanæ inconstantiæ documentum ex duobus adolescentulis, ætate moribusque pene paribus, alter Ladislaus Rex ex regio solio, dum nouæ nuptæ thalamum exornat, defertur ad tumulum: alter dum capitalem sententiam expectat trepidus, de carcere vocatur ad regnum. Mirabile quod matrem repentina lætitia non exanimauerat, cum tot cladibus affecta prius Regem appellatum audierit filium, quam vinculis exemptum.

An. 1458. Paschali Maripetro Duce, in Veneto Senatu decretum est, vt Subditi Venetæ Reip. sua exercere studia in aliis Gymnasiis non possent, quam in Patauino; quique alibi studuissent, Doctoresque facti essent, ii priuilegiis carerent quibus perfruuntur Doctoris insignia in Patauinis Collegiis consecuti.

Anno 1458. die 1. Iulii obiit febri consumptus Alfonsus Arragonius, vtriusq; Siciliæ rex, ætatis anno 66. regni post mortem Ioannę occupati 22. successores reliquit Ioannem fratrem

fratrem in regnis Arragoniæ & Siciliæ tranſmarinæ : Ferdinandum filium Siciliæ ciſmarinæ ſiue regno Neapolitano.

Anno 1455. Alphonſus Aragoniæ & Siciliæ regnis fratrem ſuum Ioannem, Ferdinandi Catholici (qui Granatam recuperauit) patrem, teſtamento præfecit. In Neapolitano autem regno, cum ipſe legitimis filiis careret, Ferdinãdum nothum ſucceſſorem declarauit, qui regnauit ann. 35. menſib. 6. diebus 25. obiit 1494. vt habet Bembus lib. 2. Venet. hiſtor.

Anno 1458. Corinthus à Turcis capta. Drechslerus.

Anno 1458. ab Aprili vſq; ad medium octobrem nullus viſus imber. vina valde erant bona & leuis annona.

Anno 1459. Circa hunc annum deſinit hiſtoria Blondi, qua complexus eſt ab inclinatione Romani Imperii huc vſq; annos circiter 1050. Facit mentionem mortis Calixti III. qui anno ſuperiore obiit: vnde liquet eum narrationes ſuas huc vſq; pertexuiſſe. Eius Decades in Epitomen contraxit Æneas Syluius.

Anno 1459. aſcribere huc libet Cuſpiniani annotationem de pueritia Maximiliani Imp. Ab infantia, inquit, pene in nonum ætatis annum elinguis, vt pleriſq; mutus iudicaretur: tanta difficultate primum verba enunciabat, nõ ſine matris ingenti dolore. Sed quãtum difficultas illa loquẽdi in pueritia fuit pleriſq; moleſta, ita in perfecta eius ætate facundia omnibus etiam externis fuit admirabilis, qui ſupra patriam linguam, Latine, Gallice, & Italice eleganter loquebatur. Vnde cum Francofordiæ in Regem Romanum eligeretur, collaudãtibus eum certatim Principibus coram Friderico Imperatore, & potiſſimum, quod expedite Latine loqueretur & legeret, Reſpondit Fridericus aſtantibus: Neſcio, inquit, quo pacto vel legat vel loquatur, hoc mihi certe conſtat, quod cum duodecimũ ætatis ageret annum, ſubuerebat ipſum aut ſtultum futurum aut mutum.

Anno 1459. Bernardus Administrator Hildesheimensis, Episcopatum suum cessit Ernesto Comiti de Schovvenburg ducta vxore Mechtilde Ernesti sorore, successitq; patri in Ducatu Luneburgensi.

Anno 1459. Atrebati complures igne cremati, qui de nocte Diabolum adorarant, conuiuio ab ipso excepti ac deinde vsi promiscua proximarũ feminarum venere: crematorum indicia infinitis viris feminisq; summum creauit periculum. fuisse feruntur quidam ex iudicibus, qui inimicos suos indicari coegerint tanquam conscios, per reos quos torquebant.

Anno 1460. Pius II. Gregorium Heimburg Legum Doctorem excommunicat: sed ei Gregorius vehemens scriptum opposuit, quod extat in Vrsperg. Paralipomenis. Vide Syl. Epistola 415. Platina ait, Pium II. grauissimis censuris persecutum esse Sigismundum Austriæ ducẽ, quod Nicolaum Cusanum Cardinalem cepisset, & comprehensum aliquandiu in carcere detinuisset.

Anno 1461. Synopen & Trapezunten Mahumetes occupauit, & imperio suo adiunxit, Dauide Comneno Rege cum duodus filiis capto & cæso. Chalcondyles, Leonclau. Cuspinianus, Drechslerus.

Anno 1461,3. Augusti Iacobus II. Scotorum Rex, ad obsidionem arcis Roxburgi interemptus est ligneo obstructorio ejecto è magno tormento.

Anno 1461. sub Kalend. Octobres apud Remos plebs aliquot exactores vectigalium motu facto, occidit, nixa verbis Regis cum ibidem inauguraretur promittentis se sublaturum omnes exactiones de regno. sed hic sermo, temporis erat, non mentis regia. itaq; 80. tumultuantium capite luerunt.

Anno 1462. Laonicus Chalcondyles Athenienſis historiam suam de origine ac rebus gestis Turcarum circa hunc annum terminat.

Anno 1462. 15. Maii venit Glogouiam Georgius Podebraius Bohemiæ Rex, in cuius comitatu equites bis mille, duo

duo Episcopi Vratislauiensis & Olomucēsis; quatuor Principes Silesiæ, Cunradus Albus, Cunradus Niger Olsnicenses, Henricus Freistadiensis & Ioannes Pribusiensis. Casimirus Rex Poloniæ eo etiam venit cum quinque millibus equitum & præcipuis regni sui Proceribus, 18. die Maii. Hoc est exhaurire populum.

Anno 1462. Fridericus Comes Palatinus Rheni, commisso prælio non procul ab Heydelberga inter Rhenum & Neccarum, tres Principes cepit 1. Iulii (alii pridie) Carolum Marchionem Badensem, Georgium eius fratrem Episcopum Mediomatricum, & Huldericum Comitem Wirtebergensem, defensores Adolphi Nassauiensis, qui à Romano pontifice designatus erat Archiepiscopus Moguntiæ, contra Dietherum Comitem Isenbergensem. quibus in arcem deductis & conuiuio Principibus digno exceptis, prohibuit apponi panem, eumq; postulantibus iussit renunciari: voluisse se illos commonefacere: bella sic geri debere: vt petatur hostis, non innocens turba agricolarum fame necetur, quorum segetes ipsi contra iura belli crudeliter vastassent, & frumentum iam importatum succensis pagis corrupissent. Eosdem postea grandi redemptos pecunia dimisit. Eber.

Anno 1462. sub Kal. Augusti Rupelmundæ duo decollantur, conducti ab hostibus, vt Carolo Philippi Burgundionis filio toxicum darent.

Anno 1462. 27. Octobris sub ipsam noctem Moguntia proditione capta est ab exercitu Adolphi Comitis Nassouii, qui contra Dietherum Eisenbergensem Comitem, Archiepiscopatum Moguntinum ex Pii II. P.M. beneficio fuerat consecutus.

Anno 1462. Mahumetes classem misit in Insulam Mitylenen, quæ & Lesbos dicitur, eamq; cæso Dominico Catalusio Lesbi principe, occupauit, & omnem ferme Insulanorum multitudinem Constantinopolim tanquam in Coloniam abduxit. Leoncl. Cuspinianus.

Anno 1463. A condito templo Salomonis huc vsq; an. 2500. id est, 50. Iubilæi, à morte Ottonis M. 490.

Digitized by Google

Anno 1463. Climacteres Domus Saxonicæ.

Quidam ab hoc anno incluſiue, ſupputarunt climacte-ricos ſeptenarios, quibus in domo Saxonica, plerunq; aliquid mutationum accidiſſe obſeruatum eſt. Eius rei hæc ſunt exempla: Anno 1469. natus eſt Ioannes Dux Saxoniæ Elector, Friderici frater. 1483. Naſcitur Luther. 1497. Naſcitur Melanchth. 1504. Primus annus ætatis Ioannis Friderici completur, & Philippus Landgrauius Haſſiæ naſcitur. 1511. Lutherus vrbe Roma Vitebergam reuerſus. 1518. Mutatio religionis in Saxonia. 1525. obiit Fridericus Elector. 1532. obiit Ioannes, Friderici frater. 1539. obiit Georgius Dux Saxoniæ, ſucceſſit Henricus, Mauritii & Auguſti Electorum parens 1546. obiit Lutherus, & exarſit bellum Saxonicum ſiue Smalcaldicum, quod geſſit Carolus contra Principes confœderatos. 1553. obiit Mauritius Elector, ſuccedente ei fratre Auguſto. 1560. obiit Melanchthon. 1567. Gotha capta. 1574. Ioachimus Camerarius obiit. Idē fatalis fuit Academiæ Witebergenſi. Hæc ita accidiſſe certum eſt: ſed futura ex his extruere incertum ac ſuperſtitioſum: ſi quid experientia dictauerit, de eo demum aſſeueremus, futurorum ſcientiam, diſpoſitionem aut diſpenſationem ſoli Deo pie tribuentes & commendantes. Bucholtz.

Anno 1463. Ludouicus XI. Galliæ Rex cum infimæ ſortis miniſtris regnat, ſpretis magnatibus; quibus adeo nihil relinquit auctoritatis, vt & venationem eis adimeret, retia plagaſque & venabula toto regno concremaret.

Anno 1463. die Sabbathi poſt D. Viti Rotvvilenſes quibus multum erat contentionis cum Eberhardo Comite Wirtembergico iunguntur fœderi Heluetico in annos 15.

Anno 1463. 5. Auguſti, Argos Peloponneſi arx, Turcorum Epirotarum præſidio munitum Venetorum ſe dominio ſubmiſit.

Anno 1463. Thomas Berlethanus Philippi Burgundi quæſtor,

Digitized by Google

quæſtor, iuſſus donare Margarethæ Angliæ Reginæ, ad Burgundum profugæ, ſena millia tantum exhibet, reliquis ſenis ſibi ſeruatis: ob quod furtum vix euadit ſtrangulationem meritam.

Anno 1463. Norvvichum ciuitas Norfolcii priuata eſt templo ſuo cathedrali, repentinis ignibus exuſto.

Anno 1463. Fridericus Imp. obſeſſus fuit in arce Viennenſi à ciuibus, vnde coactus fuit Imperator à Rege Boemiæ Georgio Podiebracio auxilium petere. Boemus Fridericum liberauit, arte vſus, vt neq; periret, neq; vinceret. Imperator vt gratus eſſet Georgio, creauit filios ipſius Principes Monſterbergenſes, quorum familia adhuc ſuperſtes eſt.

Anno 1463. Ridiculum eſt, quod Cuſpinianus narrat, Maximilianum puerum cum parentibus in arce clauſum, matrem rogaſſe, vt ei perdicem aliquando daret, poſtquam hordeo iam pluribus diebus veſceretur. Quæ illachrymans: Vtinam, inquit, mi fili, panis nos non deficiat. Quidam vero Scholaſticus indigne ferens, Principũ inediam, quantum duobus tribuſue aureis nummis ex volatilibus, ...icibus, capis & carnibus ferinis comparare potuit ſuci...ct... ac ſuffarcinatus, ſuperinducta lõgiori veſte ſchoaſtica foſſam arcis inſiliit, & per cuniculũ ingreſſus Maximiliano hæc dona obtulit. Hunc deinceps Cæſar liberalit... perpetuo dilexit ac fouit.

...nno 1463. Stephanus Rex Boſnenſis, & iure vxorio Seruiæ ac Raſciæ Deſpota, bello petitus à Mahumete Turc. Imp. & obſeſſus Iaitzæ, blanditiis Tyranni è caſtello ad colloquium euocatur. Verum nullas metuens inſidias, ſed pace inita fretus, in caſtra cum veniſſet, iuſſu Mahumetis captus, & cute viuus exutus eſt, ac iuſto Dei iudicio cum vita regnum, quod patri dolo eripuerat, amiſit. Hoc modo Boſna, Raſcia, & Seruiæ magna pars in Turcarum poteſtatem peruenit, annis 11. poſt captam Conſtantinopolim. Leonclau. in Pand. Turc. & Drechslerus.

Anno 1464. ab hoc anno initium ſumit hiſtoria Philippi

Cominæi de rebus Ludouici XI. Galliarum Regis; & Caroli Burgundiæ Ducis.

Anno 1464. Fridericus Imp. Vngaris petentibus restituit Vngarici regni Coronam, quæ penes ipsum fuerat an. 24. Itaq; Matthias Coruinus ea coronatur anno regni sui 6. die Cœnæ Domini, 18. Martii, vel vt alii, die Paschatis. Vngar. Chron. c. 136. Bonfin.

Anno 1464. Philippus Ducis Sabaudiæ filius à Ludouico XI. dolo capitur, ac duos totos tenetur annos, quamuis fide publica vocatus ab eo in Galliam.

Anno 1465. pax inter Polonos & Cruciferos in Prussia Torunij facta 19. Octob. ea conditione, vt Magister Ordinis cum suis Cruciferis semper sint in fide & clientela Regum Polonorum, idque solenni iuramento confirmatum est. Hoc modo Prussia ab imperio auulsa, Poloniæ coniuncta est. Chron. Polon.

Anno 1465. Ludouicus XI. regnare cœperat in Galliis an. 1461. regnauit an. 23.

Anno 1465. Proceres regii sanguinis ceteriique Galliæ magnates cõspirant contra barbaricos mores regis sui Ludouici XI. à quo honoribus dignitatibus opibusq; spoliabantur. solitus enim dicere, nisi humiliata Principum virorum superbia, regnare se non posse.

Ann. 1465. Margareta Cilienſis vidua, exstruxit nouum monasterium, in suburbio Glogouiæ prope arcem in colle editiori, in quo collocauit fratres obseruantes, quos ante annos 12. in Silesiam adduxerat Ioannes Capistranus.

Anno 1465. mense Iulio, Carolus Audax cum validissimo Belgarum exercitu traiicit Sequanam, arbitratus mox ad futuros reliquos regii sanguinis coniuratos septimo à Parisiis miliario. verum iis morantibus ecce superuenit Ludouicus Rex, qui mox vincitur ad montem Hericium &c. 17. Kal. Augusti. exinde obsessus Lutetiæ à coniuratis, pacificatione singulis regni primatibus sua reddit: non quod tale quid ex animi sententia, sed vt dissolueret societatem illam Principum, singulos postea seorsim vlturus.

Anno

Anno 1465. Ludouicus XI. Rex Galliæ nouum ferit fœdus cum Leodienſibus, odio nominis Burgundici, qui ſtatim Philippo indicunt bellum, prædis rapiniſq; vicinorum diuites, ideoq; opulentiam luxumq; ferre neſcii: in tantum quidem vt Caroli Audacis effigiem de patibulo penderent.

Anno 1465. 14. Kalen. Nouembr. exercitus Flandricus Leodienſium agros incendiis ferroq; vaſtat; vtq; ipſos tenere videt Montenaci loco munitiſſimo, retrocedunt ſpecie fugæ. hoſtis veram fugam ſuſpicatus, inſequitur & proſternuntur duo amplius millia, ceteris diſſipatis.

Anno 1466. Cruciferorum Prutenicorum ordo, multis bellis attenuati, & parum adiuti ab amicis ſuis, Germania implicata bello ciuili, tranſigunt cum Caſimiro Rege Poloniæ, vt ſcilicet Pruſſia auelleretur ab imperio, & Magiſter ordinis eſſet ſub clientela Poloni.

Anno 1466. XI. Kal. Febr. Leodienſes ſupplices ſe dedunt Carolo Audaci: numeraturi ſexcenta aureorum Rhenenſium millia intra ſexennium; Ducem Brabantiæ agnituri perpetuum tutorem cum penſione annua duorum millium Rhenenſium; reſtituto omni damno illato Epiſcopo.

Anno 1466. terribile exarſit bellum inter Fridericum Gulielmii Senioris Ducis Brunſuicenſis filium & ciuitates Saxoniæ Anzeaticas.

Anno 1466. 15. Kalen. Septembr. Carolus Burgundus cum 30. armatorum millibus tendit in Leodienſes inſtigante Ludouico XI. fœdifragos, obſidetq; Dionantium; quorum ciues, duos internuncios Ducis, pacem offerentes ſi ſe dederent, ſtrangulant. ſed noctu diuq; oppugnati tormentis dedere ſe coguntur 8. Kal. Septembr. licet in auxilium eorum iam eſſent in itinere Leodienſium 36. pugnatorum millia. per triduum diripitur ſpoliaturq; tãtum. nam pœna capitis ei dicta qui ſtuprum vlli inferret: tresq; adeo poſt, gabalo ſtrangulati criminis eius delati. oppidum deinde incẽſum, portis, muris, turribus, templis, ſolo æquatis;

Anno 1467. Carolus Audax, à morte Philippi patris 4. Kal. Iulias inauguratur Gandaui; reducuntur exules 563. venia omnes donati, modo aduersarios non haberent conquerentes.

Anno 1467. Leodienses, quamuis tradidissent 50. obsides Carolo Audaci, tamen pacē frangunt, concitante ipsos Ludouico X. in quos mouet Carolus, pugnatūq; ad 6. Kal. Nou. prope Trudonum, vbi ad nouem millium Leodiensiū profligata. exinde oppidum eorū obsidet, occupatumq; portis mœnibusq; nudat 3. Idus Nouemb.

Anno 1468. bellum viget Marchionis Brandeburgensis in Pomerania.

Anno 1468. 10. Maij abiit peregrinatum Hierosolymam Eberardus Comes Wirtembergicus, rediitq; eodem inde anno 22. Nouemb.

Anno 1468. mense Augusto duo decollati Ypris, qui pestilentia infectos custodire solent, quod specie medendi plures toxico abstulissent. Idem multis factum Virouiaci, vbi mille hominum facile extinxerant.

Anno 1468. firmata pax Peronensis pridie Idus Octob. inter Ludouicum XI. Galliæ regem & Carolum Audacem.

An. 1468. Leodiū vrbs à Caroli Burgundiæ Ducis exercitu captū, direptū, incensum atq; vastatum est, & sexcenti infantes orbati matribus & nutricibus in Mosa fluuio submersi sunt, die 30. Octob. Magna pars ciuium in siluam Arduennam aufugerat, vbi à sua nobilitate spoliati fuerunt & interfecti. stulta & misera gens longa libertate & nimia opulentia in amentiam versa, ob scelerum magnitudinem manu Dei punita.

Anno 1468. Carolus Audax deuictis Leodiēsib. ex Hannonia venit Insulam, vbi inter alia spectacula ipsi exhibitæ tres viuæ mulieres, titulo Veneris, Iunonis ac Palladis, sed quæ de palma certarent ipsa corporum deformitate, pulcre alioquin coronatæ, verum nudæ. Venus procera statura, atq; adeo obesa erat corpore, vt crassior nusquā posset inueniri. Iuno contra prælongo quidem corpore, sed inter

multa

ıulta millia nulla macilentior & ſtrigoſior. Pallas ſtatura ɔreui,ſublatis humeris,gibboſa, omnibuſq; modis perquã leformis.quod ſpectaculum Carolus cæteris antetulit.

Anno 1468.Fridericus Cæſar à Rep. Recanatẽſi honorifice exceptus,Magiſtratum eiuſdem auro inſigniuit;procreatos ex damnato coitu legitimandi, Notarioſq; creandi ıuctoritatem conceſſit,die 20.Sept.

Anno 1469. Fridericus Imper. religionis gratia media ıyeme Italiam ingreſſus, paruo comitatu Romam conendit(vt loquitur Cranzius) nemini formidabilis, paucis ɔtiam forte venerabilis. Peregrinum Romipetam Itali ranſire ſinebant, ſi non irridebant, excepit eum Paulus Pontifex perbenigne pridie natalis Chriſti. Cran. Volaterranus ſcribit, ſe quoque interfuiſſe huic cœtui patrum & iuium Roman. à quibus Fridericus exceptus ſit prima Vigilia noctis natalem Dominicum præcedentis,facibus nocem vincentibus.

Anno 1469.Iacobus III.Scotorum rex, natus ann.15. Margarethiam Norvvegiæ regis filiam duodecennem matrimonio ſibi copulat Edenburgi,nactus dotis nomine Orhades aliquotq; Scotiæ proximiores inſulas.

Anno 1469. Matthias rex Vngariæ & Georgius Boheniæ conuenére die 4. Aprilis prope vrbem Olomucenſem; actæq; ſunt anni vnius inducíæ. Regrediente autem Matthia ad ſua;ecce Victorinus & Henricus Georgii filii, vltro um comitati ſunt in ciuitatem Olomucenſem. Quo viſo quidam inſtitere apud Regem, vt detentis duobus adolecentibus,finiret bellum. Matthias noluit: quamuis enim; nquit,nihil cũ eis pactus ſum de reditu: tamen me ipſos omiter in via ſalutantem alloquentemq; ſecuti ſint, opinionem eorum non fallam;neq; magis vultus meus, quam xpreſſa oratio ſponſione,mendax futurus eſt: vtpote cum imulatione inſidioſa nihil ſit regio animo indignius. Paulo oſt venit quidã è familiaribus Georgii ad Matthiam; qui erro ſe Georgium à Pontifice excommunicatum confixuum ſponderet; ſi à Matthia promitteretur ſibi præmium

aureorum quinquies mille. Rex chirographo argẽtum quod petebat pollicitus est. Ceterum cum animaduerteret id minus processurum sine certissimo vitæ suæ periculo, nunciauit regi, tolli non posse gladio Georgium, sed veneno, modo id ipsum iuberet. Matthias abnuit, præ se ferens delectari se voce Fabricii, qui dixerat Romanos pugnare ferro nõ veneno. monuitq; Georgium, sibi caueret. probe factum. sed probius futurum si & vetuisset insidiari ferro.

Anno 1469. Carolus Audax Bruxellis, Insulæ, Hipris, Audomari, Gandaui; aliisq; locis ternis per hebdomadem diebus sedet pro tribunali, ius dicit, curatq; ne lites in longum deducerentur.

Anno 1469. Sigismundus Austrius Elsatiã, Brisgoiam, & Suntgouiam Carolo Burgundiæ Duci oppignerat, vnde nata Burgundici belli caussa.

Anno 1470. Mahumetes occupata Eubœa Insula, quam Veneti tunc tenebant, Metropolim illius Chalcidem solo æquauit, crudelissime interfectis omnibus vtriusque sexus &c. Drechs. Naucl. Leonclaulus. Palmerius.

Anno 1470. rex Portugalliæ magna classe fretum Gaditanum transgressus, magnæ Mauritaniæ oppida Tingam Argillamq; expugnauit: multasq; alias ciuitates in Mauritaniæ finibus Turcis ademptas suo imperio adiecit. Palmerius, Drechslerus.

Anno 1470. Borsius Estensis creatus Princeps Ferrariæ 13. April.

Anno 1470. Adulphus Geldrius, qui patrem suum Arnoldum captum tenebat in arce Burensi, à Carolo Audaci clauditur Curtraci. Huic cum Carolus adiudicasset antea possessionem Geltriæ, præter Grauiam, quod patris maneret cum senis florenorũ millibus annuis; respondit, se malle præcipitem dare parentem in puteum, & se ipsum deinde eodem coniicere, quam eiusmodi accipere conditiones.

Anno 1471. Ludouicus 11. rex Galliæ fratrem suum Carolum

rolum veneno necat per Iordanum Abbam D. Ioannis Angeliaci 9. Kal. Iunii.

Anno 1470. Eduardus Angliæ rex à fratre Germano pellitur regno. Sequenti anno adiutus à Carolo Burgundo nauibus milite pecunia redit in Angliam, Londinumq; recipit tertio Idus Aprilis: tanto quidem facilius quod recens esset ei natus filius; quod in ea vrbe multos habebat creditores quibus multum debebat; deniq; quod eorũ vxoribus familiarior fuerat rebus florentibus, quæ maritos ad commiserationem facile impellebant. Cominæus.

Anno 1471. Vladislaus Pragæ coronatus est 21. Augusti: Mechou.

Anno 1471. Imperator Fridericus Comitia celebrauit Ratisbonæ, & postea Fridericum Electorem Palatinum iudicialiter depositum Augustæ: sed nemo Principum ausus est Palatinum priuare possessionibus suis. Et cum Imperator Fridericus decimum exigeret denarium pro defensione Turcarum, ipse Palatinus recepit vigesimo denario & exterminare Turcam, & Imperatorem Romanorum.

Anno 1471. constitutio erat calidissima. Sexto Martii apparuerũt violæ. Die Baptistæ in foro Glogouiensi poma & pyra recentia fuere venalia. messis finita fuit ante ferias Petri ac Pauli. sub medium mensis Septembris adhuc visebantur flores in campis.

Anno 1472. hoc tempore in Italia floruerunt, Rupertus de Lycio Franciscanus, qui Romæ fuit concionator: Pomponius Lætus, & Domitius Calderinus. De Pomponio ridicule refert Ludouicus Viues, eum adeo deditũ fuisse linguæ Romanæ, vt Græcam non ausus sit attingere, ne qua peregrinitate contaminaret Latinã. Tantus fuit admirator Romanæ vetustatis, vt Christiano Petri nomine reiecto, se dixerit Pomponium: celebrabat natalem vrbis, & colebat Romulum, seque Dictatorem nominabat. Quoties marmor aliquod vetus effodiebatur ex vrbis ruinis, illachrymabat: rogatus cur id faceret: Admonitu, inquit, temporum meliorum ploro. Domitius vero Calderi-

nus ne Missam quidem volebat audire,& cum ab amicis ad eam duceretur,dixisse fertur: Eamus ad communem errorem. Hæc Viues.

Anno 1471. Gestum horribile bellum in Episcopatu Hildesheimensi , cum in schismate creati essent Episcopi duo,Henningus de domo nobilis,& Balthasar Dux Megapolitanus. A partibus Heningi erant Gulielmus Senior eiusque filius Fridericus,Duces Brunsuicenses. durauit fere triennium.

Anno 1472. ciuitas Glogouiensis,assentiente Henrico Principe, instituit mercatum annuum hibernum sub festo D.Andreæ.

Anno 1473. Mahumetes Imp. Turc. Vsuncasani Persarum Regi exercitu 80000. Turcarũ bellum intulit:eumq; prælio peracri commisso,cum exercitu deuicit,& in fugam coniecit,filio ipsius Zeniale capto & trucidato,circa mens. Maiũ. Leonc.in Annal. Turc. Drech.ad sequentẽ an. refert.

Anno 1473.Ioannes Comes Armeniacus in oppido suo Lectorio arcte obsessus à Gallo, & fame prope domitus, fide publica accepta se dedit, sed mox violata fide occiditur 3.Nonas Maii. volunt dignum tali fato quod incestatam à se sororem haberet pro vxore.

Anno 1473.6.Nonas Maii conuenerunt Principes aurei velleris Valencinæ, in quibus Adolpho Geldrensi perpetuus decernitur carcer, quod patrem suum iam sextum annum teneret captiuum, spoliatum principatu.

Anno 1473.8.Kal.Iulias Ioannes Rex Arragoniæ annorum 80.in oppido Perpiniano decimam iam septimanam à Gallo obsessus, liberatur virtute filii Ferdinandi; qui solo aduentus sui nuntio hostem fugat. pondo carnis asini vel muli emebatur ibi aureo ducato.

Anno 1473. pridie feriarũ D D. Iacobi ac Christophori ingreditur Neomagum à se vi fere expugnatum Carolus Burgundus, publiceq; inauguratur Dux terræ Gelriæ.

Anno 1473.æstate ob siccitatem nimiumq; æstum siluæ incensæ sunt, & flumina exaruere: ita vt Danubius in Vngaria fuerit vadabilis.

Anno

Anno 1473. Peſtis Burdegalæ adeo graſſatur, vt Parlamentum menſib. Decemb. Ianuar. ac Februar. apud Liburniam haberetur.

Anno 1473. ipſo vere adducta fuit Henrico Glogouienſi valetudinis parum firmæ, ſponſa Marchica Croſnam, qui anno ſequenti cum ea congreſſus eſt, agente annũ vix decimum completum; de qua ſcriptum: *Malitia ſupplet ætatẽ.*

Anno 1474. ſub initium Februarii Matthias rex Bohemiæ repentinum exercitum immiſit Poloniæ, qui ſupra bis mille vicos pagoſq; exuſſere. Paulo poſt quoq; eo direxit Ioannem Pribuſienſem, qui depopulatus Poloniam magnam, incendit vicos pagoſq; 600. Ita Quidquid deliraṇt reges plectuntur Achiui.

Anno 1474. Carolus Burgundus valde ſtulte cauſſam ſuam facit, controuerſias Roberti Bauari Epiſcopi Colonienſis, qui à Nobilitate extorquere volebat oppida Eccleſiæ ipſis oppignorata, nulla refuſa pecunia quam prioribus Epiſcopis mutuo dederant. itaq; Noueſium 5. Kal. Auguſti obſidet cum ingenti exercitu, quẽ vt alat ſuppleatq; inauditis exactionibus ſubditos ſuos à ſe alienat. interim Gallus alienat ab ipſo Renatum Lotharingum, qui ipſi bellum indicit: ſed & ipſe Gallus finitis induciis Caroli ditiones inuadit. Interim mouet in eum quoq; Cæſar cum 60. millibus armatorum qui cum coactus pacificare ac relinquere Noueſium pridie Kal. Iunias, quæ intra decem dies dedere ſe coacta fuiſſet vel ob famem.

Anno 1474. Caſimirus Rex Poloniæ cinxit obſidione Wratislauiam copiis 80000. Eo die quo tantus exercitus viſus fuit Matthiæ Vngariæ regi, gemens & fremens capillos vulſit, addens, ſe dominum Orbis terræ futurum fuiſſe, ſi tot ſub eo militaſſent. Nunc tantas opes ductu regis inexperti in ſe perituras, vt & accidit. nam cum parum valeret Caſimirus conſiliis bellicis, nec eſſent ei fideles monitores: præterea ſumma eſſet licentia militis Bohemi nihil regem ſuum reuerentis, ideoq; ſine vlla diſciplina paſſim vagantis: ſingulis diebus plurimi excipiebantur via atq; inſi-

diis: ita vt Vratislauiæ vicinarumq; ciuitatum turres carceresq; replerentur Polonis & Bohemis. Ceterum toto obsidionis tempore Vratislauia portas vrbis nec die nec nocte clausit.

Anno 1474. Carolus Audax reuersus è Germania, Curiam nouam & cõuentum iuridicum supremum omnibus Belgis cõmunem instituit Mechliniæ. Ipse caput erat consilii: eo absente Cancellarius; illo Episcopus Tornacensis.

Anno 1474. Christiernus Daniæ rex habitu peregrini Romam inuisit. ibi multa cum Pontifice per interpretem locutus, multa cum ipso Pontifex, miratur in tanto Principe nullas literas. Kranzius.

Anno 1474. Noua in Flandria vectigalia imperata; tributumq; indictum tritico. coacti etiam Ecclesiastici conferre reditus trium proxime præcedentium annorum, omnium eorum bonorum quæ intra 60. proximos annos acquisierant.

Anno 1475. Xystus IV. Iubilæum ex 50. an. ad 25. contraxit & reduxit, ac celebrauit hoc anno Iubilæũ Pontificũ quintum. Idem festum Conceptionis Mariæ confirmauit.

An 1475. Steph Moldauiæ Princeps, vir magnus & bellicosus, Turcas ad eam Danubii partẽ, quam Moldauiam & Valachiam appellant, die 17. Ianuarii memorabili strage cecidit. Leonclau. in Annal. Drechsl. & Palmerius.

An. 1475. Ingens agmen locustarũ pernagatũ est Vngariã, Moraniã, Poloniã & Silesiã, adeo vt densitate conspectum Solis adimerẽt, & examina in longit. & latitud. in miliare vnum cum dimid. extenderent, 31. Martii. Cromer.

Anno 1475. 14. Kalen. Ianuarii capite truncatus publice Parisiis Ludouicus Luceburgius Comes Fani Pauli, Magister Equitum Franciæ, fæde proditus Ludouico XI. per Carolũ Burgundionẽ. Euertit eum auaritia duobus dominis inter se cõtrariis studuit seruire, bellũq; trahere lucri gratia.

Anno 1475. 17. Ianuarii Mahometes cæsus est ingenti clade à Stephano Valacho cuius ditionem inuaserat cum exercitu 120000. quam volebat pro arce, vnde Poloniã & Vngariam posset inuadere.

Anno

Anno 1475. die 24. Martii Iudæi puellum 26. menſium ſubtractum Tridenti perimunt, toto fere Dominicæ paſſionis ſchemate in eodem repræſentato. Erat ei nomen Simonis, Iudæi atrociter puniti. Simile ſcelus quinquennio poſt vindicatum Venetiis, admiſſum Mottæ in Fori Iulii finibus.

Anno 1475. Carolus Audax Lotharingiam occupat, Renatum Ducatu fortuniſq; omnibus expellit. Præterea in oppido Bria 250. Heluetios contra datam fidem ſuſpendio necat, menſe Octobri.

Anno 1475. Idibus Septembris Carolus Burgundus & Ludouicus XI. pro ſe & heredibus ſuis faciunt inducias nouem annorum.

Anno 1475. Sabaudiæ Dux cũ exercitu 10000. militum obſidet Sedunum Valeſiæ: quod auctum paulo poſt ſubſidiis Salodurenſium Sabaudum profligant, cæſis 300. nobilibus præter vulgus promiſcuum.

Anno 1475. Carolus Burgundus occupata maxima parte Lotharingiæ fugatoq; ad regem Galliæ Duce Renato, obſidet Nanceium, gentis caput pridie Idus Octob. occupatq; 4. Kal. Decembr.

Anno 1476. Quarto Nonas Aprilis Carolus Burgundus ad Granſonium ſpoliatur ab Heluetiis ſupellectili ſua & impedimentis; ac priuſquam aciem poſſet explicare, obruitur ab iiſdem. vnus mille, & duo fugabant decem millia. Belli cauſſa erat, currus onuſtus pellibus ouium quem Comes Romontius mercatori cuidam Heluetio per ipſius ditionem iter facienti ademerat. Bello impetiti nullas non obtulere Duci conditiones, ſed reſpuit. Demonſtrabant inter alia tantam eſſe ipſorum inopiam, vt calcaria & equorum frena exercitus ſui pluris æſtimarentur quam omnis pecunia quæ ex ipſorum agris cogi poſſet. Iidem Heluetii adeo rudes erant luxus atque auaritiæ, vt tabernaculum quoddam Ducis pulcerrimum in multa fruſta diuiſerint. patinas argenteas, cum ſtanneas eſſe putarent viliſſime diſtraxerunt. Adamantem ipſius toto orbe celeberrimum

cui appensi erant aliquot vniones, quidam vbi reperisset, in pyxidem reposuit abiecitque sub currum. reuersus paulo post, sustulit vendiditq; Sacrificulo cuidam aureo nummo. Is deinde à sui oppidi magistratu cui miserat, accepit aureos duos.

Anno 1476. 10. Kalen. Iulias Carolus Burgundus male pugnat ad Muratum contra Heluetios, amissis 14. millibus pugnatorum.

Anno 1476. statim post Kal. Iulias Renatus Lotharingus auxilio Heluetiorum pecuniaq; Gallicana obsidere cæpit Nanceium, occupatq; prid. Non. Octob.

Anno 1476. sub Kalend. Nouemb. obsidet modo deditum Nanceium, nec vlla ratione persuaderi potest vt differat rem in æstatem, quo & anni tempus melius, & miles recens, aliaq; pro eo militarent. vix in vniuersum habebat quatuor hominum millia, exq; iis mille tantum ac ducenti præliis idonea. itaq; Heluetii duce Renato. dum commeatum immittere volunt in oppidum, cum Carolo manum conserunt, exercitum fundunt eumq; suffocant: tanto facilius quod sub pugnæ tempus Nicolaus Campobassus proditor, memor colaphi quodam sibi tempore infracti à Carolo, cum equitatu suo ipsum desereret. Sed & pridie pugnæ ad hostem transiit Augius & Monfortius, abductis 120. equitibus.

Anno 1477. 7. Kal. Ianuarii apud Mediolanum Galeatius Sfortia Dux in templo D. Stephani iuxta altare à ciue quodam interimitur, cuius bona vxoremq; detinebat.

Anno 1477. Carolus Audax seu bellator, Burgundiæ Dux potentissimus, Caroli V. Imp. proauus, post varia bella, intra octennium plerunq; feliciter à se gesta, tandem ab Heluetiis gemina clade, breui admodũ tempore affectus, etiam à Renato Lotharing. Duce, eiusdemq; copiis auxiliarib. apud Germanos & Heluetios conquisitus, ad Nanteium oppidum exercitu suo partim cæso, partim in fugam verso, superatus in acie, miserę occubuit 5. Ian. æt. 44. Corpus demortui Principis postridie repertũ è glacie, quæ totũ illud

altrin

aſtrinxerat, euulſum, & in oppido iuxta Principum monumenta ſatis honorifice ſepultum eſt. De hoc Carolo ita Philip. Cominæus, qui ei familiaris fuit: Hic, inquit, eſt exitus potentiſſimi Principis, quo maiorem ad vicinos Reges atque populos autoritatem nemo habuit. Qua potiſſimum re Deum in ſe vehementius concitarit, non facile dixerim, niſi quod omnem, qua fruebatur, felicitatẽ à ſuo pẽdere putabat ingenio & virtute. Præditus erat ſane multis eximiis dotibus: operam dabat, vt homines excellenti virtute familiares haberet: multis cupiebat bene facere: ſuorum negotia & controuerſias cognoſcebat ipſe & liberaliter eos audiebat. Quamdiu cum eo vixi, ingenio erat ſatis placido: poſtea vero crudelior euaſit, quæ quidem res indubitatum erat ſignum futuri occaſus. In cultu corporis & veſtium luxu aliiſq; rebus omnib. prope nimius erat: cupidiſſimus erat gloriæ, eaque fuit præcipua cauſa, cur bella ſuſciperet. Hoc enim ſpectabat inprimis, vt, ſicut priſci quidam Heroes, celebraretur. Animi magnitudine, robore & audacia nulli cedebat. Non facile dixerim, illi ne Deus an ipſius populo magis fuerit iratus. Interfectus enim ipſe fuit temporis fere puncto, ſine vllo maiori cruciatu: ſed eius prouinciæ ab eo tempore perpetuis bellis diuexantur, &c. Hic fuit exitus gloriæ & maieſtatis Ducum domus Burgundiæ, quorum hic Carolus fuit poſtremus.

An. 1477. Venetorum copiæ à Turcis duce Marbecho, ad amnem Sontium prope caſtra Gradiſcana in foro Iulii ad internecionem cæſæ & profligatæ ſunt: In quo prælio ipſe Veneti exercitus dux Hieronymus Veronenſis vna cum filio ſuo occubuit: reliqui viri illuſtres capti, & quicquid villarum inter Sontium & Tiliauentum amnes fuit, ad Vtinum vſque ferro flammis & rapinis deuaſtatum eſt. Antonius Sabellicus lib. 6. de vetuſt. Aquileiæ.

Anno 1477. Vſuncaſanes, qui Perſis, Parthis, Medis ac toti pene Orienti præfuit: cui ſucceſſit filius maior natu: qui vt regno ſolus potiretur, capite fratres ſuos truncauit. Drechsl.

Anno 1478. Mahumetes Turcarum Imp. Croiam Epiri vrbem munitiſſimam (poſtquam eandem ad vndecimum vſque menſem graui obſidione preſſiſſet) fame tandem coactam, in deditionem accepit. Marin. Barletius.

Idem Mahumetes Scodram, Macedoniæ oræ caput, diu obſeſſam & oppugnatam Venetis deditione extorſit. Barletius, Leonclau.

Anno 1478. Ioannes Keiſersberg factus eſt Concionator in templo Argentinenſi, homo idoneus exemplis ſimilitudinibuſq; permouere populum, C.S.E.

An. 1478. 13. Kalend. Decembr. periit nauis tempeſtate quæ Lubeca ſoluerat Reualiam verſus, cum mercatoribus nautiſque ducentis, totidemque pannis Terlinciis. Exinde vetitum ne qua nauis ſolueret è portu Traua poſt Idus Nouembr. quod hodie non obſeruatur.

An. 1479. Ioannes Moſchus, qui poſt 300. fere annum iugum Tartaricum excuſſerat, hac æſtate Nouigrodum in finibus Liuoniæ, quæ annuum tributum centum millium aureorum Principi Lithuanico ſoluebat, nemine defendente occupauit, fertur ex ea vrbe translatos in Moſcouiam currus trecentos mero auro argentoque onuſtos.

Anno 1479. die XI. Maii ciues Embecenſes cæduntur à Gulielmo Iuniore filioque Henrico Seniore, gubernatoribus terræ Gottingenſis Ducibus Brunſuicenſibus.

Anno 1479. die 13. Iunii coniecit in turrim Sprottæ Ioannes Dux Glogouienſis Conſiliarium ſuum Theophilum Bergmannum inuidia Nobilium oppreſſum, detentumq; ibi ſine cibo ac potu vſq; ad noctem quæ ſecuta eſt D. Viti, duobus comitantibus educi iuſſit extra oppidum & nocte intempeſtiua truncari capite.

Anno 1479. Stephanus Bathor Vaiuoda Tranſiluaniæ 60000. Turcarum in campo Roiuier proſternit, feſto D. Colomanni.

Anno 1479. Ioannes Weſſelus Groningenſis, Concionator Wormatienſis, damnatur ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis Moguntiæ, quod de Indulgentiis, Ieiunio & aliis

& aliis articulis quædam à communi sententia eius temporis aliena docuisset.

Anno 1479. insignis fuit calamitas ciuium Norwichensium ex pestilentiæ lue, quæ incredibilem inibi hominum multitudinem absumpsit.

Anno 1479. Ioanne Mocenico Duce, in Senatu Veneto statutum est, vt nullus Patricius Venetus alicuius publicæ explicationis munus cum publico præmio in Gymnasio Patauino posset obtinere; neque ordinarii, neq; substituti nomine.

Præterea vero, vt ad vnum idemque explicandi munus eodem tempore duo Patauini Doctores inter se concurrentes constitui non possent, neque ordinarii neq; substituti nomine: sed in concursum Patauini semper aliquis peregrinus eligeretur.

Anno 1480. Iubilæus mundi 109. Mosis 59. prædicationis Christi 29.

Anno 1480. Gulielmus Senior Dux Brunsuicensis publicum iudicium habuit Brunsuigæ in arce.

Anno 1480. Eodem anno Rhodus à Turcis, iussu Mahumetis Turc. Imp. maximis copiis à Mesite Bassa Veziri obsessa est. Verum Petrus Albussonius Gallus, magnus equitum Rhodiensium Magister, eos damnis grauissimis adfectos, fortiter repulit: ita vt toto obsidionis tẽpore ad triginta Turcarum millia perierint. Leoncla. in Annalibus.

An. 1480. 7. Kalend. Aprilis miseram in carcere oppetit mortem Robertus Bauarus Episcopus Colonicnsis, captus ab Henrico Comite prouinciali Hassiæ, cum non cessaret à seditionibus electo iam in Archiepiscopum Hermanno Hasso.

Anno 1480. Mense Iulio tanti terræmotus in agro Norwichensi, totaque pene Anglia facti sunt, vt multa in diuersis locis ædificia eorum vi labefactata corruerint.

Anno 1480. Turcæ exercitu sexaginta millibus militum instructo, à Stephano Bathoreo Transiluaniæ Vaiuoda, &

Paulo Kinisio Comite Temesuariensi, prælio superati, & Turcarum 30000. Vngarorũ verò 8000. cęsi sunt. Bonfin.

An. 1480. Christiernus Rex Daniæ euocatos Nobiles Holsatiæ in Zegeberg, iussit exhibere literas quas prætendebant se habere, Regemq; iisce sibi obligatum. Ibi fertur acerbius discreuisse inter sortem & vsuram; & multorum documenta euacuasse; sortem pollicitus. Inuenta est excreuisse debitorum summa ad ducenta 45. marcarum millia. sed tunc compendio multos sine numeratione absoluit. Krantzius.

Anno 1480. Hydruntum Apuliæ vrbs maritima, ampla & populosa à Turcis post Rhodianam cladem, duce Achmete Bassa, capta est, interfectis Christianorum plus quàm 12000. saltem 22. fuga elapsis. Tritth. lib. de Spir. Drechsl.

Anno 1482. 27. Julii Crosna Silesiæ oppidum vniuersum conflagrauit, ita vt ne vnica quidem relinqueretur domus. conciderunt cellæ subterraneæ: plurimiq; homines omnis ætatis interierunt. templum etiam oppidi corruit: sed conclaue supellectilis sacræ fuit seruatum, restincto igne sanguine vituli subitò iugulati. Curæus.

Anno 1483. Bernardus de Breitenbach cum Joanne Comite de Solms, aliisque multis Nobilibus proficiscitur in terram sanctam.

Anno 1483. Johannes Tritthemius designatur Abbas Spanheimensis 29. Julii, ibique commoratur vsque ad annum 1505.

Anno 1484. Johannes Lichtenbergius describit insignem coniunctionem Planetarum Saturni & Jouis, quæ hoc anno die 25. Nouembr. horis 6. minutis 4. post meridiem transactis acciderit, in Scorpione.

Anno 1484. Baiazetes totam Valachiam occupat. Sequenti anno Stephanus eius ditionis Princeps, cum se amplius tueri non posset, iurauit in verba Casimiri Regis Poloniæ. q cum tunc in castris ageret, voluit imitari factum Rudolphi I. Cæsaris erga Othocarũ; tentoriumq, in media

actione

actione dilapsum est; ac Stephanus tot Regum victor, conspectus est procumbere ad genua Casimiri.

An. 1484. Hoc tempore in Italia flōruerunt Antonius Sabellicus celebris Historiographus, Marsilius Ficinus, qui Platonem vertit, Hermolaus Barbarus, Joannes Picus Mirandulanus, Aldus Manutius & Angelus Politianus. Item Nicolaus Eremita Helueticus, summa abstinentia, Spirituq; Prophetico coruscans.

Anno 1485. Stephanus Moldauiæ Princeps, obedientiæ & imperio Casimiri Regis Poloniæ iuramento die 15. Septembr. sese subdidit. Leonclau.

An. 1485. Eodem anno Stephanus Moldauorum princeps, Casimiri Regis Poloniæ cliens, à Polonis desertus, Bessarabiam in extrema Valachiæ ora ad mare nigrum sitam, quæ Chilium vel Kyliam; olim Achilleam & Moncastrum oppida continet, à Turcis sibi ereptam amisit. Leonclau.

Anno 1485. Matthias Rex Vngariæ totam penè Austriam in suam redigit potestatem, ac mense Junio dedita ipsi est Vienna. sola noua ciuitas mansit in fide Cæsaris, vsque ad 1487. tunc enim in Augusto se subiecit potestati Matthiæ.

Anno 1486. Maximilianus Friderici Imp. filius, die 16. Febr. electus in Regem Romanorum Francofurti: coronatur in vrbe Aquensi 10. Aprilis. ætat. 28.

Anno 1486. Maii 18. Saganum Silesiæ ciuitas vniuersa incendio periit, vnà cum omnibus templis ac monasteriis.

Anno 1486. Partitio prouinciæ Saxonicæ & Misniæ transacta inter Ernestum & Albertum fratres, Duces Saxoniæ.

Anno 1486. Henricus Senior Dux Brunsuicensis nuptias celebrat cum Margareta Erici Ducis Pomeranię filia. & paulò post per aliquot dies frustra oppugnat Hanouerā.

An. 1486. Sultanus Alcairi, duce Vsune Vsbego, Turcarum copias, quibus Perhates Caramaniæ Beglerbegus &

Baiazetis Imp. gener præerat, profligauit & dissipauit, ipso Ferhate Bego interempto. Leonclau.

An. 1486. Fridericus III. Dux Saxoniæ Elector successit patri 26. die Augusti.

An. 1486. Bello durante inter Sigismundum Austrium & Venetos, Georgius Sonnenbergius turmæ Equitum præfectus, prouocatur ad duellum ab Ant. Maria Seuerinate, quem & vicit. primo enim equis concurrerant: postea pedites facti inter se luctantur. cum ambo cecidissent, Germanus succubus arrepta sica Antonii, nates eius vulnerat. Italus gloriam certaminis hosti cessit; eumq; victor plures dies honorifice secum ad exercitum habuit; curatumque vulnere donis additis dimisit. Bembus.

Anno 1487. Maximilianus Cæsar capitur à Brugensibus anno ætatis 28. postea liberatus à patre.

Anno 1487 Robertus Sanseuerinas, à Germanis prælio victus, non procul ab vrbe Tridentina, fugiens in Athesi fluuio, magno cum suorum periit, die 10. Augusti corpus repertum à Tridentino Episcopo honorifice humatum est.

Anno 1487. Saraceni expelluntur Granatæ regno, cui incubuerant 780. duce Ferdinando & Isabella Lusitana; quę heic egregio stratagemate bellum iuuit, circumducens secum ad locum pugnarum virgines suas domesticas, vt earum aspectu nobilitatis ardor incenderetur.

Anno 1485. Vienna Vrbs à Matthia Rege Vngariæ, fame execrabili expugnata, sese dedidit Cal. Iunii cum modius vnus farinæ venderetur 107. florenis. Bonfin. Vng. Chron. Eber. 2. Iunii.

An. 1487. Episcopus Sedunensis infeliciter pugnat aduersus Ludouicum Sfortiam in Valle de Oscella 28. Apr.

Anno 1487. Robertus Sanseuerinas bellator Italiæ suæ celeberrimus, Dux Venetorum contra Sigismundum Archiducem Austriæ, superatur ad Rogoredum oppidum clade magna, vixque euadit.

Anno 1488. celeberrimus erat vbique Theodorus Gaza Thessalonicensis, qui cum nouissime nobilissimas suas lucubra-

cubrationes in membranis accurate perſcriptas Xyſto Pō-tifici Max. detuliſſet; donatus ſolummodo ducentis duca-tis, nummos omnes præ indignatione proiecit in Tiberim, ſubdito: *Effugere hinc lubet, poſtquam opimæ ſegetes in olfactu præpinguibus aſinis ſordeſcunt*: atque ita in Brutios ad ſacer-dotii ſui ſedem contendit, vbi paulo poſt plane ſenex fato functus eſt.

Anno 1488. die 8. Martii Ioannes Dux Glogouiæ, eius vrbis Senatum totum in turrim compingit tanquam con-ſpiraret pro Rege Matthia contra ſe; vbi omnes fere enecti ſunt fame. Poſtridie ex plebe nouum legit Senatum, ac Cerdonem quendam renunciauit Conſulem, hominem ſtaturæ excelſioris; qui cum diceret, minime ſe ei officio i-doneum; ſubiecit: Imo tales ſunt quos quæro. priores enim nebulones, aſtutiores erant quam volebam.

Anno 1488. Ingenti denuo terræmotu Anglia conquaſ-ſata fuit.

An. 1488. Bellum Glogouienſe geſtum, quo Matthias Rex Vngariæ Ioannem Ducem Glogouienſem, Ducatu exuit & expulit. Hic Dux Senatores Glogouiæ fame neca-uit, de quo Curæus. In caſtris Matthiæ fuerunt equites Raſcii. Ideo hoc bellum à ruſtica plebe nominatū fuit Ra-ſcianum.

Anno 1488. die 14. Octobris Ioannes Dux Glogouien-ſis, impar bello contra Matthiam Huniadem, cui ſe inſanum in modum inuoluerat; mandat præſidiariis Freiſtadii, vt oppidum diuerſis in locis accendant, raptiſq; quæ poſſent abeant. ſicque oppidum hora 4. noctis inflammatur.

Anno 1488. 7. Decembr. obiit Franciſcus vltimus Bri-tanniæ Dux, relicta vnica filia, quam Maximiliano Cæſari iam deſponſatam Carolus VIII. Franciæ rex præripuit, reddita illi Margareta filia, quæ à teneris annis ſponſa eius in Gallia vixerat. Atque hinc eſt quod Britanniæ Ducatus Franciæ adnectitur.

Anno 1488. Aluicus Sulzenſis Comes & Vlricus Baro ab Altoſaxo admittuntur in ius ciuitatis Tigurinæ.

Anno 1488. Ericus Senior Dux Brunſuicenſis annos natus 18. cum multis nobilibus proficiſcitur in terram Sanctam: inde reuerſus anno ſequenti Romam quoque inuiſit.

Anno 1489. 6. die Aprilis Ioannes Waldeman Eques & conſul Tigurinus, cum quibuſdam Senatoribus, in ſcelere deprehenſi, publice decollantur. Stumpfius.

Anno 1489. circa trium Regum, omnino confirmatur fœdus Sueuicum, auctore Georgio Bauariæ Duce.

Anno 1489. die 28. Maii maxima pars Glogouiæ incendio abſumitur, negligentia mulieris quæ candelam parum prouide cuſtodierat. Eadem ciuitas anno priore 14. Nouembris conflicta fuerat cum crudeliſſimo tyranno, & fame tantum non enecta ſeſe dediderat Matthiæ Vngariæ Regis militibus à qua obſidebatur. adeo verum eſſe, nullam calamitatem venire ſolam. quippe eoſdem ciues anno 1492. crudeliſſime iterum excarnificauit Ioannes Polacus adminiſter Regis Poloniæ, de quo conſulantur Annales Curæi.

An. 1489. Auguſtino Barbadico Principe Senatuſconſultum factum eſt Venetiis, vt non niſi Doctores in publicis collegiis Laureati ad docendum in Gymnaſio Patauino admitterentur; iis nimirum ſecluſis qui Doctores fieri à Comitibus Palatinis conſueuerunt. Præterea, vt Doctores tum ordinarii, tum extraordinarii ingredientes ſcholas ad habendas explicationes ſuas cum minori numero quam ſex auditorum, pœnâ librarum decem pro ſingulis huiuſmodi explicationibus punirentur.

An. 1489. Tigurinæ plebis tumultu Ioannes Waldmanus Conſul cum Senatoribus aliquot capite plectitur.

Anno 1489. Carolus Francorum Rex ope 8000. Heluetiorum inſigni potitur victoria aduerſus Britonum Ducé.

An. 1490. Tanta fuit inundatio Rhodani, vt vndæ fluctuſque tranſgrederentur pontem Lugdunenſem.

Anno 1490. die 5. Aprilis obiit Viennæ Matthias Rex Vngariæ; artium patronus. Ioannem Regiomontanum

menſæ

mensæ suæ adhibitum prosecutus est dono anniuersario, hoc est stipendio perpetuo 200. ducatorum.

Anno 1490. 4. die Iulii Vratislauiæ publice ceruices abscissæ sunt Henrico Dominico, Principi Senatus, quod diceretur collusisse cum Georgio Stenio quæstore Regio, & ciuitatem ad Regem esset criminatus.

Anno 1490. die S. Chrysogoni 24. Nouembris ante lucem Henricus Senior Dux Brunsuicensis, occisis 9. custodibus inspecula, Hanoueram insidiis occupati posse putabat. sed oppidanorum quidam cognomento Burgentreich prima luce vrbem ingressurus, cum videret in hortis latitantes milites, clara voce monuit portarium ne panderet vrbem, ignotos enim adesse hostes. & sic re infecta abiit Henricus.

Anno 1490. Fasciculus temporum hoc anno terminatur, cuius autor fuit, teste Tritthemio, Wernerus Rolewinck de Laer Westphalus, Carthusianus, qui adhuc vixit anno 1494. vt idem scribit. Huic libello postea adiectæ sunt additiones vsque ad annum 1518.

Anno 1491. ingens concursus & peregrinatio Sternbergum versus cæpta est fieri à populo, propter hostiam sacram: rursum illa decrescente quæ fuerat Wilsnaci.

Anno 1491. cepit gliscere odium in Silesia inter Episcopum & collegia Sacerdotum Vratislauiæ: quod in sanciendа disciplina seuerior esset.

Anno 1492. Ioannes Varadiensis Episcopus, demum etiam Olomucensis, qui ob studia Poetices, in quibus excellebat, primum innotuit Matthiæ Regi Vngariæ, cum appellaretur Ianus Pannonius; atque exinde ita regi catus fuit, vt totum pene solus possidere existimaretur; ardua quæque negotia administraret, aulamque aleret superantem splendore vel maximos Principes, exuta persona priore, religionem monachorum quos Bernardinos dicimus, ingressus est Vratislauiæ; exstruxitque cænobium sui ordinis Iauerauiæ, item Glogouiæ.

Anno 1492. Henricus Dux Brunsuicensis eius nominis

Senior, Ducis Iulii auus, Brunſuigam obſidione premit: hi-bernatque in monaſterio Rittershauſen.

Anno 1492. Ferdinandus Rex, cognomento Catholicus, partem Beticæ, quam Granatam vocant, à Mauris ſeptingentos octoginta annos (alii 878.) occupatam, recepit & recuperauit, pulſiſq; Saracenis & Mahometica ſuperſtitione abolita, templa Chriſtianæ religioni condidit, & de omni regno tandem cum magna nominis gloria triumphauit: vnde & Catholici cognomentum meruiſſe putatur. Taraph. Vide lib. editum de expugnatione regni Granatæ.

Anno 1492. Noua Inſula reperta à Chriſtophoro Columbo Genuenſi.

Memoria & conſideratione digniſſimum eſt, quod vna cum literarum & ſtudiorum inſtauratione totus pene mundus renouari, & certarum opum acceſſione augeri & ditari cœpit. Nam quod auditu mirum eſt, tam εὐπορος ille (Dei beneficio) fuit hoc tempore: vt noſtro orbi, hactenus incognitas & reconditas quaſdam Inſulas, nobis promeret, ditiſſimumque earum penu aperiret, felicem hunc noui orbis partum (vt ita dicamus) obſtetricũ in morem, ſtudio, induſtria & labore ſuo adiutantibus ac promouentibus viris peregrinationum auidis, & ad ſubeunda ſuſtinendaq; pericula impauido animo præditis: inter quos facile princeps fuit Chriſtophorus Columbus, qui hoc ipſo anno à Rege Hiſpaniæ nauibus inſtructus, Cal. Septembr. ſoluit ab ipſis littoribus, qua nauigatione multas Regiones & Inſulas orbis hactenus incognitas inuenit: quas poſtea Rex Hiſpaniæ coli & frequentari iuſſit. Ea de re ita Bembus hiſt. Venetæ lib. 6. Columbus homo Ligur, ingenio peracri, qui multas emenſus regiones, multum maris & Oceani perluſtrauerat, tribus cum nauibus ad Inſulas fortunatas, quas Canarias appellant, profectus, atq; ab iis tres & triginta totos dies occidentem ſecutus ſolem ſex numero Inſulas reperit, quarum ſunt duę ingentis magnitudinis, quibus in Inſulis Luſciniæ Nouembri menſe canerent, homines

mines nudi, ingenio miti, linteribus ex vno ligno factis vtentur. Frumentum hi habent, quod Maizem appellant, multo quam nos, spica & culmo grandioribus [illegible] foliis & plurimo ac rotundo grano, quod [illegible] membrana pro aristis vestitur, quam quidem maturescens reiiciat. Animalium quadrupedum genera habẽt perpaucaruuium vero longe plurima. Cum vno harum duarum Insularum Rege fœdere inito Columbus 38. ex suis apud illum relictis (qui mores & sermonem gentis addiscerent, seque breui redituru expectarent) decem ex Insularibus secum ducens, in Hispaniam rediit. Hæc illorum itinerum origo, institutæq; ad incognitas orbis terrarum oras nauigationis hoc initium fuit. Anno autem insequente, vt pollicitus fuerat Columbus, cum nauib. 17. & militibus & fabris & commeatu omnis generis iussu Regum eodem rediens, propter soli bonitatem, magnitudinemque Insulæ, oppidum opportuno loco condere, ac terram colere cœpit. Arbores frondibus nullo anni tempore spoliabantur, vna aut altera exceptis, quarum Hispani, præter pinum palmamque, nobis cognitam viderunt nullam. Insulares à suis Diis, quos Zemes appellant, eiusmodi responsa accepisse constat: venturam eo indutam vestibus gentem, quæ regionem subigeret, & ipsorum Deos aboleret.

Anno 1493. 13. Aprilis Imp. Fridericus renouat Vlmensibus ius illud, quo possint capere, iure accusatos damnare & plectere omne genus maleficorum latrones, fures, incendiarios: ita vt nemo Principum eos tali in iure impediat, sed potius adiuuet.

An. 1493. Inaudita lues, quæ vulgo nominatur Scabies Gallica, hoc tempore in Europa multos homines inficere cœpit, & paulatim alia atq; alia loca inuasit. Augescentibus hominum peccatis, auxit Deus pœnas peccati.

An. 1493. Ericus Senior Dux Brunsuicensis à Maximiliano Imp. in Croatiam missus ætatis anno 24. memorabili pugna superat Turcas.

Anno 1493. Turcæ Chadume Bassa (qui Leonclauio

Iacupes Aga dicitur) duce, Illyricorum, Vngarorum & Croatorum coniunctas copias, quorum præcipui duces fuere Emericus Drancenus & Bernhardinus Frangepanus, in apertis Liburniæ campis (quæ nunc Croatia eſt) non procul à Sauo flum. magno prælio ceciderunt die 9. Septembris: ita vt Chriſtianorum 5077. ex hoſtibus vero circiter 1000. occubuerint. In huius ſtragis Chriſtianis illatæ teſtimonium, cæſorum cadaueribus iuſſu Baſſæ, capita & naſi abſciſſi, & plenis vehiculis Conſtantinopolim transmiſſi ſunt. Bonfi. Leonc. Cuſpin. Drechsler. & alii.

Ab hac clade decurrerunt anni 100. vſque ad prælium Siſſeccanum An. 1593. cum Turcis feliciter commiſſum: quo Croatia hoc dedecus diuina vltione quaſi abſterſit.

Anno 1494. Franciſcus Guuicciardinus hiſtoriam ſuam ab hoc an. exorſus, perduxit ad an. 1532. magna cum eruditionis, ſapientiæ & fidei laude atque commendatione.

Anno 1494. Carolus VIII. Rex Galliæ Florentiam ingreditur, ibique ſtatum Reipub. mutat: & poſtea regnum Neapolitanum occupat. Cominæus.

Anno 1494. die 20. Ianuarii Carolus VIII. Galliæ rex Romæ ab Alexandro VI. inter alias ipſorum mutuas blanditias, deſignatur Imperator Conſtantinopolitanus.

Anno 1494. die 7. Iulii, poſtridie quam ad Tarrum pugnatum eſt, claſſis Gallica ad Rapallum capitur, & Ferdinandus Arragonius in Neapolin recipitur, gaudio ciuium incredibili; ſuopte ingenio nouitate regum gaudentium, ſiue quod faſtidirent Gallos propter effrenem inſolentiã.

Anno 1494. Burdegalæ graſſante peſte, Senatus habetur apud Bergeracum in prouincia Petragoricenſi.

Anno 1495. Supremum Cameræ Imperialis Iudicium Spirenſe (vulgo das CammerGericht zu Speyer) à D. Maximiliano I. inſtituitur Francoforti ad Mœnum, die 31. Octobris: in qua mox die 3. Nouembris eiuſdem anni prima audientia (quam vocant) habita: & die 26. Februarii anni ſequentis 1496. prima ſententia Banni Imperialis pronunciata eſt.

Anno

An. 1495. Eberhardus Barbatus Comes Wirtembergicus & Mompelgardenſis à Maximiliano, motu proprio & ſolenni pompa ad hoc indicta creatur in Ducē 21. Iulii.

Anno 1495. Carolus Francicus occupat regnum Neapolitanum ope militis Heluetici, quorum 1500. ibidem relinquit in præſidio. ſed iidem morbo belloque abſumpti, ſolummodo in patriam reportarunt luem Gallicanam.

Anno 1495. Ex Neapolitana expeditione redit Lugdunum 7. Nouembris, vbi magnifice excipitur, ac tribus locis conſtituit haſtiludia magnificentiſſima; in quibus eminebat quidam giganteæ ſtaturæ Burgundio Claudius Vaudræus.

Anno 1495. natus eſt Otho Dux Luneburgenſis, qui in arce Harborg aulam habuit, frater Ducis Erneſti.

Anno 1495. Menſe Decembri, ſedente Alexandro VI. P. M. Tibris Romæ exceſſit alueum altitudine 13. pedum. Iterum excreuit Leone X. Pont. Max.

Anno 1496. Hic terminatur Chronicon Bonfinii de rebus Vngariæ.

Anno 1496. Hoc ſeculo floruerunt: Petrus Crinitus, qui de Poetarum ætatibus ſcripſit, Politiani diſcipulus: Iacobus Bergomenſis, qui ſupplementum Chronicorum ſcripſit, & vſque ad annum 1486. deduxit: Sebaſtianus Brandt, qui germanica lingua vulgauit libellum, quem appellauit Nauem Narragoniæ, aut potius Nauem Stultorum, in quo cauſam & radicem omnis ſtultitiæ eleganter exprimit, mores hominum carpit, & ſalutaria remedia vitiorum tradit. Tritthemius: Ioannes Manardus Medicus Ferrarienſis: Baptiſta Mantuanus Monachus & Poeta: Iouianus Pontanus: Raphael Volaterranus: Iaſon Iuriſconſultus: Ioannes Nauclerus: Gaguinus hiſtoricus: Ambroſius Calepinus: Philippus Beroaldus, &c.

An. 1496. Prima Comœdia, cuius autor fuit Reuchlinus, in Germania acta eſt 31. Ianuarii, in honorem Dalburgii Epiſcopi Wormatienſis. Magna fuit acclamatio & gratulatio, quod Germanus Poeta tale quid ſcripſiſſet.

Anno 1496. Ioannes Albertus comparato exercitu 80000. in quo fuerunt curruum 30000 tanquam inuasurus Turcam, derepente inuadit Stephanum Valachum; sed parum feliciter: iusto enim prælio flos equitatus Polonici cæsus, captus, fugatusque. Stephanus autem irritatus anno sequenti irruit in vicinas regiones Poloniæ, abduxitq; vltra centum millia hominum.

Anno 1495. Vt Emanuel Rex Lusitaniæ cupit respondere literis Papæ, accersito Ludouico Siluera, iussit vt conciperet responsum, idem quoq; se facturum; quei ex vtroq; concinnaretur deinde vnum: erat enim & bene dicendi faciendiq; æque peritus rex. Ludouicus omnibus intentis neruis, ita meditatus erat rescriptum, vt Rex illo lecto, suum ostendere recusaret, tanquam longe impar: cõmiseritq; alterum illud statim tabellario. Siluera eo animaduerso, intellexit peccatum suum, reuersusque domum ad liberos suos; filii, inquit, alibi quæramus fortunam nostram: aula hæc iam non est amplius nostra. Rex mea inconsiderantia deprendit me ipso doctiorem.

Anno 1496. æstate, Viadrus Silesiæ aliaq; flumina prodigiose aquis intumuerunt, eamque inundationem immanis insecuta est pestilentia.

Anno 1497. America reperta.

America inuenta, sortita nomen ab Americo Vesputio, eius primo exploratore, ex mandato Regis Castiliæ. Propter magnitudinem appellatur quarta pars orbis, quæ hodie tota circumnauigata est, præter eũ tractum, qui Septẽtrionem aspicit, cuius littora nondũ perlustrata sunt. Huius pars quæ septentrionalior est, Nouam Hispaniam, Mexicanam prouinciam, Terram Floridam & Terram Nouam comprehendit. Meridionalior vero (quæ Terra Firma Hispanis vocatur) Peruuiam & Brasiliam continet.

Anno 1497. Nicolaus Princeps Opolensis 27. Iunii Nissæ in area fori capite truncatur, quod stricto pugione adortus esset Casimirum Teschinensem, & Episcopum, arbitratus

bitratus eos aliquid contra ipſum molituros ex imperio Regis Vladislai. Scriptum eſt: cum pro more illius ætatis caligis non vteretur, cadauer ſupino caſu intergum procidiſſe, nudatis genitalibus quæ mortuo erigebantur. indulſerat adulteriis matronarum virginumq; promiſcue. itaq; iræ Dei putatus eſt fuiſſe exemplum.

Anno 1497. die 8. Octobr. obiit in villa ad Veſeuum montem Ferdinandus Aragoniæ & Siciliæ rex, dyſenteria conſumptus; aut vt nonnulli volunt, quod intemperantius nouæ nuptæ, quæ Ferdinandi aui filia erat, complexibus indulſiſſet. Iouius.

Anno 1498. Hieronymus Sauonarola Ferrarienſis, Dominicanus Monachus, 9. Apr. acerbis quæſtionum cruciatibus excarnificatus, iuſſu Alexandri VI. Pontificis Romani, vna cum duobus ſociis, Sylueſtro Florentino, & Dominico de Piſis, Ordinis Prędicatorũ, Florentiæ laqueo ſuffocatus & crematus eſt 23. Maii, ętat. 46. Hic inter imminentis ſupplicii anguſtias, ſcripſit meditationes in Pſal. 51. & 31. verbis viuis (ita de eo loquitur Sixtus Senenſis, Bibliothecæ ſanctæ autor) animatis ſententiis, & Spiritus feruore flagrantiſſimis. Vaticinatus eſt de vaſtitate Florentiæ, Romæ, & reformatione Eccleſiæ, &c. A Ioanne Franciſco Pico Mirandulano, & Marſilio Ficino defenſus, & tanquam Propheta celebratus. Philippus Cominæus lib. 3. de bello Neapol. recitat ſuum cum Sauonarola colloquium, & vaticiniorum eius meminit. Item in fine libri 5. de Hieronymi extremo ſupplicio.

An. 1498. Heluetii recuſantes fœdus Imperatoris Sueuicum, Auſtriacæque etiam domus hereditarium; naſcitur bellum Sueuicum.

An. 1498. natus eſt Dux Luneburgenſis Erneſtus.

Anno 1499. poſt pugnam illam Hardenſem ad lacum Lemanicum decertatã 20. Febr. vbi 400. fœderati de 1000. Gallicis occiderunt ad 5000. repertus eſt Hardi Sueuus [illegible] iam abſconditus ſub tecto. protractus ad pedes accidentis, Ah gute Kuhemauler 1. optimi vaccimulgi parcite

mihi per Deum. Alteris conuicium ei opprobrantibus, testabatur sancte cælum nullo alio vnquam nomine appellatos apud suos. risu oborto, simplicitatem dimittunt.

Anno 1499. Equites Belgii 300. Monasterium Grande vallense in Heluetia incendunt.

Anno 1499. Tschudius Nobilis Glareanus ad singulare certamen prouocatus ab Austriaco Constantiano præsidiario, victoriam obtinet.

Anno 1499. Sueui supra tria millia suorum amittunt in obsidione Dornecci, impetitiâ Tigurinis ac Bernatibus.

Anno 1499. Rhæti in Malsæ campis cædunt Austriacos 4000. reliqui fuga dilapsi Meronam obsides 33. Rhætos in frusta concidunt.

Anno 1499. Heluetici 12000. auspiciis Galli militantes Volturenam occupant. horum postea 2000. conscribuntur à Duce Valentino, quorum opera deuincit ducatum Foroliuiensem.

Anno 1499. 10. Kal. Octobr. compositum est funestum illud bellum Helueticum Basileæ, in quo vario euentu Maximilianus Imp. octies pugnarat, signis collatis; maiore tamen sua quam hostium clade, interfectis heu hominum 20000.

Anno 1500. Alexander VI. PP. hoc anno Romæ celebrauit octauum Iubilæum Pontificium, & anno sequenti per legatos suos in Germaniam atq; alias longinquas prouincias diplomata cum amplissimis Iubilæi indulgentiis misit, eaque passim vendidit propter eos, qui Romam ire neglexerunt, vel venire non potuerant. Volater.

Iocosum est responsum huic Alexandro ab Hieronymo Donato Legato Veneto aliquando datum. Quærenti enim per iocum Pontifici, quibus tandem titulis vrbs Veneta possessi Hadriæ niteretur? Festiue respondit Donatus; Constantini illam notissimam donationem, quæ oculos veniat, opistographam comparituram, & vetustate ipsa id de quo quæreretur palam exhibituram.

An. 1500. Hoc tempore desinit Chronicon Ioannis Nauclerj

cleri Præpoſiti Tubingenſis, quod cõtinuatum eſt per Laurentium Surium Carthuſianum vſq; ad an. Chriſti 1564.

Anno 1500. Ludouicus XII. Galliæ Rex capto Ludouico Sfortia, Mediolanum occupat, & ann. 13. obtinet.

An. 1500. Lugduni tempore nundinarum mercatores aliquot viui cremantur in hoſpitio cui ſignum capitis argentei. Cum enim ipſi diuerſarentur in parte ædium ſuperiori, & culina conciperet incendium, priuſquam ab hoſpita clauem petere poterant, vt auferrent è ciſta argentum ſuum aurumque, iam ignis omnia inuaſerat: ne autem ſe proiicerent è feneſtris prohibebantur clatris ferreis: quæ priuſquam à ciuibus perfringi poterant, flammarum vndæ illac emicabant, negotiatoribus illis poſt horribiles ciulatus miſere exuſtis.

Anno 1500. 13. kalend. Martii pugnatum eſt cum Dithmarſis à Danis atque Holſatis, non ſine inſigni nobilitatis clade.

Anno 1500. die 24. Maii pugnatũ eſt in Friſia circa Winſchotum, inter Ludouicum Comitem Naſſouium & Ioannem de Ligny Comitem Arenbergiæ; vbi hic perit, cum ſuorum plus minus 1500. dumq; fugitiuos perſequitur Ludouicus, amiſit fratrem Adolphum in oppugnatione monaſterii Heiligerlee.

Anno 1500. Methone capta.

Baiazetes II. Turc. Imp. Solymani auus, Methonem, alias Modanam, vrbem Peloponneſi munitiſſimam, quam tunc Veneti tenebant, poſt diuturnam obſidionem occupauit: oppidanos ad vnum omnes, Venetos pariter & Græcos, alioſq; nobiliſſimos in ciuitate viros, ad ſe pertractos, in conſpectu ſuo mactari iuſſit, ædificia maxima ex parte incendit, & ipſum Methonenſium Epiſcopum, ita vt erat mitratus & ſacra veſte indutus, obtruncauit, 10. Auguſti. Drechsl. Mechou, Iouius. Eodem tempore & Corona Peloponneſi in Meſſenia vrbs maritima à Turcis occupata eſt. Leonclau.

Anno 1500. Emanuel rex Portugaliæ classem 12. nauium in Indiam expediuit, quæ soluit illinc 9. Martii die Lunæ. Ea superauit Insulas Canarias 14. diebus, & 24. Aprilis attigit Insulam, cuius incolæ incedebant nudi, &c. Die 13. Septemb. peruenerunt ad vrbem Calechut cum 7. tantum celocibus (nam ex classe quatuor perierant tempestatibus obrutæ) cuius Regem muneribus missis honorarunt. Eius hæc traditur descriptio: Thronum panno sericeo inumbrauerat, qui purpuram præsentabat: ipse vero nudus conspiciebatur totus: circumduxerat bombicinũ pannum candidissimum, eumq; subtilissimum, quem auro exornauerat, in capite gerebat birretum aurei panni: perforatas habebat aures, inque eis Adamantes & Sapphiri, vnionesque duo: in brachiis armillas aureas, à cubito vsque ad manum, distinctas lapidibus preciosis innumeris, eisdemque incredibilis valoris: crura pariter exornabantur, & in digito pedis vernabat lapis precioſus splendore incomparabili. Hac de re vide Aloysii Cadamusti Nauigat. cap. 63. & 73. De eodem Volaterranus: Auspiciis Emanuelis, inquit, Regis Lusitaniæ, 12. nauibus emissis reperta est Insula noua & maxima, quam Sanctam Crucem nostri appellauere. In hac sunt homines Anthropophagi. Calechuti portum attigerunt, sexto postquam domo discesserunt mense. Lusitani sex tantum saluis nauibus 16. mense quam discedere domum reuersi sunt.

Anno 1500. Moschorum ac Tartarorum centum millia trucidantur à Liuonibus; vno tantum suorum desiderato.

Anno 1501. Facultas Theologica Acad. Mogũtinæ imitata Synodi Basilienſis decretum, itemque Parisienses & Colonienses Theologos, decreuit & statuit sentiendum, Mariam Virginem sine peccato originali conceptam, idq; singulari quodam priuilegio. Surius.

Anno 1501. Ludouicus Sforcia, recuperat Ducatum Mediolanensem, dum Veneti bello Turcico implicati viribus distrahuntur, ac Pontifex Romanus alia omnia iurat.

Anno

Digitized by Google

Anno 1501. Ferdinandus Catholicus, & Ludouicus Galliæ rex diuidunt inter ſe regnum Neapolitanum. At anno ſequenti Conſaluus Ferdinandi Dux, id totum fere occupat.

Anno 1501. Tigurini, Bernates, Vrii, Suitii, & Subſiluani in hoc conueniunt, ne poſthac ab vllo Principe donum aut ſtipendium admittant.

Anno 1501. Cruces ſanguinolentæ in veſtib. hominum per Germaniam apparuerunt.

Anno 1501. tempore Autumni Henricus Senior Dux Brunſuicenſis fruſtra in Friſiam ducit exercitum.

Anno 1501. Mesko Dux Polonienſis occiſo inter ſacra menſæ Boleslao Duce Bohemiæ, legatos mittit ad Imper. dans ei & promittens infinitam pecuniam, quo filium Boleslai Oalricum, in aula eius educatum, catenatum mitteret in cuſtodiam. O inuictiſſima fames auri, vbi eſt potentiſſimum ius Romani imperii? Ecce poſſeſſor auri, preſſus ponderibus auri Ducis obtemperat iuſſis, & fit tortor, ac carceris mancipator auro corruptus. Nec mirum ſi ille paruit Duci; cum noſtris temporibus Vecek ſub mola ruſticana natus Henricum III. Regem potentiſſimum (o indignum facinus!) catena aurea traxerit in Bohemiam &c. Coſma Pragenſis.

Anno 1501. Baſilea & Schaphuſia in numerum pagorum Heluetiæ cooptatæ.

Anno 1502. Baſileæ 3000. homines abſumuntur peſtilentia.

Anno 1502. Conradus Pellicanus ætat. an. 24. fratribus Minoritis Baſileæ ordinarius Theologiæ præficitur lector & profeſſor. Vita Pellicani.

Anno 1502. Moſchus iterum à Liuoniæ principe victus, inducias pangit annorum quinquaginta.

Anno 1502. Marchio Brandeburgenſis belligerat cum

Noribergenſib. magno vtriuſq; partis damno. Dumq; iſto anno de pace agitur Erfurdiæ, Noribergenſium ciues in fraudem illecti, numero fere 328. à Caſimiro Marchionis filio trucidantur. Chytræus.

Anno 1503. die 28. Aprilis grauiter cæſus ad Ciriniolam Apuliæ Gallus ab Arragonici cohortibus. durauit pugna poſt Solis occaſum horam vnam & dimidiam. poſtridie ad huius prælii famam deficiunt à Gallis oppida amplius 60. inter quæ Capua & Neapolis. Sabellicus.

Anno 1502. In diœceſi Spirenſi à duobus ruſticis in pago Vndergrunbach / qui callidis perſuaſionibus alios complures in ſuas partes pertraxerunt, exorta eſt conſpiratio & rebellio Agricolarum aduerſus Epiſcopum & Canonicos, quæ dicta eſt Liga ruſticorum, Bundtſchuch. Præcipuus coniurationis articulus fuit, vt aucti numero omne iugum ſeruitutis excuterent: Heluetiorum more armis libertatem ſibi vendicarent: & Magiſtratum omnem abolerent, &c.

Anno 1503. Alexander Papa per miniſtri incuriam ebibit venenum vna cum filio, quod Cardinalibus quibuſdam miſcuerat, vt regnum filio parare poſſet, contradicente nemine.

Anno 1503. Galli in Italia profligantur à Conſaluo Duce, dediturq; Caieta: atq; ita, toto regno Neapolitano eiicitur Gallus.

Anno 1503. Tiguri caupo quidam Buggerlinus nomine; apud quem mercenarius quis deponit peculiolum. eum comitatus in ſiluam, ibidem interficit ſepelitque. Eo forte reperto, ſuſpicio hæſit in cauponem. data eſt ipſi falciciila pauperis illius reperta ſub cingulo, quæſitumq; num agnoſceret? vt eam ſumit in manus, ecce ſudat ſanguine. quo viſo quod antea tortus negarat, vltro fatetur.

Anno 1503. Epiſcopo Conſtantienſi Hugone cum ſuis equitante per aratorum ſegetes; eques cuiuſdam ex comitatu eius fulmine necatur, & circiter ſeptem viri vna cum equis corruerunt in terram. factum in Kletgæa.

Anno

Anno 1503. Halam Sueuorum venit Rex Maximilianus, qui inde abiturus, planus neſcio quis auſus accedere ad aurem Principis, ac petere quid magni tanquam frater à fratre. Interrogatus qua ratione? ab Adamo inquit. Cæſar cruciato vno hominem proſequitur. ille: tantillum fratri frater? Cæſar Acquieſce inquit, mi frater, ceteroſq; fratres circumi. nam ſi vnicuique fratrum talium cruciatum dedero, fiam te pauperior: Sin fratrum quiſque tibi impartierit cruciatum, me eris ditior. Ioan. Herold.

Anno 1503. Heluetiorum 4000. contra magiſtratuum edicta militant Gallo in agro Neapolitano; qui omnes fere morbis ferroue intereunt.

Anno 1503. ciuitas Londinum incendio pene abſumpta fuit.

Anno 1504. Braſilia Americæ regio à Luſitanis hoc anno inuenta.

Anno 1504. Iuliana Cunradi Peutingeri filiola quadriennis Maximilianum Cæſarem Auguſtam Vindelicorum intrantem, excipit acclamatione Latina, ſalutatq; reip. nomine: quam Imp. comiter audiit perorantem.

Anno 1504. Circa hæc tempora deſinit Crantzii Chronicon.

Anno 1504. Ab initio Aprilis ad finem Iulii, nullæ fuere pluuiæ. Fabricius.

Anno 1504. Maximilianus Imp. Weiſſenhornam ac Kirchenbergenſem Comitatum oppignerat ad annos 10. pro 70. millibus Rhenenſium, Vlrico, Georgio & Iacobo Fuggeris. ad quam oppignerationem cum amplior accederet ſors, pignus illud ceſſit Georgii filiis Raimundo atque Antonio, vna cum inſignibus & titulo Baronum, priuilegioque cudendi aurum atque argentum, 14. Nouembris, 1530.

Anno 1504. exortum eſt geſtumque bellum Bauaricum: cuius cauſſa talis. Georgius Diues, Bauariæ inferioris Dux moritur, relicta ſolum filia Eliſabetha, nupta Ruperto Palatino Philippi Electoris filio; ex quo nati Philippus &

Ottohenricus. Rupertus autem testamento soceri scriptus erat bonorum omnium heres. quo fretus gener, ea ipsa inuadit. cui se opponit Albertus Dux Bauariæ superioris, quod factum diceret pactum hereditarium, vt mortuo aliquo è familia sine masculis, eius regio cederet reliquis Bauariæ Ducibus.

Anno 1504. Senatui vrbis Lubecæ à Romano Imp. indultum est, ne cui liceat à Senatu appellare, nisi lis excedat quadraginta florenos Lubecenses.

Anno 1505. Coloniæ in Comitiis bellum Bauaricum componitur, & Palatinus Rheni à Cæsare recipitur in gratiam. Verum Wirtembergicus, Hassus, Norimbergenses, retinēt sibi ditionis haud exiguas lacinias, abscissas tēpore eo quo proscriptus fuerat Rupertus cum filio Philippo. In hoc conuentu Iacobus Marchio Badensis & Episcopus Treuirensis respondit legatis Pontificiis Latine, Germanis Germanice, Gallis Gallice, Venetis Italice.

Anno 1505. Sophi Persarum Rex cum Turcis in Asia congressus, multa eorum millia occidit.

Anno 1505. Lutherus cum paulo ante renunciatus esset Magister artium, & ad Iurisprudentiam animum appulisset, fulmine territus & consternatus, voto suscipiendi Monachatus se obstrinxit. Itaq; agens annum ætatis 22. inuito & reclamante parente, ingressus est monasterium Augustinianorum Erfurdiæ, 17. Iulii (die Alexii) & in eo integrum annum ante solennem professionem, vt moris est, nouitius constanter perseuerauit: deinde palam professus est Monachum. Surius.

Anno 1505. Carolo Geldriæ Duci bellum infert Philippus Archidux Austriæ, adiutus auxiliis patris Maximiliani. Sed dum auocatur ad Hispanica, bellum pactionibus finitur.

Anno 1505. Ludouicus XII. Rex Galliæ fœdus icit cum Cæsare, Hispano, & Pontifice contra Venetos, Cameraci.

Anno 1505. Fuggeri aliiq; aliquot negotiatores Augustani,

Digitized by Google

ſtani, collatis 31. millibus Ducatorum tria adiunxere nauigia claſſi Luſitanæ in Indiam abeunti. Rediere 1506. Calecutio Vlyſſiponem, relictaq; regi, de more, mercium parte quarta, anno 1509. appulere Antuerpiam. diſtractis ibi mercibus, detractiſq; omnibus ſumptibus, cētenus quiſq; Ducatus lucrifecit ducatos centum 75. Gaſſarus.

Anno 1506. Matthias Mechouius hiſtoriographus Polonicus, Medicinæ Doctor & Aſtrologus, Chronicō ſuum terminat. Vixit adhuc anno 1515.

Anno 1506. Ioannes Capnio primus Grammaticam Hebraicam Latine ſcripſit & edidit: vna cum Hebraico Lexico, Præfat.

Anno 1506. Mulhuſani in ius ciuitatis Baſileenſis admittuntur.

Anno 1506. Michaël Glinſchius Tartaros Lithuaniam effuſe populantes, vniuerſos pene concidit. Is militarat iuuenis in Friſia apud Albertum Ducem Saxoniæ, vbi ob peritiam rei militaris regibus innotuit, & omnia ſolus potuit apud Alexandrum Regem Poloniæ; quamuis calumniis multorum ſæpe impetitus. Verum vt eo mortuo eædem inſuſurratæ ſunt Sigiſmundo regi, iſque de eius fama inciperet dubitare, oſtenderetque alieniorem, cum prouocans ad iudicium pūblicum, non auditretur, iræ plenus transfugit ad Moſchum tradito ſimul magno tractu ducatus Lithuaniæ; poſtea que erepto arce & ducatu Smolecenſi: qui vltra centum annos fuerat Lithuanorum; atque exinde à Moſcho poſſidetur. Idem Michaël cum Moſchus fidei eius non crederet, vt pollicitus eſt, ditiones acquiſitas; ſollicitante Vladislao reconciliatus eſt Sigiſmundo: quod ipſum vt Moſcho innotuit per proceres Polonos, qui eum oderant; carceri mancipatur: è quo quidem deinde exemptus eſt: ſed tamen eidem redditus à vidua Moſchi, cognata ſua; inq; eo periit. vocabatur ſimpliciter in Sileſia, Pan Michael.

Anno 1506. Bulacum Tigurinorum oppidum præter vnam domum in vniuerſum igne abſumptum.

Anno 1507. Sigiſmundus coronatur Rex Poloniæ 24. Ianuarii: regnat an. 42. inchoat.

Anno 1507. 25. Aprilis horribile incendium Norwichum afflixit: adeo vt continuos quatuor dies funeſtis ignibus ciuitas conflagrarit. Eodemque anno 4. Iunii conſimili caſu denuo incenſa fuit.

Anno 1507. Gallus ope 6000. Heluetiorum Genuam occupat.

Anno 1507. ceptum bellum Venetum, quod durauit annos nouem; in quo mirabili conſpiratione animorum aduerſos habuere pleroſque Principes Europæ.

Anno 1507. Carolus Dux Geldriæ rupta concordia, Brabantinos Gallorum auxilio vehementer moleſtat.

Anno 1507. Lutherus in Cœnobio Erphurdienſi primitias ſui ſacerdotii celebrat, primamque Miſſam cantat Dominica Cantate (2. Maii) ætatis 24. à confirmatione primatus Papæ 900.

Anno 1508. Imperator, Papa & Gallus confœderati Venetis bellum inferunt.

Anno 1508. Alphonſus Albuquercius Ormuzum vrbem & Regnum in ſinu Perſico, Emanueli Luſitaniæ Regi ſubiecit.

Anno 1508. Lubecæ igne periit Templum D. Virginis altera die Paſchatis: eodemq; anno reſtauratum eſt, & quidem tegulis æreis.

Anno 1508. *Μωρίας* Encomium editum ab Eraſmo Roterodamo 9. Iunii. Præfat. De quo libro autor ipſe in Adagiis Chiliad. 2. Cent. 2. Adag. 40. ita loquitur: Luſimus Moriæ Encomion, cui non plus ſeptem dierum operam impendimus, idque nullis librorum adminiculis adiuti. Nam noſtra ſarcina nondum aduecta tum erat. Hoc quicquid eſt libelli, video candidis ingeniis, & iis qui bonis literis ſunt initiati, magnopere probari, qui, præter iocandi feſtiuitatem affirmant illic eſſe non pauca, quæ ad corrigendos hominum mores magis conferant, quam Ariſtotelis Ethica, aut politica dogmata. Et tamen audio non-

nullos



Digitized by Google

nullos offendi, sed paucos, atq; hos eiusmodi, vt nihil pro-
bent nisi barbarum, insulsum & ab omnibus Musis alieniſ-
simum. Ego neq; mordeo quempiam nominatim, nisi for-
te meipsum, & odiosam illam scelerum ac vitiorum cama-
rinam nusquam mouens, ridicula quædam magis quam
fœda paucis attingo. Sed taxas, inquiunt, Episcopos, taxas
Theologos, taxas Principes. Primi non animaduertunt,
quam hoc ipsum faciam moderate, minimeq; odiose. De-
nde non meminerunt illius Regulæ, quam toties inculcat
D. Hieronymus: Vbi generalis de vitiis disputatio est, ibi
nullius personæ esse iniuriam, neq; carbone notari quen-
quã quasi malus sit, sed omnes admoneri, ne sint mali, &c.

Anno 1508. Ioannes Coletus Diui Paulli Decanus Lon-
dini suis sumptibus magnificã scholam exstruxit, in ea par-
te cœmiterii Paullini, quæ ad orientem spectat.

Anno 1508. Maximilianus Cæsar Patauium, Veronam,
Vincentiam, Brixiam & alia sociorum oppida recuperauit.
Palmer. App.

Anno 1508. Carolus Geldriæ Dux fœdus clanculum,
nit contra Maximilianum, irrumpitq; in Brabantiam.

Anno 1508. Franciscus Almeida primus Indiæ prorex
Campsonis Sultani Ægyptii classem, Indis auxilio missam,
feliciter profligauit.

Anno 1508. Tritthemius scripsit librum de intelligentiis
cœlestibus & spiritibus nescio quibus: vbi etiam de religio-
nis mutatione (& quidem intra annos 13. aut 17. futura) o-
minari quædã ausus est his verbis: Secta religionis, inquit,
consurget, magna veterum destructio religionum: timen-
dum, ne caput vnum amittat bestia quarta.

Anno 1509. Veneti ad Caruaglium in loco Agnadelli à
Gallis magno prælio victi & superati sunt die 14. Maii, ipso-
rum Duce Bartholomæo Aluiano capto, & 8000. militum
trucidatis. Qua tunc quidẽ occasione Brixia, Bergomum,
Crema, Cremona, cæteraq; Ducatus Mediolanensis loca
a Ludouici XII. Francorum Regis potestatem venere.
Papa item & Hispanus suas quasdam à Venetis occupatas

vrbes & oppida receperunt. Chron. Gall. Guicciard. Benther. Etiam Pisani, qui quatuordecim fere annis libertate vsi erant, eamq; magna virtute defenderant, à Sociis deserti, fame tandem expugnati dedunt se Florentinis.

Anno 1509. Erphurdiæ atrox exardet seditio inter Senatum & plebem. anno sequenti Consul strangulatur in patibulo, & post quinquénium Syndicus dissectus in quatuor partes.

Anno 1509. 20. die Maii cruenta concitata fuit seditio Pragæ, ob litem inter multitudinem vrbanam & aulicos Regis Vladislai qui aliquid proterue dixerant in religionem Hussiticam. in eo tumultu senex Bohemus in regem prospectantem de fenestra vna cum Episcopo Laurentii sclopetum explosit; cuius glans inter vtrumque innocuus transiit.

Anno 1509 Monachi 4. Ordinis Prædicatorum Bernæ, ob magicas artes quibus impostoras suas confirmant, exuruntur.

Anno 1509. Terræmotus ingens Constantinopoli per dies 40. Baiazetes ex Natolia, Romania, aliisq; locis opifices cæmentarios lignariosq; ad octuaginta millia euocat, qui collapsa instaurent.

Anno 1509. magna pars templi Cathedralis Norvvichi, cum libris pene omnibus Ecclesiæque ornamentis comburitur.

Anno 1510. Hoc anno ortum est bellum literarium inter Reuchlinum & Colonienses quosdam Monachos, de libris Iudæorum, cuius rei multa fit mentio in Reuchlini Epistolis. Mandauerat Maximilianus Imperator Reuchlino, vt, quid de cremandis Iudæorum libris sentiret, in modum consilii referret, & scriptum Archiepiscopo Moguntino transmitteret Cæsari reddendum. Ille in partem benigniorem propensior, iudicauit scripta quædam Iudaica conseruanda, quædam vero blasphema exurenda. Fuerat autem Coloniæ Iudæus quidam baptizatus, cogno-

mento

mento Pfefferforn/ qui & anno 1514. ob panis consecrati violationem in Salinis Saxoniæ candentibus forcipibus discerptus & crematus est: hic autor eius consilii fuerat, vt de Cæsaris mandato singuli Ebræorum libri, præter nudum Bibliorum textum, comburerentur, vel saltem, vt quidam suspicati sunt, igni adiudicarentur, vt ante executionem Iudæi grandi ære libros suos ab incendio redimerent, quod si fieret, consilii illius autor auri partem acciperet. Quem conatum suum cum Iudæus Reuchlini consilio eludi cerneret, sparsis libellis famosis, eum apud multos in odium & inuidiam vocauit. Librum vero Reuchlini Colonienses flammis tradiderunt: quæ res miris factionibus inter doctos agitata est, aliis Capnionem, aliis Colonienses tuentibus. Tandem orto Lutherano incendio, fumulinum ho (vt quidam tum appellarunt) certamen in fumum abiit. Vide Sleidanum lib. 2. sub anno Christi 1520. vbi prolixius rem omnem expoluit.

Anno 1510. Iulius P.M. fœdere Heluetiis vnitur.

Anno 1510. Berlini in Marchia Iudæi supplicio affecti sunt propter panem consecratum contumelioſe tractatum, 38. exusti, & duo decollati, 19. Iulii.

Anno 1510. Goa, vbi nunc Proregum Indiæ & Scholæ Iesuitarum celebris sedes est, 6. Februarii primum occupata.

Anno 1510. Lubecenses classem educunt contra regem Daniæ, Suecosq; adiuuant in expugnanda arce Calcuarienſi.

Anno 1510. Cathatina Cornelia Cypri regina, à Senatu Veneto olim adoptata, moritur Venetiis, relicto eis regno Cypri.

Anno 1511. In Comitiis Imperialibus Treuiti, ex S. C. distributum imperium Germanicum, in prouincias decem, Austriacam, Bauaricam, Sueuicam, Francicam, Rhenensem superiorem, Electoralem, Burgundicam, Westphalicam, Saxonicam inferiorem & superiorem.

Anno 1511. die 12. Februarii vrbs Vratislauiensis impetrauit ius Emporii à Rege Vladislao Bohemiæ & Vngariæ: quod tale fuit, vt nec Polonus, nec Germanus eam ciuitatem cum mercibus transire possit, sed ibi eas deponant, interq; se transigant.

Anno 1511. die 4. Maii Felix Comes Verdenbergensis à venatione rediens, Andream Comitem Sonnebergensem inimicum, armatus inermem obtruncat.

Anno 1511. accidit pugna Danorum & Lubecensium circa Bornholmium, die S. Laurentii, quæ ideo quotannis Lubeco vrbi ob victoriam festa est.

Anno 1511. Albertus Marchio Brandeburgicus, factus est Magister Ordinis Teutonici in Prussia, an. 321. ab instituto Ordine. Anno sequenti introductus est in vrbem Regiomontanam.

Anno 1511. Lubecenses pugna nauali vincunt Danos insigni victoria. tandem vtrinq; pertæsi bellorum pacem faciunt Flensburgi, exclusis Suecis.

Anno 1511. Malaca aureæ Chersonesi metropolis ab Alphonso Albuquercio expugnata. Osor. lib. 7.

Anno 1511. Gulielmus Dux Iuliacensis & Bergensis, moritur absq; herede masculo. filia eius Maria vnica, data in matrimonium Ioanni Duci Cliuensi, ampliſſimis prouinciis ipsum adauget.

Anno 1511. Medicæi iam 18. annis exules, Hispanici exercitus terrore, promissa ciuibus libertate, recipiuntur Florentiæ.

Anno 1512. Pugna ad Rauennam commissa est ipso die Paschatis, 11. Aprilis, in qua clade memorabili Iulii II. Pontificis Rom. & Hispanorum copiæ à Ludouico XII. Gallorum Rege victæ & profligatæ sunt. Iulius victus ad 16000. suorum militum (Guicciard. 10000. vtrimq; cæsa refert) amisit, & Rauenna à Gallis direpta est.

Anno 1512. Terra Florida Americæ pars ad Septemtriones obuersa, ab Hispanis, ductore Iohanne Poncio Legionense, primum inuenta est 11. April. Gens hanc regio-

nem

nem incolens barbara eſt, ſordida & inhumana, veſcitur araneis, formicis, lacertis, ſerpentibus, cæteriſq; id genus venenatis & inſectis. Ipſa regio ſatis fructifera, etiam auri diues. Incolæ ſunt fuſci coloris. Nulla illis ſecuris vel ligo niſi lapideus. Vice aratri ſunt illis aſſeres, quibus terram aperiunt, ſeminantq; frumentum vulgo Turcicum, quod bis terue in anno maturam frugem præbet. Abrahã. Ortel. in Theat. orb. terrarum.

Anno 1512. 23. Aprili, Poloni graui pugna deuicerunt Tartaros, captis 16000.

Anno 1512. Maximilianus Sfortia Dux Mediolanenſis, Ludouici defuncti filius, expulſis vrbe Gallis, Maximiliani Imp. auxilio patriæ redditur 29. Decembris.

Anno 1513. Tatari Precopenſes in Podolia, Volhinia & Ruſſia direptionibus & incendiis graſſantes, memorabili prælio à Polonis & Lithuanis, duce Conſtantino Oſtrogio, ad Lapuznam & arcem Viſnoeciam victi & profligati ſunt.

Anno 1513. Coloniæ Agrippinæ conſulum vnus publice ſuſpenſus eſt 10. Ianuarii per vulgi ſeditionem, prætendentis immodicas exactiones. poſtridie etiam præcipui nominis Senatores tres eodem obiere modo, tertio deinde die rurſus tres. alii multi eiuſdem ordinis relegantur.

Anno 1513. Albertus Epiſcopus Magdeburgenſis, factus eſt Archiepiſcopus Moguntinus, 9. Martii. Sedit ann. 32. Iuſt. Bruſch.

Anno 1513. obſidetur à Ludouico Galliæ rege Nouaria, in qua erant 4000. præſidiarii Heluetii. itaq; ciuitas Heluetica metuens ne vrbs à Galli numeroſiſſimo exercitu expugnaretur, eo mittit alia 8000. Galli intercluſionem veriti ſoluunt obſidionem. ſed perſequitur eos Heluetius, ac cæde ſuorum 1400. ſternunt hoſtium 6000. die 6. Iunii.

Anno 1513. die 24. Auguſti Teruana clariſſima Morinorum vrbs à Maximiliani Cæſ. & Henrici VIII. Angliæ regis

exercitu obsessa & oppugnata, deditione facta, igne crematur & exscinditur, seruatis tantum templis.

Anno 1513. die 10. Septembris Iacobus IV. Scotorum rex, postquam Anglos (Henrico ipsorum rege in Flandria intento) suadente scilicet Ludouico XII. bello lacessiuisset ad Tylum fluuium à Surreio duce interficitur, amissis Scotorum octo circiter millibus, totidemq; fere captis. periit ibi fere tota regni nobilitas, reliquit sui nominis filium impuberem.

Anno 1513. Nonis Octobris Maximilianus Imp. memorabili pugna Venetos ad Vincentiam superat, qui desiderauere suorum ad nouem millia: interfecto item duce Andrea Lauredano.

Anno 1513. Blascus Nonius Valboa in Nouo orbe Isthmo transito, Austrinum mare ad Panemaidem, & regiones Peruanas primus inuenit.

Anno 1513. Hiems illa asperrima, posterioribus annis velut æra vsurpata, incipit à Kalen. Octobribus, duratq; in Februarium sequentem.

Anno 1513. Maximilianus Imp. duce Rudolpho Principe Anhaltino exercitum Venetorum, cui Bartholomæus Liuianus Princeps Venet. præerat, ad Bachilionem amnem non procul Vicentia, prouida irruptione impetuq; vehementi aggressus, cum magna Ciuium parte, quos Liuianus ad spectandam Germanorum lanienam, tamquam ad certam parataing; victoriam, euocarat, singulari virtute & felicitate dissipauit, protriuit, concidit & victoriam glorioſiſſimam reportauit, die 7. Octobr. Ex Venetorum exercitu (teste Guicciardino) 400. equites cataphracti, & 4000. pedites cæsi & capti sunt: Alii 7000. trucidata asserunt.

Anno 1514. Albertus Episcopus Magdeburgensis, consensu Pontificis eligitur Archiepiscopus Mogũtinus: & cũ Episcopatus oneraretur ære alieno, promittit se propriis sumptibus redempturum pallium, triginta nempe aureorum millibus. Eam quidem pecuniam à Fuggeris mutuo accepit: sed dum ipsam recolligit per indulgentias prædi-

can-

candas; occaſio præbita eſt ſequentibus annis Mart. Luthero diſputandi de Indulgentiis.

Anno 1514. Georgius Dux Saxoniæ 5. Ianuarii Groningã fere annuo ſpatio obſidet, atq; Embdẽſis Comitis Ezardi prouincias per Brunſuicenſem alioſq; vaſtat; eoq; obſeſſos redigit, vt deliberarent de pace. Verum quod Georgius arcem à ciuibus deſtrui nollet, dedũt ſe Duci Geltriæ. Georgius vt videt ſe augere belli difficultates, tranſigit cum Carolo Burgundiæ Duce, vt numeratis ſibi ducentis aureorum millibus, omni iure in Friſios ſe abdicet.

Anno 1514. accidit inhumana illa & ſeditio & laniena ruſticorum, qui nomen dederant ad bellum ſacrum; nihil autem aliud erat quam colluuies perditiſſimorum hominum: quæ alioquin nimis preſſa à nobilitate, totam fere Vngariam incredibili rabie peruagata eſt, vbique trucidata nobilitate & Epiſcopis; quorum ditiores clarioresue palis viui infigebantur. Eos Ioannes Weidonus Stephani filius exſtirpauit; ſed nimius fuit in pœnis. Georgium enim Ruſticorum Ducem in eculeo extendit, caput ipſi corona induit ferri candentis. Venas aliquot aperuit, ſanguinemq; profluentem potandum dedit Lucatio Georgii fratri. deinde præcipuos ex ruſticis, quos inedia tridui excruciauerat, coegit vt dentibus Ducis ſui adhuc ſpirantis artus lacerarent vorarentq;. Laniatis membris cum iam exſpiraſſent; extracta ei viſcera, diſſecta cocta aheno, veruq; aſſata vulgo ruſticorum voranda propoſita: quibus abſumptis, vna cum Lucatio longis diriſque ſuppliciis excarnificati ſunt.

Anno 1514. die 26. Auguſti pugnatum inter Selymum Turcam, & Iſmaelem Sophum Perſam; qui poſt longam æquo Marte dimicationẽ vulneratus, territis ſuis tormentorum nouis illis machinis, victoriam hoſti reliquit cruentam. Ceciderunt enim Turcarum ſupra 30000. equitatu Europæo pene toto deleto. id accidit ad oppidum Choim in ripa Araxis ſitum.

Anno 1514. die Natali Mariæ pugnatum est nobili prælio inter Moschum & Sigismundum Poloniæ Regem. Moschus Polonos numero inferiores vltro passus est transire flumen: sed victus, potissimum opera sclopetariorum, quibus ipse destituebatur, amisit suorum 30000.

Anno 1514. Sigismundus Rex Poloniæ Moscos insigni clade affectos, ad Borysthenem, die 8. Septembtis vicit & profligauit.

Anno 1515. Bartholomæus Dux Monsterbergius, hostis Vratislauiensium omnem suam amisit facundiam, submersus in Danubio, cum legatus Vladislai rediret à Maximiliano Imp.

Anno 1515. obtinuit Sigismundus Rex à fratre, vt Emporium Vratislauiense abrogaret, quod nimis facile concesserat, non sine grani prouinciæ suæ detrimento.

Anno 1515. Viennæ conuenerunt Maximilianus Imp. Vladislaus Vngariæ, & Sigismundus Poloniæ Rex, die 17. Iulii.

Anno 1515. Heluetii victi & cæsi sunt memorabili strage à Francisco Gallorum Rege, primo anno regni, die 13. Septembris, ad Marignanum in agro Mediolanensi: duravit prælium toto biduo. Annal. Fran.

Anno 1515. Biblia Ebraica (vulgo Complutensia) adiunctis tribus trãslationibus Chaldaica. Græca & Latina, Tomis sex imprimi curauit Franciscus Ximenius Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus.

Anno 1515. Petrus Galatinus Minorita, Ebraicæ linguæ scientia clarus, ad Reuchlinum scripsit Epistolam, quam vna cum Reuchlini responsione in Reuchlinianis Epistolis paulo ante libri finem reperies. Hic edidit opus de arcanis Catholicæ veritatis, in Ebraicis libris, præsertim in Thalmud inuentis, in defensionem Capnionis, & aduersus Iudæorum obstinationem, Anno 1518.

Anno

Digitized by Google

Anno 1516. die Lunæ Vinculorum Petri tranſegere Vlricus Dux Wirtembergicus & Philippus Marchio Badenſis de commeatu, quod vocant geleit, de iure venandi, de ſeruitute ſemiliberorum, aliiſque.

Anno 1516. die 12. Martii ingens exardet ſeditio Erfurdiæ, quod immodicis exactionibus ſe plebs exhauriri quereretur à Senatu. Archiepiſcopus Moguntinus ſtat pro Senatu, Fridericus Saxo pro plebe. componitur controuerſia per Laurentium Wirzeburg. Epiſcopum.

Anno 1516. Selymus Turcarum Imp. pater Solymani, acerrimo prælio conflixit cum Mamalucis, non procul à Damaſco, in quo prælio Sultanus Ægypti Campſon Gaurius, nefarie proditus ac deſertus, à Caierbeio Alepi præfecto, cum duobus præfectis Damaſceno & Tripolitano, occubuit 26. Auguſti, ætat. 77. Vnde poſtea Selymus breui tempore Syriam, Ægyptum & Iudæam ſuo imperio adiecit. Antequam vero Ægyptum peteret, Hieroſolymam adiit, veterumq; Prophetarum ſepulchra veneratus, Chriſtianis Sacerdotibus Sepulchrum Domini obtinentibus pecuniam in alimenta ſex menſium largitus eſt. Inde expugnata Gaza, Ægyptum petiit. Mamaluci in Campſonis locum Tomumbeium ſtrenuum virum delegerunt. Iouius, & alii.

An. 1516. Noui Teſtamenti Latina translatio vna cum Annotationibus edita ab Eraſ. Roterodamo.

Anno 1516. Lutherus diſputauit contra Scholaſticos Theologos, de libero arbitrio, meritis operum, & traditionibus humanis. Propoſitiones extant I. Tom. operum eius Latin.

Anno 1516. natum eſt optimum vinum in Sueuia: emebaturq; Halæ plauſtrum octo florenorum pretio.

An. 1516. Tanta fuit glacies, tantuſq; ac tam perpetuus niuium rigor, vt omnia vbiq; flumina congelauerint, atq; equi carriq; onuſti Tameſim tranſierint.

Anno 1517. Hic incipit Sleidani hiſtoria, complectens annos 39.

Anno 1517. Maximilianus Imp. Mediolanum poſt prælium Franciſco Galliæ regi proſperum, Gallis inſeſſum irrito conatu obſidet, deſertus à milite ſuo flagitante ſtipendia. vnde præbita occaſio Venetis recipiendæ Brixiæ & obſidendæ Veronæ; qua tandem reſtituta, finem bello ſuo impoſuere. & quidem omnibus prælis victi, victores tandem belli extiterunt ſapientia ac tolerantia.

Anno 1517. Vallis Ioachimica excoli cæpta, fœcundioribus argenti venis ſeſe oſtendentibus; nummiq; paulo poſt vnciales primum cuſi ſunt, cuius vna pars gerebat S. Ioachimi effigiem, altera Stephani Sclickii. poſtea Ludouici nomen ſubſtitutum eſt.

Anno 1517. Dani nauem Suecicam ex portu Lubeca deducunt Hafniam; atque ita ruptis induciis bellum Suecicum prouocant, freti coniuratione quadam. ea detecta Dani iterum Suecia eiiciuntur. Chytræus.

Arx Mansfeldica exſtrui cæpta.

Anno 1517. Selymus Turcarum Imperator Alcairum (Memphin) munitiſſimam Ægypti vrbem & Sultanorum ſedem expugnauit 25. Ianua, plurimis ibi dediticiis contra fidem datam crudeliter interfectis. Capta vrbe Tomumbeius Sultanus fugam arripiens, cum ſe in palude quadam inter iuncos & arundines occultaſſet, immerſus aquis vſq; ad ſummum pectus, captus & ad Selymum perductus eſt. Qui iuſſit primum tradi eum tortoribus, vt de Campſonis theſauris quærerent: ſed ille nihil præter ſuſpiria & horribiles gemitus in ſummis cruciatibus protulit. Poſtea maioris ignominiæ cauſa mulo impoſitus, laqueo ad collum appenſo, reuinctiſque à tergo manibus, per totam vrbem Alcairum circumductus, iuxta portam vrbis ſuſpenſus & ſtrangulatus periit die 11. Aprilis. Alii ad 13. Aprilis referunt. Hic fuit finis regni Mamalucorum in Ægypto: quod annis 300. eoſdem tenuiſſe in Pandecte Turcica ſcribit Leonclauius.

An 1517. Concilium Lateranenſe, quod Iulius II. contra Piſanum indixerat, hoc demum anno finitum eſt 16.

Marti

Digitized by Google

Martii : in quo poſt recitatas orationes in laudem Iulii & Leonis, ſententiæ dictæ ſunt de bello in Turcas ſuſcipiendo: de reformandis Eccleſiæ moribus: de Boemis ad Eccleſiæ vnitatem ab errore reuocandis. Sleid. Ponta.

Anno 1517. Leo X. Calendis Iulii, anno Pontificatus ſui quinto, fecit quintam ordinationem Cardinalium, quæ omnium quæ vnquam fuerunt, maxima fuit: quia ſimul 31. Cardinales creauit, inter quos fuerunt Laurentius Campegius, Marcus Muſurus, & Adrianus, qui poſtea Leoni X. in Pontificatu ſucceſſit. Vide Onuphr.

Anno 1517. 26. Septemb. die Sabbathi ſub horam noctis quartam cum miniſter ebrius incaute tractaſſet lumen, excitatum eſt incendium Glogouiæ, quod ſubito inualeſcentibus ventis, celerrime in omnes partes peruagatum eſt, quo conflagrauit pene vrbs vniuerſa. extincti ſunt flamma & fumo 80. homines plus minus, inter quos fuere qui abdiderant ſe in cellas ſubterraneas.

Anno 1517. quidam Petrus Longus patria Friſius collectis quingentis hominibus piraticam exercet grandi damno ciuitatum maritimarum. Vocabat ſe Vaſtatorem Danorum, Vindicem Bremenſium, Interceptorem Hamburgenſium, Crucem Hallandorum.

An. 1517. Nouioduni pax conuenit inter duos potentiſſimos Reges Galliæ atque Arragoniæ, quamuis diſſuadentibus Maximiliano auo & Leone: nec multo poſt Cæſar cum Franciſco & Senatu Veneto pacem fecit, poſt longum & damnoſum bellum, in quo, vt ex rationibus publicis poſtea conſtitit, toto octennio, quod à tempore Camoracenſis fœderis interiacet, quinquies decies centena millia aureorum impenſa ſunt.

Anno 1517. Mutatio Religionis.

MARTINVS LVTHERVS (ætat. 34.) 31. Octobris, in Vigilia Omnium Sanctorum (quæ tum fuit dies Sabbati præcedens Dominicam 21. Trinitat.) publice foribus

Templi Omnium Sanctorum Vitebergæ affixit Propoſitiones contra Indulgentias, quas Ioannes Tezelius Monachus Dominicanus venales circũferebat. Archiepiſcopum quoq; Moguntinum Albertum per literas orauit, vt Indulgentiarum loco Euangelium doceri iuberet. Hoc fuit primum claſſicũ totius mutationis in religione, quæ poſtea ſecuta eſt. Nos ne partium ſtudio temere iudicium noſtrum interponere videamur, neue verbis noſtris ingulemur, ſolam nudamq; hiſtoriam recitabimus aliorũ verbis, nempe Polydori Virgilii & Laurentii Surii Carthuſiani. Polydor. lib. 8. cap. 4. Poſtremo vidit noſtra ætas, inquit, religionis diſſidium, cum Leo x. Roma. Pontifex an. 1517. haberet in Germania procuratores Indulgentiarum, & illi ſuæ quoq; vtilitatis ſtudio eas prædicarẽt: Vitebergæ Martinus Lutherus Monachus Auguſtinianus id improbauit. Procuratores ea re valde commoti, Romam deferunt nomen Lutheri. Is vt Deorum contemptor accuſatur, citatur, cauſa agitur. Sed quia ad diem dictam non adfuit Romæ præſens, vt reſponderet, paulo poſt declaratur hæreticus. Verum quoniam eiuſmodi Indulgentiarum quæſtus iam in odia hominum cum procuratoribus incurrerant, permulti magni viri, & in his Fridericus Saxoniæ Dux præſto fuit, qui Lutherum conſilio, autoritate, armis deniq; tegeret, ne vlla eum vis attingere valeret. Lutherus igitur tali præſidio munitus, & licentia loquendi parta, maiora auſus, de omnibus religionis myſteriis ſcribere, ſuaq; ſcripta foras dare cœpit. Ita breui tempore mirabiliter coaluit Secta, quæ *Euangelica* dicta eſt, eo, quod nullam recipiendam eſſe legem aſſeueret, quæ ad animarum ſalutem pertineat, niſi quam Chriſtus aut Apoſtoli dediſſent.

Surius hanc rem ita narrat : Leo Pontifex Romæ largiſſimas promulgat condonationes ſiue Indulgentias, eiq; negotio in Germania præficit Moguntinum Archiepiſcopum Albertum, Principem celeberrimum. Is ad prædicandas eas Indulgentias delegit Ioannem Tezelium Dominicanum. Ea res peſſime habuit quoſdam Ordinis Auguſtiniani,

Digitized by Google

niani, in primis Ioannem Staupizium, eius Ordinis generalem per Germaniam Vicarium, virum nobilem, facundum, & Friderico Principi charum: itemq; Martinum Lutherum, lectorem ordinarium Vitebergæ. Et quia interdum non parui abusus eiusmodi Indulgentiis euulgandis sese immiscuerant, inde sumpta occasione Lutherus primum in Indulgentiarum immodicos quosdã & sordidos, suo duntaxat quæstui seruientes, buccinatores acriter inuectus est, datis ad Moguntinum Antistitem literis, in quib. longe aliter scripsit de Salutis certitudine, quam paulo post in sua captiuitate Babylonica & scriptis aliis. Simul etiam 95. Propositiones palam edidit, quibus Indulgentias oppugnauit. Contra vero Tezelius 106. Propositiones euulgauit, Lutheranis plane contrarias. Ex hac lite ortum est illud immane & horrendum incèndium Lutheranũ, quo tota pene Europa postmodum conflagrauit. In ipsis huius tragœdiæ initiis visus est Lutherus etiam plerisq; viris grauibus & eruditis non pessimo zelo moueri, planeq; nihil spectare aliud, quam Ecclesiæ reformationem, cuius quidam deformes abusus non parum male habebant bonos omnes, &c.

Præuiderunt autem ante hæc tempora ac diserte prædixerunt quidam Scriptores, futuram religionis mutationem ante mundi finem. quorum vaticinia referre longum esset, atq; ab instituto nostro alienum. Ac ne de antiquioribus dicam, sunt in hoc numero: Nicolaus Cusanus Cardinalis, Ioan. Lichtenbergius, Ioachim Abbas, Hildegardis, Brigitta, Hãß/Andreas Proles Augustinianorum Prouincialis, Ioannes Hilten Monachus Hennacensis, qui quidem & annum mutationis assignasse fertur.

Anno 1518. Maximilianus Imperator postrema Comitia celebrat Augustæ, quibus vniuersi Electores interfuerunt: & in his primum agi cœptum est de Lutheri negotio, deque eo Cæsar 5. Aug. ad Pontificem Romanum scripsit, vt nascenti malo medicinam faceret, priusquam longius euagaretur ac serperet: moræ coniunctum esse periculum:

quicquid ipſe decreuerit, hoc ſe laudaturum, & vt per Imperii prouincias locum habeat, curaturum eſſe. Sleid.

Anno 1518. Lutherus Caietano Cardinali, Pontificis legato ſe ſiſtit Auguſtæ (ætatis 35.) 12. Octobris, Caietano Palinodiam ſiue errorum reuocationem flagitante ac vehementer vrgente, Lutherus errores demonſtrari ſibi petiit, atque poſt aliquot dierum conflictatiunculas, grauiora veritus, &, vt Polydorus Virgilius loquitur, metuens ne Cardinalis ad extremum rem omnem magis imperio, quàm diſceptatione, definiret, datis ad Cardinalem literis Auguſta diſceſſit 20. Octobris, reuerſus Vitebergam 31. Octobr. quo die Tezelium ante annum adortus fuerat.

Eodem tempore Lutherus 16. Octob. appellauit à Caietano ad Papam: & 28. Nouemb. à Papa ad Concilium.

Anno 1518. Quid hoc anno Eraſmus de Luthero ſenſerit & ſcripſerit, vide in eius Epiſtolis, lib. 11. Epiſt. 1. & lib. 12. Epiſt. 23. & 31. inter cætera ſic ait: Ego Lutherum nec accuſo, nec defendo. Multa præclare monuit, ſed vtinam ciuilius, & tamen impium ſit, illum in his, quæ rectè dixit, prorſus indefenſum relinquere, ne poſthac nemo ſit, qui verum auſit proloqui. Non eſt meæ conditionis nec ingenii, de ipſius doctrina pronunciare. Mihi nondum vacauit eius libros euoluere, præter vnam aut alteram pagellam, & tamen quidam confingunt, illum mea adiutum opera. Si rectè ſcripſit, mihi nil debetur laudis: ſin ſecus, nihil mereor probri, quando in omnibus illius lucubrationibus ne apiculus quidem meus eſt. Quoſdam initio admonui, vt ſcriptis ac diſputationibus potiùs, quàm clamoribus rem agerent: non eſſe publicè damnandum, quod non eſſet lectum, non expenſum, imò non intellectum: Theologis indecorum eſſe quicquam per tumultum agere, quorum iudicium oportet eſſe grauiſſimum. Plura vide lib. 12. epiſt. 10. ad Albertum Archiepiſcopum Moguntinum, vbi & hoc addit: Lutherum quædam ſcripſiſſe magis imprudenter quàm impiè.

Hæc Eraſmi verba eò recitátur, vt videat Lector, quantoperè

topere vir ille in religionis negotio ſeſe torſerit, & in omnia ſe verterit ac transformarit, vt inter diſſidentes partes medius incederet, neutris ſe totum iungens, nec ad alterutram partem nimium, iudicio ſuo, inclinans atque deflectens. Qua re multi opinantur, id eum conſecutum fuiſſe, vt neutris addictior neutris ſatisfecerit, nec apud hos vel illos gratiam plenam inierit.

Eccius obeliſcis notat Lutheri propoſitiones de Indulgentiis: Sylueſter item Prieras Dominicanus in eundem ſcripſit. Lutherus vtrique reſponſiones ſuas oppoſuit.

Anno 1518. Albertus Marchio Elector Moguntinus creatur Cardinalis à Leone X. Galerum Cardinalitium ei imponente legato Pontificio.

Anno 1518. Chriſtiernus Daniæ rex, obſidet Stockholmiam in Suecia incaſſum: inde diſcedens, aduerſis ventis medio detentus mari, rerumque omnium laborans penuria, mittit legatos ad Suecum de pace, dedique ſibi poſtulat Stenonem gubernatorem. eo non impetrato, pollicetur ipſum ſe venturum ad Suecos, ſi datis obſidibus ſibi caueretur. Proceres nihil ſuſpicati fraudis annuunt, miſſis ad Chriſtiernum ſex nobilibus: eos receptos rex in Daniam abducit.

An. 1518. Circa hunc annum Prouincia illa, quæ nunc Noua Hiſpaniæ appellatur (regio auri & argenti diues, oſtreorum, quæ margaritas pariunt, circa Oceani littora piſcatione percelebris, & aliarum rerū neceſſariarum vbertate referta,) ſub Hiſpanorū imperium redacta eſt, Duce Ferdinando Corteſio: qui eam maxima ſuorum, maiore autem incolarum pro libertate pugnantium ſtrage, expugnauit: in quam poſtea aliquot Coloniæ ab Hiſpanis deductæ ſunt. Abrah. Ortel. in Theatro orb. ter.

Anno 1519. in hebdomada paſſionis Dominicæ, Ioannes Dux Saxoniæ, Epiſcopus Hildesheimenſis, populatus eſt diœceſin Franciſci Epiſcopi Mindenſis, qui erat frater Henrici Iunioris Ducis Brunſuicenſis. atque ita exarſit bellum Hildesheimenſe.

Anno 1519. Caroli V. Imperium.

Carolus V. Francofurti eligitur Imperator, 28. Iunii, ætat. 20. Pridie eius diei, Electorum Senatus, Imperium detulit Friderico Saxoniæ Electori, qua de re ita Erasmus in Epistolis lib. 13. Epist. 4. Dux Saxoniæ Fridericus delatum sibi ab omnibus Imperium ingenti animo recusauit, idq; pridie quam Carolus eligeretur. Mox rogatus, quem igitur censeret eligendum, negauit sibi quenquam alium videri tanti nominis oneri sustinendo parem, quam Carolum. Ob hunc insignem animum à nostris (Caroli legatis) oblata 30. millia florenorum constantissime reiecit. Cumque vrgeretur, vt tantum 10. millia pateretur dari famulis: accipiant, inquit, si velint, attamen nemo manebit postridie apud me, qui vel aureum acceperit: ac postridie conscensis equis subduxit sese, ne pergerent esse molesti. Hoc mihi vt compertissimum retulit Episcopus Leodiensis, qui Comitiis Imperialibus interfuit. Hactenus Erasmus.

Historiam electionis Caroli V. & Electorum de ea disceptationem, pete ex libello Georgii Sabini, cuius autorem fuisse Melanchthonem à multis creditum. Sleidanus inde multa mutuatus est.

Anno 1519. pridie Petri & Paulli in prælio ad oppidum Soltauu Luneburgici agri, capti sunt ab Episcopo Hildesheimensi Ericus Senior, & Gulielmus Henrici Iunioris frater, Duces Brunsuicenses. Ericus se 30. millibus aureorum statim redemit. Gulielmus diu mansit in custodia.

Anno 1519. Vlricus Dux Wirtembergicus Rutlingam ex improuiso occupat, vrbem imperialem; cui Sueuicæ vrbes bellum indicunt, eumque Principatu suo deiiciunt, vt conscripti 14000. milites Heluetici à magistratu suo reuocantur.

Anno 1519. accensum est bellum inter Sigismundum Regem Poloniæ, & Albertum Brandeburgicum Prussiæ Magistrũ, repetentẽ à Polonis vrbes olim occupatas proditione subditorum. Durauit totum quadriennium: sed non

non impetrante Alberto auxilia Germanica, noua & inopinata compositione pax coiit.

Anno 1519. Ericus Dux Brunsuicensis cum Henrico patruele vincitur prælio ab Henrico Luneburgensi & Episcopo Mindensi: sed & deinde capitur paucis diebus post Pentecosten. Pax vtriq; parti mandata per Imperii Electores die 8. Julii.

Anno 1519. Disputatio Lipsica Eccii cum Luthero de primatu Romani Pontificis, de Pœnitentia, de Purgatorio & de indulgentiis inchoata est 4. Julii: finita 14. Julii. Carolostadiana verò disputatio cum Eccio de Libero arbitrio cœpta est 27. Junii.

Anno 1519. Erasmus per Epistolam 30. Maii Lutherum ad moderationem reuocat, his verbis: Mihi videtur plus profici ciuili modestia quàm impetu. Magis expedit clamare in eos, qui Pontificum autoritate abutuntur, quàm in ipsos Pontifices. Idem de Regibus faciundum censeo. Scholæ non tam aspernandæ sunt, quàm ad studia magis sobria reuocandæ. De rebus multò receptioribus, quàm vt subitò possint ex animis reuelli, disputandum est argumentis densis & efficacibus potius quàm asseuerandum. Quorundam virulentas contentiones magis conducit contemnere, quàm refellere. Vbiq; cauendum, ne quid arroganter aut factiosè loquamur aut faciamus. Sic arbitror gratum esse Spiritui Christi. Interea seruandus animus, ne vel irâ, vel odio, vel gloria corrumpatur. Nam hæc in medio pietatis studio hominibus insidiari solet. Hæc admoneo non vt facias, sed vt quod facis perpetuò facias: Degustaui Commentarios tuos in Psalmos: vehementer arridet, & spero magnam vtilitatem allaturos. Eras. lib. 6. Epist. 4. Hæc verò Epistola variè à multis accepta est, aliis eam pro Luthero, aliis contra interpretantibus: aliis etiam responsionem nimis ciuilem, amicam ac blandam reprehendentibus. Ideoque Erasmus eam declaraturus scripsit ad Campegium illam benè longam Epistolam, quæ lib. 14. Epist. primum locum obtinet, estque

data 6. Decembr. vbi inter cætera: Vide quæso, inquit, an hæc sit Epistola hominis Luthero fauentis. Quoniam in illius scriptis me offenderat nescio quid sæuum, & austerum, nec satis referens mansuetudinem Spiritus Euangelici, admonui vt cum omni mansuetudine doceret ea, quæ ad veram pietatem attinent: id quo maiore cum fructu posset, admonui vt parceret Romano Pontifici: cuius autoritatem expedit haberi sacrosanctam: parceret Principum Celsitudini, qui conuitiis tracti, aut intempestiuius admoniti, non solùm non redduntur meliores, sed exacerbati pernitiosas aliquoties excitant tempestates, fitque vt & monitori sua pereat authoritas, & monito suus fructus &c. Plurimum refert, quàm in tempore, quàm commodè & attemperatè veritatem proferas. Sæpè sanat admonitio tempestiua, blanda ac ciuilis, quos perderet sæua & intempestiua obiurgatio. Non enim hic adducam, quem Plato perspexisse videtur, multitudinem promiscuam & imperitam non posse contineri in officio, nisi nonnunquam fuco, doloque bono fallatur. Sed ea res, vt virum integrum desiderat: ita desiderat egregiè prudentem. Admonui, ne scholas aut ordines omnino contemneret, sed ciuiliter admoneret, quod mutari vellet: vt his, quæ longo vsu magis, quàm recto iudicio recepta sunt, densis ac solidis argumentis vteretur potius, quàm assueuerationibus. Et quoniam non ignorabam ingenium Germanicum, neque nescirem eum quorundam scriptis immodicè mordacibus irritari: admonui, ne conuicium conuicio regereret: sed aut in totum negligeret, aut argumentis responderet: à maledictis omnino temperaret. Ad hæc quoniam verebar, ne tanta libertas exiret in tumultum, admonui, ne quid arroganter aut factiosè vel diceret vel faceret. Postremò excuteret animum ipse suum, de quo meum esset iudicare, ne quid esset corruptus ira, aut odio, aut inani gloria, quæ in mediis etiam pietatis officiis solet insidiari. Obsecro quid hic omissum est, de

quo

quo fuerat admonendus Lutherus? Vide etiam Erasmum Epist. lib. 14. Epist. 5.

Anno 1518. Eodem anno Erasmus iudicium suum de Luthero pericripsit ad Fridericum Saxoniæ Electorem 14. Aprilis. Ea Epistola extat Tom. I. Lat. Operum Lutheri, pag. 256.

Anno 1519. Vldrichus Zvvinglius Tiguri primam concionem habuit, & Euangelium secundum Euangelium enarrare cœpit Calend. Januar. Lauaterus de Cometis.

Anno 1520. Oecolampadius 23. April. factus est Monachus in Monasterio Seruatoris iuxta Augustam Ordinis S. Brigiuæ: de quo ita Erasmus: Quod scribis ab Oecolampadio factum, id siue iudicio fecit, siue animi morbo, quando mutari non potest, precandum est, vt illi: e nobis quàm optimè vertat. Video res humanas sic vndique corruptas, vt nullis vnquam seculis existimem plus licuisse impudentiæ, stolliditati & sceleri. Et nonnunquam libet aliquò profugere: sed vereor ne quocunque me vertero, sequatur molestia. Proinde tutius arbitror mali remedium ab animo petere potius, quàm à loco aut vitæ instituto. Bene habet, quod Christus in tanta vitiorum caligine nobis Euangelicæ doctrinæ scintillas reliquit. Eras. Epist. lib. 12.

Anno 1520. Lutherus à Leone X. excommunicatur Romæ, Bulla edita 15. Junii. Ille contra publicat assertionem omnium articulorum doctrinæ suæ, à Leone damnatorum, & prouocat à Papa ad Concilium.

Anno 1520. Louanienſibus quoq; & Colonienſibus respondet, qui libros ipsius flammis dignos pronunciauerant. Lege Erasmi Epistolam vltimam lib 15. quæ hoc anno scripta est 18. Octobr.

An. 1520. Inter multa Lutheri scripta, q̃ hoc anno exierunt, hęc pręcipuè recẽsentur: De libertate Christiana, quẽ libru Leoni X. misit mense Aprili: De captiuitate Babylonica pręludium, quo Lutherus Catholicorũ iras ac odia in primis in se concitauit & inflammauit, ob motas contro-

uersias nouas de Sacramentorum numero, Vtraq; specie Cœnæ Domini sumenda, Transubstantiatione in dubium vocata, & Missa oppugnata, quod non sit Sacrificium &c. Adhortatio ad Nobilitatem Germaniæ 23. Junii, de reformatione rerum Christianarum. Ratio confitendi peccata: Tessaradecas siue Consolationum libellus ad Fridericum Electorem decumbentem missus: Catecheticæ conciones: & liber de bonis operibus inscriptus Joannis Saxoniæ Duci 29. Martii: in quem librum Georgius Vicelius (qui hoc anno primùm Vitebergam venit) acriter postea inuectus est anno 1534. hoc crimen Luthero intpingens, quod confundat bona opera cum politicis actionibus, id est (vt ipsius verba vsurpem) quod dedoceat bona opera Ecclesiastica, & tradat ea esse bona opera, quæ cunque homi ruriq; fidelis homo faciat, cum tamen Apostolicæ doctrinæ consuetudo distinguat inter bona opera & inter facta negotiaq, vitæ communis: Et Lutherum sub Decalogi specie officia ciuilis vitæ insignire titulo bonorum operum, vt ab Ecclesiasticis operibus ieiuniorum precum, eleemosynarum & similium homines auocet.

Anno 1520. Carolus V. Rom. Imp. coronatur Aquisgrani 23. Octobr. ætat. 21. Imperauit annis 37. Distat hic annus à regno Samsonis & Æneæ 2700. Dauidis 2600 à morte Nebucadnezaris Magni & regno Euilmerodach 2100. Imperio Henrici Aucupis 600. coronatione Caroli Magni 720.

Anno 1520. Ferdinandus Cortesius hoc ipso anno urbem Mexico omnium Noui orbis vrbium reginam (annis 140. ex quo eius prima fundamina iacta fuerant) capit potentissimo Rege Motecczuma occupauit: atq; ita Nouæ Hispaniæ imperium in Nouo orbe fundauit, constituit & confirmauit; incolis præcipuè miraculo tormentorum perterrefactis.

Anno 1520. Ferdinandus Magellanus Lusitanus demonstrato ex Ptolomæo Moluccas insulas, non pertinere ad Imperium Portugallensium, sed Hispanicum, auspicio Car[illegible]

Caroli V. ab Oriente verſus Occidentem, via compendioſa, in inſulas Moluccas nauigaturus, Fretum, quod de nomine ſuo Magellanicum nuncupauit, auſu planè Herculeo, menſe Septembri aperuit. Vna ex illius nauibus (quam Victoriam poſtea appellarunt) ex Hiſpania ſoluens, & per fretum Magellanicum Moluccas Inſulas adiens, Bonæ ſpei Promontorio ſuperato in eandem rediens, prima omnium nauium & ætatum totum terrarum orbem circumnauigauit, atque ita prima hac nauigatione de vniuerſo Oceano ſola inter tot ſecula victoriam obtinuit. Eadem ſecundo ex Hiſpania ad S. Dominici ciuitatem, denuò domum rediit: ex qua tertio in eandem Inſulam: at dum ex ea redire conatur, in itinere euanuit: neq; de ea quid actum fuerit vnquam reſcitum. De hac naue in Theatro orbis terrarum CL. V. Abrahami Ortelii ſequens extat Epigramma:

Prima ego veliuolis ambiui curſibus Orbem,
Magellane, Nouo, te duce ducta, freto.
Ambiui, meritoq; vocor Victoria: ſunt mî
Vela, alæ, precium, gloria, pugna, mare.

Anno 1520. Sueci ſuperiore anno excommunicati à Leone X. incitante Chriſtierno Rege Daniæ, à Danis oppugnantur. Sed mortuo Stenone gubernatore, pacem omnes faciunt cum Rege, præterquam Stockholmienſes, qui obſeſſi à Rege & Suecis, tandem etiam conſentiunt de admittendo Rege 7. die Septembris. Vt autem Chriſtiernus ibidem coronatur 4. Nouembris die 8. omnes ac ſingulos Sueuici Regni Nobiles, Epiſcopos, Senatores, ciuesque conſpectiores, immani barbarie vel gladio ferit, vel reſte ſtrangulat, & ſic triumphator redit in Daniam.

Anno 1521. initio, Guſtauus nobilis Sueuus, qui vix euaſerat Chriſtierni vngues, fuga delapſus in extrema Sueciæ, à Dalecarlis eligitur Gubernator Sueciæ, & ab exiguis initiis ad ſumma quæque peruenit, nemine non læto vt exiret iugum tyranni.

Anno 1521. Hoc anno primum orta sunt bella inter Cæsarem & Regem Galliæ, quæ durarunt annis propemodum 38. sub induciis dubiis, parumq; constantibus. heu quanto sanguine humana !o!

An. 1521. Martinus Bucerus mense Martio reliquit Ordinem Dominicanorum, in quo vixerat an. 15. Fuerat ingressus monasterium 1506. ætatis an. 15. hoc anno à monachatu absolutus est, qua de re edidit librum 1523.

Anno 1521. Leo iterum excommunicauit Lutherum die Cœnæ Domini, 28. Martii: Ei respondit Lutherus.

Anno 1521. Parisiensibus Lutheri libros damnantibus, Melanchthon opposuit scriptum publicum: prodit item alius liber à Melanchthone scriptus titulo Dydimi Fauentini, quo respondit Thomæ Placentino, id est, Emsero.

Anno 1521. Prima Comitia Caroli V. Wormatiæ: in quibus coram Imperatore & Imperii Proceribus comparuit Lutherus, & de sua causa respondit feria quarta & quinta post Dominicam Misericordia Domini, id est, 17. 18. Aprilis. Wormatia discessit feria sexta post Jubilate, 26. Aprilis.

Anno 1521. Cæsar Lutherum proscribit 8. Maii: fuitq; hoc primum edictum Imp. aduersus Lutherum. Ideo Fridericus Nobilibus quibusdam, de quorum fide compertum habebat, negotium dedit, vt Lutherum in arcem Wartburgk prope Isennacum clam abducerent, vbi delituit menses decem circiter.

An. 1521. Hildesiensis Episcopus, quod captos superiori bello captiuos non dimitteret, ab Imperatore proscribitur: executores constituti Duces Brunsuicenses, qui omnes ferè Episcopæ terras illicò vi occupant.

Anno 1521. 30. Maii mortuus est Georgius Princeps Bregensis in Silesia, ingeniosus quidem & optime educatus in aula Maximiliani Imp. sed corruptus exinde crapula & voluptatibus: ad quos duos scopulos ferè hæret omnis potentia otiosa.

Anno 1521. Carolus Imp. fœdere inito cum Pontifice, Parmam

Digitized by Google

Parmã Placentiamq; Gallis vi extorquet, Sfortiamq; Gallo præsidio eiecto, restituit in Ducatum Mediolanensem.

An. 1521. Andreas Carolostadius tumultuatur Witebergæ absente Luthero, vastat Scholas, & clamorib. inconditis efficit, vt pluribus in locis multa præclara ingenia sterilescerent, & desertis Scholis studia artium abiicerent. Belligeratur etiam cum imaginibus in templis: & edit librum de coniugio Sacerdotum & de votis Monasticis rescindẽdis, *24.* Iunii. Primus Sacerdotum Bartholomęus Bernhardus Feldkirchius, Præpositus in oppido Kemberg, duxit vxorem: eum secutus est Carolostadius, 19. Jan. 1522. cui facetus quidam Morio Epithalamii loco, vt opinor, scripsit nouæ Missę nuptialis formulam, multo sale respersam. fortè ne nuptiis deesset risus materia.

An. 1521. Belgradum siue Albam Græcam firmissimum totius Vngariæ, adeoq; Reipub. Christianæ propugnaculum, Solymanus Turcarum Imp. *29.* Augusti, die decollationis Johannis Baptistæ memoriæ dicato, expugnatum occupauit. Leonclau. Backschius.

Anno 1521. Heluetii omnes, præter Tigurinos, fœdus sanciunt cum Rege Gallorum.

Anno 1521. Henricus Rex Angliæ librum scripsit & edidit aduersus Lutherum, quo nomine à Pontifice & amplissimo Cardinalium Senatu Catholicę fidei defensor appellatus est. Præcipuè autem impugnauit Lutheri librum de Captiuitate Babylonica. Erasmus scribit, ex Procerum & Montioii narratione se certò persuasum habere, librum ipsius Regis Marte, quod aiunt, elaboratum & confectum esse. Et in Epistola ad Cochlæum de eodem sic ait: Quod subdubitare videris, an Rex Henricus libellum, ac duas Epistolas aduersus Lutherum, suo marte confecerit, id tibi cum multis commune est: nec mirum, cum hactenus prodigii simile sit habitum, præsertim apud Germanos, Principem scire literas. Cęterùm vt non contenderim, neminem scribenti fuisse auxilio, cum eruditissimi quique viri nonnunquam vtantur amicorum sub-

fidiis: ita non dubitem affirmare, ipſum eorum, quæ edit, parentem & autorem eſſe.

Anno 1521. Auguſtani impetrarunt in Comitiis per Cunradum Peutingerum, ius ſignandi monetam auream argenteamq;, à Cæſare Carolo; cum antea ſolus Epiſcopus ibidem nummos cuderet.

Anno 1521. Tigurini ciues ſeſe inuicem Sacramento obligant, ne in poſterum à quoquam ſtipendium aut munus accipiant.

Anno 1521. Eraſmus offenſus periculoſis tumultibus & pernicioſis clamoribus, quibus negotium Euangelicum agebatur, aut potius turbabatur, cœpit trepidatione quadam nutare ac vacillare, & à cauſa Lutherana longius ſe remouere atq; ſubducere, & quaſi in locum tutiorem, extra telorum iactum ſecedere. Sentiebat autem de rebus tã arduis, cenſuram & iudicium deferendum ac permittendum eſſe Eccleſiæ, quæ audita virorum aliquot piorum, & eruditorum ſententia, cõmuni conſilio ac deliberatione. de dogmatibus ſtatueret, decreta verbo Dei conſentientia conderet, controuerſias tolleret, & pacem Eccleſiaſticam ſanciret ac ſtabiliret. Vt itaq; Lectori ob oculos ponamus ſpecimen ſapientiæ huius viri, vel ſecum luctantis, vel cum vtraq; parte quodammodo conflictantis, verba quædam eius, ex epiſtolis hoc anno ſcriptis, ſubiungemus, non vt Lector inde Eraſmi de Religione ſententiam (q̃ vel perplexitatibus inuoluta non mox cuilibet ſeſe pandit, vel ſua quadam lubricitate elabi, mentemq; legentis præteruolare videri poteſt) venetur ac diſcat, ſed vt ex his, de admirando illius ingenio, dum inter partes ferè medium ſeſe gerere ſtudet, coniecturam faciat, & diſſidii inter ipſum & alios exorti fõtes propiùs aſpiciat. Sic itaq; ille hoc anno ſcripſit Petro Barbirio 13. Aug. eaq; Epiſtola eſt ſecunda in Epiſtolarum eius volumine. Initio, inquit, dici non poteſt, q̃ multi, qualesq; viri Luthero fauerint. Ego è pauculis pagellis deguſtatis, viſus ſum mihi ſubodorari, rem exituram in tumultum. Et mihi ſane adeo eſt inuiſa diſcordia, vt veritas

ritas etiam displiceat seditiosa. Primus omnium admonui hominem literis, vt rem Euangelicam Euangelica mansuetudine moderationeq; tractaret &c. Equidem vt mihi videre videor, esse quædam in Ecclesia recepta, quæ magno Christianæ religionis bono mutarentur: ita nihil placet, quod huiusmodi tumultu geritur. Si communicato inter ipsos consilio, docti libellis obsignatis, vtriusq; ditionis proceres admonuissent, quæ iudicassent ad Euangelicæ doctrinæ sinceritatem attinere, fortassis & ipse fuissem vnus, qui sedulò, quod potuissem, consuluissem. Nunc quid furiosius, quàm rem tantam maledicis libellis & clamoribus agi? Quo quidem in negotio primum vtrinque peccatum est. Mea sententia, nimium calidis consiliis hinc atque hinc res gesta est &c. Porrò quod dicitur, Lutherum quædam hausisse è libris meis, mihi in manu non erat præstare, ne quis scriptis meis in posterum abuteretur, quando hoc nec Euangelistæ nec Apostoli præstare potuerunt. Scripsi eo seculo, quæ tum videbantur ad bonos mores conducere: fortassis quædam scripturus circumspectius, si præsciissem, exoriturum hoc seculum plus quàm Tragicum. Idem lib. 14. Epist. 7. die 23. Augusti eodem anno: Video tempestatem esse periculosissimam, in qua mihi sentio cursum sic esse moderandum, vt nec hominibus adulando Christi negotium deseram: nec me frustrà in discrimen aliquod coniciam. Lutherus veluti malum Eridis misit in mundum, cuius nullam omnino partem non turbatam video. Nemo non fatetur vehementi quadam medicina fuisse opus Ecclesiæ, nimium collapsis moribus: sed video propemodum vsu venire, vt pharmacum parum dextrè adhibitum, morbi vim exacerbarit, verius quàm expulerit. Atque vtinam verum esset, quod Danorum Rex Christiernus mihi simile quiddam dicenti respondit, ludens opinor, leuibus pharmacis nihil agi, sed illud esse remediorum efficacium, vt primum corpus omne concutiant. Ego certè nullum exitum video bonum, nisi Christus ipse nostram temerita-

tem benè vertat, quemadmodum ferunt Mineruam Εὐσελίαν Athenienſium benè fortunare ſolitam.

Idem Epiſt. 2. lib. 1. p. 6. Vt inſanum ſit omnia probare, quæ ſcripſit Martinus Lutherus, ita non placet autoris odio damnare quæ vera ſunt, ea deprauare quæ recta ſunt. Ego ex omnibus illius lucubrationibus vix 12. legi pagellas: & tamen vix quenquam reperi adhuc, qui ſe dicat pœnitere legiſſe libros illius, etiamſi multa diſpliceant. Quid multis? Tale negotium eſt, vt difficilimum ſit ita ſatisfacere hominibus, vt nuſquam prodas Euangelicam veritatem. Res non ſolum abſolutam eruditionem, verùm etiam ſingularem prudentiam deſiderat: non ſine autoritate. Quicquid incendio, quicquid diplomatis Principum effici poteſt, abunde confectum eſt. Sed hæc vtinam perinde mutarent animos hominum vt cohercerent linguas &c. Quod dicunt quidam, morbum fuiſſe grauiorem, quàm vt leui pharmaco ſanari poſſit: turbandum fuiſſe corpus efficaci remedio, quo mox ſuccederet ſanitas. Hoc ſi verum eſt, ego per alios fieri malim, quàm per me. Si commerentur hoc corrupti mortalium mores, non deerit Deo Nabuchodonoſor, per quem flagellet populum ſuum &c.

Idem in Epiſtola ad Montioium lib. 17. Ep. 26. Nec cum Luthero, nec cum vllo Lutherano fœdus clancularium inii, & adeò non addidi cuiquam animos, vt omnes quos potui deterruerim ab inſtituto periculoſo. Tantum improbabam quorundam præcipites tumultus, præſertim apud populum, priuſquam ſatis appareret, quorſum iret Lutherus. Nemo non fatetur diſciplinam Eccleſiaſticam longè prolapſam eſſe à ſinceritate Euangelica, populum Chriſtianum multis modis grauatum eſſe, conſcientias hominum variis tricis illaqueatas. His malis Lutherus bonis ac doctis videbatur remedium allaturus. Et paſſim fauentibus omnibus, ſolus extiti monitor, vt ſtylum verteret, ac negotium tractaret Euangelica manſuetu-

ſuetudine &c. Jactant aliqui Lutherum quædam è meis libris hauſiſſe. At quo pacto queam præſtare, ne quis meis ſcriptis abutatur, cum plurimi ſint abuſi libris Euangelicis? Et tamen ſi quis Deus mihi prædixiſſet, hoc ſeculum exoriturum, quædam aut non ſcripſiſſem, aut aliter ſcripſiſſem: non quod pernicioſa ſcripſerim, ſed quod non omnia quouis tempore rectè dicuntur &c. Nec technis quorundam, nec pollicitis, nec odiis aliorum vnquam perpelli potui, aut potero, vt alius ſim quàm Chriſtianus. Malè ſit omnibus qui gaudent diſſidiorum vocabulis &c. Vide lib. 14. Epiſt. 6. 13. 19. Item lib. 17. Epiſt. 18.

De hoc toto anno legant Studioſi narrationem Camerarii in vita Philippi Melanchthonis pag. 43. 45. 47. & 49. de initiis Sectæ Anabaptiſtarum, Enthuſiaſtarum & nouorum Prophetarum &c.

Anno 1522. Adrianus VI. natione Belga, Traiectenſis, creatur Rom. Pontifex, 9. Januarii. Hic nomen ſuum non mutauit, ſed retinuit Adriani nomen: fuit vir doctiſſimus, & Caroli V. quondam Præceptor.

Anno 1522. Lutherus propter tumultus Caroloſtadianos ex Pathmo reuertitur Witebergam, feria quinta poſt Eſto mihi 6. Martii. Primam concionem habuit Dominica Inuocauit, in qua taxauit Caroloſtadium, qui (vt Lutheri verba vſurpemus) ſua inepta docendi ratione populum eò perduxerat, vt ſeſe Chriſtianum arbitraretur per has res, ſi vtraq; ſpecie communicaret, ſi tangeret, ſi non confiteretur, ſi imagines frangeret.

An. 1522. Eraſmus poſtridie Paſchatis ſcripſit vel librum vel Epiſtolam Apologeticam ad Chriſtophorum Epiſcopum Baſilienſẽ de interdicto eſu carnium: vbi in vtranq; partem diſputat de Jeiuniis, feſtis, Sacerdotum coniugio, Præſulum officio, ſcandalo, emptione diplomatũ Pontificiorum & abrogatione cõſtitutionũ vetuſtarũ. Exagitat etiam diuitum lauta ac delicata ieiunia: quorum culinas

ait nullis diebus esse operosiores quàm piſculentis: opulentis mutatum cibi genus voluptati esse, fastidiique remedium : eosque quàm maximè deliciari, dum tenuis agricola rapis crudis victitans, aut porrum arrodens, hoc obsonium addat atro ac furfuraceo pani, proque mulso diuitum aquam è lacuna bibat. Postremò vt inquirens, non vt asseuerans, adiicit hæc verba: Constat, inquit, pleraque, de quibus nunc est sermo, primum inuecta consuetudine, quæ quos obliget, in quibus, & quatenus, quando, quamdiu, prolixius sit hic differere. Illud videtur certè ꝓbabile, consuetudinem non arctius alligare quenquam, quam voluerint ii, qui consuetudinis fuerunt autores. Sit interim semper exceptum offendiculũ & contemtus. Qui ieiunat, non hoc nomine sibi placeat, quasi rem magnam agat, nisi maiora adiecerit. Qui non ieiunat, nõ turbet publicam consuetudinem, vitans offendiculum infirmorum quantum commodè potest. Qui abstinet, caueat, ne contra doctrinam Euangelicam & Apostolicam iudicet proximã ex eo, ꝙ natura sit anceps, & rectè vel secus fieri possit.

Anno 1522. Noribergæ ordines Imperii conuentum agunt, in quo deliberatũ est de bello Turcico & Religione.

Anno 1522. die 2. Junii qui erat dies Lunæ post Dominicam Exaudi, ciues Grunouienses à Ducibus Brunsuicensibus aliquamdiu obsessi, prima luce egressi ex oppido, miserè omnes ad vnum occiduntur ad pagum Densen; oppidumq; eorum mox succenditur.

An. 1522. Duces Brunsuicenses iterum Hildesheimum & Peinam frustra obsident. per intercessores Principes Vrbesq; inducię fiunt in annum sequentem.

An. 1522. Eodem tempore Lutherus conflixit cum fanaticis hominib. Nicolao Storck, Thoma Munzer & aliis nouorum Prophetarum antesignanis, qui iactabant arcanas reuelationes Angelicas, & colloquia cum Deo: Baptismum quoque paruulorum primi impugnabant. Hæc fuerunt semina doctrinæ Anabaptistarum, sparsa per Prophetas illos, q ex vrbe Cygnæa Witebergam absente Luthero

thero venerant. Melanchthon ſcribit, Caroloſtadium damnaſſe omnes leges, ab Ethnicis conditas, & contendiſſe, in foro ius ex Moſe dicendum eſſe, cum non intelligeret vim & naturam Chriſtianæ libertatis.

An. 1522. Caroloſtadius ægrè ferens Iconomachiam ſuam à Luthero improbari, factus eſt ab eo alienior.

An. 1522. Hoc anno de Inuocatione Sanctorum quidã Theologi quærere ac diſputare cœperunt, cum Lutherus illam Sanctorum compellationem nondũ improbaret, ſed vt liberam aut certè non neceſſariam cuiq; permitteret.

An. 1522. Rhodus Inſula nobiliſſima poſt grauiſſimam 6. menſium obſidionem à Solymano capta 25. Decembr. die natali Chriſti, cum Rhodii Chriſti inorum Regum auxiliis deſtituti deditionem facere cogerentur, pacti corporum ſuorum & rerum omnium incolumitatem quam ipſis Solymanus præſtitit. Pleriq; Chriſtianorũ in Inſulam Melitam migrarunt. Rhodum Inſulam fratres hoſpitalarii S. Ioannis tenuerant annis plus minus 214. quorũ opulentia ex hoc in immenſum creuit, & bona templariorum in eos potiſſimum translata fuerant. Backſchius & alii.

Anno 1522. Lutherus Henrico Regi Angl. reſpondit: cuius ſcripti vehementiam non omnes amici Lutheri probarunt. Eraſmus ea de re ita: Si Lutherus collaudato pio Regis ſtudio rem ſolidis argumentis fortiter peregiſſet, non violata Regia dignitate, rectius opinor conſuluiſſet ſuæ cauſæ. Idem: Quid inuitabat Lutherum, vt diceret in libello aduerſus Regem Angliæ: Veniatis Domine Henrice, ego docebo vos. Certè Regis libellus latinè loquebatur, non ineruditè.

Anno 1523. Moniales Pſalmorum libros latinos non ſatis intellectos de manibus deponere, habitum religioſum exuere, & Monaſteriis valedicere cœperunt, contractoq; matrimonio factæ ſunt matresfamilias.

Anno 1523. Leonhardus Köppen, ciuis Torgenſis, feria tertia Paſchatis 7. Aprilis nouem Moniales genere nobiles, ex Monaſterio Nimptſchen extractas Witeber-

gam adduxit, inter quas fuit Catharina à Boren postea nupta Luthero.

Anno 1523. Cum Adrianus Pontifex per legatum Germanis non solum de Ecclesiarum emendatione, sed etiam de Curię Romanę reformatione aliquanto liberalius fuisset pollicitus, Proceres Imperii è conuentu Norico Romá miserunt certa capita grauaminum (ita tum appellarunt) quibus Germaniam nimium exhauriri, & intolerabili seruitutis iugo premi significarunt. Norici verò conuentus exitus hic fuit, quod Principes die 6. Martii decretum ediderunt in eam tententiam, in quam & Adriano scripserãt: viam ineundæ concordiæ in religione esse omnium rectissimam, si primo quoq; tempore Concilium vniuersale atque liberum in Germania celebretur, & huius decreto cõtrouersiæ dirimantur ac tollantur: & interim Theologi nouorum librorum editione abstinentes, Euangelium purè & modestè, iuxta probatas & ab Ecclesia receptas interpretationes, doceant &c. Hoc Imperii decretum cum alii aliter acciperent, plerique etiam contemnerent, Lutherus datis ad Principes literis illud pro se interpretatus est.

Anno 1523. Gustauus Calmarniam deditione occupat, & postea die 6. Junii, ab regni vniuersis Ordinib. eligitur Rex Sueciæ, seq; ei dedit Stockholmia die 21. Junii.

Anno 1523. Christiernus Daniæ Rex cum impotenter gessisset Rempub. suaq; sæuitia cunctos regni ordines offendisset, Friderico patruo ac Lubecensibus in ipsum arma sumentibus, regno suo profugit, vnà cum liberis & vxore Elizabetha Caroli Cæsaris sorore, pietatis virtutumque omnium laudibus celebratissima.

Anno 1523. Fridericus Holsatiæ Princeps creatur Rex Daniæ, coronaturq; anno sequenti 7. Augusti.

Anno 1523. Bruxellis duo Monachi Augustiniani, Henricus & Johannes, sub inquisitore Jacobo Hogostrato Dominicano, flammis sunt traditi Calend. Julii, & primi Lutheranorum necem passi sunt. Hos Lutherus ob confessio-

feſſionis conſtantiam Cantico, quod in multorum eſt ore, celebrauit, & vt ſui temporis primos Martyres canonizauit. De his ita Eraſmus lib. 21. Epiſtola 7. Sit ſanè conuiciendus in ignem, qui pugnat aduerſus articulos fidei, aut ſi quid aliud magno Eccleſiæ conſenſu receptum eſt, vt cum illis parem habeat autoritatem. At æquum non eſt, vt quiuis error igni puniatur, niſi accedat ſeduuo, aut aliud crimen, quod leges capite puniunt. Neque enim hoc valere debet Euangelii prætextus, vt impunè peccetur: ſed ne omnino peccetur, etiamſi per leges liceret impune. De poteſtate Pontificis in multis articulis Theologi Pariſienſes diſſentiunt ab Italis, & alteram partem errare neceſſe eſt: Neutra tamen alteram ad ignem vocat. In multis diſſentiunt, qui Thomam ſequuntur, ab his qui adhærent Scoto: & vtroſque fert eadem ſchola. Nunc magnopere vereor, ne vulgaribus iſtis remediis, hoc eſt, palinodiis, carceribus & incendiis, malum exaſperetur. Bruxellæ primum exuſti ſunt duo. Tum demum cœpit ciuitas fauere Luthero. Si lues hæc dimanaſſet ad paucos, poſſet vtcunque amputari: nunc adeo late peruagata eſt, vt ipſis etiam Monarchis exiſtimem metuendum. Non hęc eò ſpectant, vt cenſeam hoc malum eſſe negligendum: ſed vt doceam, vulgaribus remediis non eſſe exaſperandum. Quem mouet illa Palinodia incendii metu extorta? Deinde vnus aut alter adfectus ſupplicio, quid aliud quàm irritat tam numeroſæ factionis animos? Age fingamus his remediis opprimi poſſe malum, quid refert opprimi mox vehementius repullulaturum?

Plura de hac hiſtoria vide apud Eraſmum lib. 24. Epiſtol. 4.

Anno 1523. Inter Vlricum Huttenum & Eraſmum exorta eſt ſimultas, quæ vtriuſque ſcriptis dentatis & mordacibus orbi patefacta eſt. Huttenus libellũ edidit hoc titulo: Expoſtulatio Vlrici ab Hutten cum Eraſmo Roterodamo. Huic Eraſmus opponit ſuam Spongiam (is eſt libelli titulus) aduerſus Hutteni aſpergines. Otho Brunfelſius Hut-

teni mortui defensionem susciplens regerit in Erasmum conuicia &c. Huius certaminis multæ fuerunt causæ, sed prima quasi fax fuit Epistola Erasmi ad Marcum Laurinum, quæ extat lib. 23. Epist. 6. vbi hæc verba leguntur: Antequam dissidium hoc hucusque incresceret, cum omnibus fermè Germaniæ doctis habebam literariam amicitiam, mihi sanè perquam iucundam. Horum nonnulli refrixerunt in me: quidam prorsus alienati sunt: nec desunt, qui se palam hostes profiteantur, & exitium denuncient. Habebam item cum multis consuetudinem, q nunc sæuiores sunt in Lutherum quàm vellem, imò quàm expedit ipsi causæ. Nec ideo submoueo quenquam ab amicitia mea, si paulò propensior est in Lutherum: nec ideo renuncio cuiquam amicitiam, si ferocior est in Lutherum, cum vterq; quod facit, bono studio faciat. Sic enim interpretor, cum in amico, tum in viro, non malo &c. Fuit hic Huttenus, paucorum dierum hospes, interim nec ille me adiit, nec ego illum: & tamen si me conuenisset, non repulissem hominem à colloquio, veterem amicum, & cuius ingenium mirè felix ac festiuum, etiam nunc non possum non amare. Nam si quid illi præterea negotii est, nihil ad me pertinet &c. Ibidem de causa Lutherana ita scribit: Altera pars contemni non potest: Altera contemni non vult: & haud scio, an alterutra possit opptimi sine graui etiam bonarum rerum ruina &c.

Anno 1523. Joannes Clericus Meldensis Gallus, mechanicus, propter deturbata idola crudeliter excarnificatur Metis, & inter tormenta ipsi crudelitati insultans altissima voce illud Dauidis recitat: Idola gentium sunt argentum & aurum, opus manuum.

Anno 1524. 12. die Januar. Ioannes Castellanus Theologiæ Doctor, hereseos causa in Lotharingia exustus.

An. 1524. Vigilia SS. Sacramenti altaris, q fuit 25. Maii ciuitas Trecensis maxima sui parte incensa fuit. durauit autem tam triste spectaculum ab 11. nocturna vsq; ad tertiam etiam nocturnam horam diei sequentis; adeo pertinaciter,

ter, vt omnes miraculo tenerentur, autumantes furorem diuinũ descendisse, nisi 26. die repertus fuisset puellus mẽdicus 12. vel ad summum 14. annos natus, qui in domo speciarii seu apothecarii occultè conabatur ignem sub lecto accensum immittere. captus enim & interrogatus, ingenuè fassus est se cum quibusdam aliis consciis pueris, suasu quorundam militum magna sibi promittentium, quorum nomina ignorabant, ignem immisisse, & præuiam pecuniolam quam adhuc habebat, ob tale facinus accepisse.

An. 1524. Mathematici propter inusitatam coniunctionem Planetarum in signis humidis prędixerunt diluuium, quod anno sequenti mutatum est in bellum rusticorum, vbi ferè fuit diluuium cruentum.

Anno 1524. 26. die Januarii Lucernæ fuit conuentus Heluetiorum, vbi fit decretum ne quis Ecclesiæ Romanæ contradiceret.

Anno 1524. Fridericus Miconius Annæbergæ excommunicatur die Passionis Domini, in Monasterio Franciscanorum, ideo publico scripto rationem reddidit, cur die Palmarum docere cœpisset Euangelium.

An. 1524. 18. die Aprilis decernitur in Comitiis Norimbergensib. vt de voluntate Caroli V. Imp. Clemens VII. P. M. primo quoq; tempore liberum indicaret concilium.

Anno 1524. Erasmus à Rege Angliæ & Thoma Volsio Cardinali Eboracensi persuasus stylum strinxit in Lutherum, edita Diatribe de Libero arbitrio, mense Octob. Cui Lutherus an. 1526. mense Aprili oppositit scriptum de seruo arbitrio. Acta res est suspensis omnium eruditorum animis & oculis, exitum rei speculantibus, non aliter ac si duo magni montes iam concursuri & præliaturi essent. Verùm quomodo isti duo montes mixti sint, loquantur libri publicati. Ea de re vide Erasmi Epistolas lib. 19. Epist. 1. 2. 3. 4. & antepenultimam.

An. 1524. Ossa Bennonis Episcopi Misnensis more solenni Misnæ effossa, exaltata atq; collocata sunt in tumbam marmoream 16. Maii. Aliis religioni res fuit: aliis ioco

& risui. Hac occasione Lutherus edidit librum de exaltatione Bennonis.

Anno 1524. Bellum Sacramentarium inter Carlstadium & Lutherum exortum est. Lutherus & Carlstadius de bello inter se gerendo & euulgandis aduersariis scriptis pacti sunt. Lutherus cõditionem accipiens in testimonium initi pacti Carlstadio donat aureum nummum die Lunæ in Octaua Assumptionis Marię, 22. Augusti Jenæ in Thuringia. Carlstadius profert & publico scripto confirmat in verbis Cœnæ Domini suum πῶπο. Ex eo tempore non solum hi duo, sed eorum quoq; discipuli aut successores aduersis calamis acriter & perniciose de Cœna Domini certarunt, & stylis mutuum se confoderunt. Fecerunt illi duo viuendi finem: Sed belli Sacramentarii hoc anno orti hodie nondum est finis. Nullum bellum citius exardescit, nullum tardius deflagrat, quàm Theologicum.

Anno 1524. Zuinglius scripsit Epistolam ad Matthæum Alberum Ecclesiasten Reutlingensem, in qua suam de Eucharistia sententiam explicat. In calce Epistolæ eum adiurat, ne cuiquam mortalium eam cõmunicet, præterquam ei, quem constat in fide Jesu sincerum esse. Data est hæc Epistola 16. Nouembr. expositit autem verba Cœnæ per tropum: Est, pro, significat &c.

Anno 1524. 15. Junii Imagines quæ ad cultum prostabant è templis remouentur à Tigurinis.

Anno 1524. Lutherus deponit cucullum Monasticum Dominica 20 post Trinitatis, die 9. Octobris.

Anno 1524. Ab hoc tempore incipit Historia Sacramentaria scripta à Ludouico Lauathero Tigurino, ad quẽ librum remittimus Lectorem.

Anno 1524. orta sunt semina seditionis rusticanæ tali initio. Abbas quidam Sueuicus prope Vlmam decedente aliquo rusticorum suorum, ex veteri consuetudine abducere solebat optimum iumentum. Obierat tunc villicus, sed qui viueret ex aurigatione. itaque cum duos equos auferret vxori, meliorem patrimonii partem, moti rustici pro-

Digitized by Google

proruperunt in gemitus, in exclamationes, in execrationes, quæ deinde mutatæ seditione & bello, quod absumpsit eorum supra 50000. Ergo mense Nouembri cœperunt à Domino suo Comite Lupfio Sueuo dissidere homines rusticani propter onera, quibus grauari se nimium indignabantur: idem & alii deinde vicini faciebant in suum quisque Magistratum.

An. 1524. Thomas Münzerus Stolbergensis, & Concionator Alstetensis, edidit scripta quædam aduersus Lutheranos. Liber dedicatus & nuncupatꝰ est Christo, Principi, vt ipse loquitur, illustrissimo &c. Idem Lutherum flagellat, quod Enthusiastico spiritu careat, & nihil nisi carnalia sapiat. Idem ad Melanchthonem scribit Epistolam feria 5. post Annuntiationis, cui hæc verba inseruit: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Videte, de ore Dei, & non ex libris proficiscitur. Testimonium quidem verbi veri ex voluminibus est. Nisi enim in corde oriatur, verbum hominis est, damnans scribas versipelles, qui furantur oracula sancta Jeremiæ 23. Nunquam eis Dominus locutus est, & ipsi vsurpant verba eius. O chariſſimi, operam nauate vt prophetetis, alioqui Theologia vestra non valebit obulum. Considerate Deum vestrũ è vicino & non à longe. Idem hoc anno edidit protestationem suam vnà cum Apologia de fide & Baptismo, ex quibus apparet, eum fuisse hominem fanaticum, qui semina doctrinæ Enthusiastarum sparsit, & incautos homines prodigiosis καινοφωνίαις fascinauit & dementauit.

An. 1524. Canonici Witebergenses in templo Cathedrali reformationem Ecclesiæ suæ instituerunt, abrogatis Missis priuatis in huius anni exitu, 24. Decembris.

Anno 1525. Franciscus Rex Galliæ à Ducibus Caroli V. 24. Febr. (die Matthiæ) in prælio ad Ticinum (amissis vltra 8000. militum & 20. proceribus Galliæ cæsis) capitur, & apud Mantuam Carpetanorum in Hispania in custodiam datur, eò ex Italia triremibus transuectus. Hic

cum diuturnioris carceris impatiens æger esset, Cęsar eum ægrotantem inuisit, & familiaritate, dulcedineq; colloquii sui Regem moribundum non solum confirmauit, sed etiam ad libertatis spem certam erexit. Hanc colloquii sui suauitatem postea rebus comprobauit, ac Regi in vxorem data Eleonora sorore sua, Emanuelis Lusitani regis vidua, firmam cum eo, certis legibus latis, acceptisque, pacem corroborauit: septem diebus cum eo amicissimè consumptis, Regem iam ad suos in Galliam redeuntem honoris causa deduxit, concesso illi etiam inter equitandum latere dextro. Studiosi consulant Guicciardinum lib. 16. vbi exponuntur deliberationes sapientissimæ in senatu Cæsaris institutæ, de conditionibus Regi ferendis &c.

An. 1525. Fridericus Danię rex, metuens sibi à Christierno rege electo, instante apud affines & cognatos suos, Principes potentissimos, inprimis Carolum V. Imp. pacem init cum Gustauo Sueco, mense Maio, vt armis communibus Christiernum propulsent.

Anno 1525. Bellum Sacramentarium inter Lutherum, Zuinglium & Oecolampadium.

Zuinglius hoc anno mense Martio primum edidit commentarium de vera & falsa religione. Et subsidium de Eucharistia, mense Augusto, quo tropum in verbis Cœnæ defendit. Idem 13. April. qui fuit dies Cœnæ Domini, abolitis veteris missæ ceremoniis primum Tiguri celebrauit Cœnam Domini eo ritu, qui hodie apud Tigurinos in vsu est.

Johannes Oecolampadius, Basilienſis Ecclesiæ Pastor, edidit primum suum scriptum de Eucharistia, hoc titulo: De genuina expositione verborum Domini: Hoc est corpus meum, id est, figura corporis, signum, typus, symbolum.

Pomeranus breui scripto respondit Zuinglio.

Sueuici Doctores libro Oecolampadii opposuerunt Syngramma conscriptum Halæ Sueuorum 12. Octobr.

cui

cui inter cæteros ſubſcripſit Brentius. Oecolampadius verò Sueuicis reſpondens, Antiſyngramma de Cœna Domini publicauit.

Anno 1525. die 26. Aprilis ſeditioſi ruſtici Winſpergum oppidum capiunt, ac Ludouicum Comitem Helfenſteinium crudeliſſimo ſupplicio in præſentia coniugis ſuæ quæ erat filia Caroli V. nothα, haſtis protentis vtrinq; cõfodiunt. Eorum Dux paulò poſt à Georgio Truxeſio victus, catena laxè ad palum religatus, vt diſcurrere poſſet, circumpoſito igne miſerrimè toſtus eſt in exemplum.

An. 1525. Ordinationem Miniſtrorum in Eccleſiam induxit Lutherus Dominica Cantate, 14. Maii, cum primus ordinandus eſſet Georgius Rorarius, Witebergæ.

An. 1525. Lutherus (ætatis 42.) die Martis poſt feſtum Joannis Baptiſtæ (27. Junii) duxit vxorem Catharinam à Bora, genere nobilem, quæ monialis antea fuerat.

Anno 1525. Pugna ad Franckenhuſium.

Seditio ruſticorum per Sueuiam atque vicinam Germaniæ partem, quæ eſt ad Danubium, primo vere exorta. In Thuringia quoque Thomas Munzerus concionator Alſtetenſis ruſticos ſeditioſos ad arma aduerſus Magiſtratum ſumenda concitauit. Lantgrauius primùm conflixit, cum ruſticis 14. Maii Dominica Cantate, ad oppidum Thuringiæ Franckenhuſium. Die ſequenti 15. Maii Munzerus ad pugnam milites ruſticanos cohortans, ait: Se bombardarum globos omnes emiſſos manica tunicæ ſuæ excepturum & collecturum. In hoc itaque ſecundo conflictu Lantgrauii cum ruſticis ceciderunt ſupra quinque millia agricolarum: alii 7423. agricolarum & ciuium Franckenhuſienſium. Franckenhuſii capti ſunt fermè 300. & capite mulctati. Hæc fuit cruenta Cataſtrophe huius tumultus, in quo miſeri homines pro libertate ſua armis recuperanda vitam amiſerunt, & fidem fecerunt Adagio: Dulce bellum inexpertis: quibus magis profuiſſet domi in horreis multo cum ſudore flagris ligneis

frumentum excutere, aut furcis laborare, quàm ſub impio Marte iniqua ſtipendia, vulnera, neces & furcas mereri. Bene tamen in hoc prælio cum quibuſdam actum eſt, qui deguſtata belli ſuauitate pedibus pro armis vſi, & depoſitis haſtis domum ad beatos raſtros, benedictum aratrum, ſanctamque ſtiuam recurrerunt. Munzerus Franckenhuſii capitur, in lecto iacens, & morbum ſimulans, qui in carcere quæſtioni ſubiectus cum præ dolore exclamaret, affatus eſt eum Saxoniæ Dux Georgius: Tu nunc quidem cruciaris, inquit, Munzere: ſed rurſus cogita miſerorum hominum cladem, qui per te nefariè circumuenti hodierno die perierunt. Tum ille magno cum riſu: Hoc voluerunt, ait. Ad ſupplicium ductus animo fuit conſternato, atque deiecto, neque ſuæ fidei rationem explicare poterat, & ipſius confirmandi cauſa Henricus Dux Brunſuicenſis voce illi præibat. Morituſus autem agnoſcebat delictum & errorem, idque palam profitebatur, & militum ſeptus corona Principes hortabatur ad maiorem clementiam erga miſeros homines: ita fore, vt nullum eiuſmodi poſthac ſit ipſis extimeſcendum periculum: ſimul monebat, vt libros Regum in S. Bibliis diligenter euoluerent. Eo confecto ſermone gladio percutitur, & exempli cauſa caput eius affixum haſtæ mediis in campis collocatur. Sleid. Reſtincto nonnihil incendio ruſticorum elapſus Caroloſtadius per ſportam de muro Rotenburgenſi (iſthic enim per hyemem totam latuerat) demiſſus eſt. Miniſtri autem Eccleſia Rotenburgii ad Tuberam flumen ſecuri percuſſi, & ingens ciuium numerus eruti luminibus ad calamitoſiſſimam mendicitatem redactus eſt.

Anno 1525. Lutherus & Melanchthon hoc anno ſcripta quædam ediderunt contra articulos à ſeditioſis ruſticis initio anni, antequam præliarentur, publicatos.

Anno 1525. 11. Junii Dominica Trinitatis, Martinus Lutherus, vt oſtenderet quàm nihili faceret votum omne monaſticum, ætatis anno 42. vxorem duxit Catharinam

nam de Bore virginem nobilem, paulò ante è cœnobio extractam.

Anno 1525. Lutherus ſcripſit librum de abroganda Miſſa cui contradixiſſe autor eſt Cochlæus in Anglia Johannem Epiſcopum Roffenſem, in Germania, Johannem Epiſcopum Viennenſem: in Gallia Clichtouæum: in Hiſpaniis Quintanam: in Bauaria Eccium: in Marchia Menſingum: ſermone Germanico Dietenbergium, Emſerum, Cochlæum, plurimosq; alios.

An. 1525. Miſſa primum celebrata eſt Witebergæ lingua vernacula Dominica 20. poſt Trinitatis, die 29. Octobr.

Anno 1525. Danus quidam Nicolaus Kniphouius, piraticam exercens aliquot nauibus, ſub vmbra Regis Chriſtierni, Oceano Balthico valde fuit infenſus. Sed tandem captus ab Hamburgenſibus, vnà cum 60. ſociis in ſuburbio capite truncatur.

Anno 1525. Berlini Monachus, qui pro concione S. Paulum mendacii arguerat, ſubito in ſuggeſtu extinctus eſt apoplexia, die Stephani.

Anno 1525. Jacob Pauanas Bolonienſis Gallus, Lutetiæ crudeliter vſtulatur ob Lutheraniſmum.

Anno 1525. Albertus Marchio Brandeb. relicto Ordine creatur primus Dux Pruſſiæ à Sigiſmundo Rege Poloniæ, & Ducatum illũ hęreditarium accipit, qui antea ad fratres Ordinis Teutonici pertinebat; ita is qui prius ſalutabatur Magiſter Ordinis, iam ſalutatur Dux Pruſſiæ.

Anno 1525. Carolus V. de dimittendo Franciſco Galliæ Rege conſentit: formula pacificationis conſcribitur die 14. Januarii. Dimiſſus filiolos Franciſcum & Henricum dat obſides.

Anno 1526. Thomas Anabaptiſta fratrem Leonhartum in parentum præſentia apud S. Gallum decollauit: tanquam Abrahæ exemplum ſecutus, 8. Februarii.

Anno 1526. 25. Junii frequentes admodum Germanię Principes conueniunt Spirę ad comitia indicta; inter quos erãt Ioannes Elector Sax. & Philippus Landgraui⁹ Heſſię.

Legati Caroli V. Cæſaris erant, Ferdinandus frater, Bernardus Epiſcopus Tridentinus, Ericus ſenior Dux Brunſuicenſis &c. decretum ibi, opus eſſe ad conſtituendam religionem, retinendamq; pacem publicam, vel Germaniæ, vel totius Orbis concilio.

An. 1526. Diſputatio Badenſis inter Eccium & Oecolampadium de Cœna Domini & aliis articulis, 16. Maii.

Anno 1526. Eraſmus 21. Maii ſcripſit Apologiam de edito libello Colloquiorum familiarium, quæ ad colloquiorum calcem adiecta eſt. Eiuſdem de hoc libello iudicium vide Epiſt. lib. 21. Ep. 33. Et lib. 22. Epiſt. penultimam.

Anno 1526. Conuentus Spirenſis inchoatur 25. Junii: de quo vide Sleid. Hortenſ.

Anno 1526. Ludouicus, Vladislai Iagellonis filius, Rex Vngariæ & Bohemiæ, copiis ſuis ad oppidum Mohatzium medio loco poſitum inter Budam & Belgradum à Solymani exercitu fuſis & cæſis, fuga ſalutem quæſiturus, in vicinæ paludis lutulento gurgite depreſſus & ſuffocatus interiit die decollationis Johannis Baptiſtæ, 29. Auguſti ætatis 20. Ludouico ſucceſſit Ferdinandus Rex Vngariæ. Et hoc anno Sileſia venit in poteſtatem Regis Ferdinandi.

Anno 1526. Johannes de Zapolia, Waiuoda Tranſyluaniæ & Comes terræ Scepuſienſis, poſt Ludouici Regis funeſtum occaſum, à nonnullis regni proceribus Rex ſaluratur die Martini, Palatino regni Stephano Bathoreo, atq; aliis Baronibus & Magnatibus non conſentientibus. Backſchius, Chron. Vngar.

Anno 1526. die 30. Nouembr. Georgius Frundsbergius Germanicarum copiarum ductor Italicam iuuentutem partium Gallicarum, quibus præerat Joannes Medices profligat, ad Guernolam agri Mantuani. Medices globo bombardico grauiter ictus paulò poſt obiit.

Anno 1526. Franciſcus Rex Galliæ ex cuſtodia dimiſſus, cum Pontifice ac Venetis fœdus contra Cæſarem facit.

Anno

Digitized by Google

Anno 1526. Caſparus Suenkfeldius & Krautvaldus in Sileſia ſpargunt ſuum dogma de Cœna Domini.

Anno 1526. Franciſcus Pizarrus & Didacus Almagrus Hiſpani, auſpiciis Caroli V. Imperatoris expeditionem in Peruanas regiones ſuſcipiunt, illudque ampliſſimum & ditiſſimum regnum, Attabaliba Rege capto & interfecto, ſubigunt.

Anno 1526. Polydorus Vergilius Vrbinas, autor libri de rerum inuentoribus, hoc anno Londini in Anglia edidit libellum de Prodigiis. Vixit adhuc Polydorus an. 1533.

Anno 1527. die S. Matthiæ Ferdinandus Archidux Auſtriæ Caroli V. frater coronatur in Regem Bohemiæ, in locum Ludouici, qui anno 1526. 29. die Auguſti ætatis 20. cum Solymanno inter Budam & Quinqueccleſias congreſſus, periit cum ſuorũ 15. millibus. At contra Turcarum Imperator Ioannem Sebuſiam Vaiuodam Tranſyluanum in fidem ſuam tutelamque recipit, redditaq; regia vrbe Buda regem proclamat. inde factio & partes quæ peſſum dederunt Vngariam.

An. 1527. Roma capta & direpta ab exercitu Caroli V. cuius duces erant Carolus Borbonius & Georgius Fronſpergius, 6. Maii, die Johannis, anno vrbis conditæ 2278. poſtquam à Totila capta fuerat 980. id eſt, decies & quater 70. Pontifex ſeſe dedidit 6. Iunii, quo die etiã ſuæ dignitati reſtitutus eſt. Vide Epiſtolam Eraſmi lib. 22. Ep. 25. 26. vbi ait, Pontificem Clementem inclementiſſimè tractatũ eſſe.

Anno 1527. 21. Maii natus Philippus II. Hiſpaniarum Rex, ibidemq; educatus fere abſente patre. præfuit ei inter alios Ruius Gomeſius: qui cum aliquando luderet chartis cum Carolo V. isq; nactus chartas commodas, iuraſſet per caput Imperatricis ſe luſum illum victurum, Gomezius, meliora adhuc ſortitus folia, idipſum diſſimulauit, ac Cæſare ſuas exhibente, ipſe tanquam victus ſuas abſcondidit. Id vt vident ſtantes ei à tergo, non ſe tenuere quin Imperator animaduerteret: quæſiitq; ſeorſim ex eis luſu finito, cur ſtuporis damnaſſent Gomezium. ipſis veritate indi-

cata, indixit eis huius rei ſub grauiſſima pœna perpetuum ſilentium. Ceterum factum iſtud ita ei placuit, vt ipſum adplicuerit filio, tanquam adminiſtrum idoneum, gnarumq; agere ſecundas.

Anno 1527. Traiectinorum ciuitas in Geldriorum poteſtatem redacta eſt 6. Auguſti. Chron. Traiect.

Anno 1527. die 26. Auguſti Leonardus Cæſar natus in oppido Bauarię Raab, ob Lutheraniſmum crematur mandatu Ducis Bauariæ in oppido Scherding; damnatus antea ab Epiſcopo Paſſauienſi.

An. 1527. Galliæ Rex Lautrechum cum copiis in Italiã mittit ad regnum Neapolitanum occupandum. Is primum adiuuantibus Venetis inuadit Alexandriam & Papiam.

Anno 1527. Inſtituta eſt deliberatio de prima viſitatione Eccleſiarum in Saxonia, de qua extat libellus latinus Philippi Melanchthonis, hoc anno editus. Ea tamen viſitatio in ſequentem annum dilata eſt.

Anno 1527. Brunſuigæ & in Saxoniæ vrbibus vicinis mutatio religionis inſtituta eſt per Johannem Bugenhagium Pomeranum.

Anno 1527. Hoc anno prouolarunt in publicum multa ſcripta Anabaptiſtarum.

Anno 1527. Caſpar Suenkfeldius relicta Sileſia contulit ſe Argentinam, ibiq; doctrinam Martini Lutheri impugnare cœpit ſcriptis publicis.

Anno 1527. Suenckfeldius edidit confeſſionem ſuam de Cœna Domini, in qua in verbis Domini Pronomen, Hoc, ait demonſtrare cibum ſpiritualem & cœleſtem.

An. 1528. 7. die Januarii Bernates colloquium inchoarunt cum aliarum ciuitatum Theologis de Religione, cui finis impoſitus 26. eiuſdem menſis die. Nec mora, templorum ſequitur reformatio. Simile quid fit Geneuæ & in Turgea.

An. 1528. Guſtauus rex Sueciæ, redactis Epiſcopis in eũ ordinem, vt ſacra tantum tractarent, omiſſa publica regni adminiſtratione, die 12. Januarii ſolenni ritu córonatur.

An.

An. 1528. Dux Geldriæ Carolus, cũ ſuperiori anno Traiectum occupaſſet, iſto & Hagam occupat, multaq; infert damna miſero popello. Ex dictis locis paulò poſt eiectus à Burgundicis, paciſcitur, vt ſi abſq; hæredibus moreretur, Geldria accederet Burgundiæ.

An. 1528, Henricus Dux Brunſuicenſ. comitatus 20. peditum ſignis, & 100. equitib. cataphractis proficiſcitur in Italiam auxilio Cæſari. Victus in oppugnatione Laudis Pompeiæ, exercitu dilabente ob luem epidemicã, omniũ egenus, vix ſexdecim cum Equitibus domum redit.

An. 1528, Ne hic annus ſine pugnis abiret, Eraſmus 14. Febr. ludicrum bellum (ita enim interpretabor) mouit Ciceronianis, in quos ſcripſit. Mirum ni Mars riſerit, cum hęc Mercurialia oratorum certamina otioſus ſpectaret. In hoc libello Eraſmus cenſuram ſuam exponit de Ciceronis, Melanchthonis & aliorum ſtylo: Ouidium ait Poëtarum Ciceronem videri poſſe. Suam quoq; ſententiam de imitatione & recta ſcribendi ratione addit. Ibidem de ſuo ſtylo ſic loquitur: Quid Eraſmus Roterodamus? Abiicit ac præcipitat omnia, nec parit, ſed abortit, interdum iuſtum volumen ſcribit, ſtans pede in vno, nec vnquam imperare poteſt animo ſuo, vt vel ſemel relegat quod ſcripſit, nec aliud, quàm ſcribit, cum poſt diutinam lectionem demum ad calamum ſit veniendum, idq; raro.

Anno 1528 Balthaſar Hubmaier Doctor Anabaptiſticus Viennæ crematur.

An. 1528. Aloiſius Gonzaga Rhodomontis cognomine inſignis, ob robur membrorum quo nemini mortalium lucta cedebat, dum feſſus præliando menſæ adſidet, ictu bellici tormenti occidit, ad Vicũ Valeriũ in Latio ætat. 33.

An. 1528. die 28. Martii Franciſcus Gallorum rex datis ad Carolum V. Imp. literis, ipſum prouocat ad duellum: quibus reſpondet 24. Junii, locumq; deſignat ad flumen quod inter Fonterabiam labitur & Andæam.

Anno 1529. die 9. Februarii ciues Baſilienſes demoliuntur ſtatuas & imagines templorum. Decretũ etiam fa-

ctum, vt eædem aboleantur vbique per ipſorum fines, vnà cum ipſa Miſſa.

Anno 1529. Argentorati & Miſſa abrogatur, & ſtatuæ è templis eiiciuntur. Sleid.

Anno 1529. Vratislauiæ faſtigium turris Eliſabethanæ, altum cubitos 119. corruit, in Vigilia Matthiæ Apoſtoli, hora ſecunda noctis. Hiſtoria illius ruinæ, qua nemo præter felem læſus fuit, ad D. Eliſabethæ depicta eſt, cum hac ſubſcriptione:

Mirabilis in altis Dominus.

Collapſa est turris Siloë madefacta cruore,
Pyramide hac noſtra nemo cadente perit.
Nam iuſſu Domini exceptam, cui gloria Soli:
Angelica molem depoſuêre manus.

An. 1529. Conuentus fuit Spirę Principum Ordinumq; imperii: vbi cum decerneretur ne abrogaretur Miſſa, nec vlla fieret in religione innouatio ad vſq; temp° publici cõcilii, Joannes Elector Saxoniæ, Erneſtus & Franciſcus Dux Luneburgenſes aliique multi Principes ac ciuitates Imperii, id ratum non habentes, ſuper eo proteſtati ſunt. inde nomen Proteſtantium, natum 19. Aprilis.

Anno 1529. Ludouicus Berquinus Atrebas, ob religionem Lutetiæ combuſtus *22.* Aprilis. Vide Eraſmum lib. *24.* Epiſt. 4. Beza in iconibus habet 11. Nouembris.

Anno 1529. Pax inter Pontificem & Cæſarem Barcinonæ *26.* Junii facta.

Anno 1529. 31. Octobris Oceanus excreſcens, intra biduum ingens incommodum intulit accolis Hollandiæ, Zelandiæ, Flandriæ, ſubmerſione hominum, pecudum, ſatorum &c.

An. 1529. Solymanus Turcarum Imp. exercitu numeroſiſſimo, trecentis millibus militum inſtructo, Viennam Auſtriæ, die *26.* Septembris, vndiquaque obſidere cœpit: tormentis & machinis bellicis vicies acerrimè oppugnauit, & muros aliquoties cuniculis ſuffoſſos rupit. Verùm propugnatorum Chriſtianorum, quorum Dux ſupremus

erat

An. 1529. Franciscus Rex Galliæ cum anno superiore vbiq; infeliciter belligerasset, animum inclinat ad pacem, quæ firmatur Cameraci 5. Augusti.

Anno 1529. Colloquium Marpurgense de Cœna Domini inter Lutherum & Zuinglium alios q; Theologos instituitur. Durauit triduo. Constituta est 3. Octobr. Concordia discors: certè induciæ in causa Eucharistica non fuerunt stabiles ac diuturnæ.

Anno 1529. Flensburgi Regis Daniæ mandato colloquuntur de Cœna Domini Johannes Bugenhagius Pomeranus & Melchior Hoffman, illo πρῶτον, hoc δεύτερον verborum Domini defendente. Finito colloquio Hoffmannus in exilium actus est, & Argentinæ Dialogum de colloquio edidit.

Anno 1529. Circa festum Michaëlis nouum morbi genus, quod sudorem Anglicum, vel Anglicam pestem sudatoriam dixêre, multa loca Germaniæ inuasit. Antuerpiæ tridui spacio 400. aut 500. homines extinxit. Erasm. Epist. lib. 26. Epist. 56.

Fœdus Smalcaldicum.

An. 1529. Mense Nou. Protestantes Smalcaldiæ Cõuentum egerunt, vbi primum proposita & agitata est quæstio de mutuo fœdere Principum Euangelicorum, & de defensione aduersus suæ religionis hostes vim ipsis illaturos.

Anno 1530. Jubilæus Mundi 110. Mosis 60. Christi prædicationis 30.

Hic annus est medium sexti & vltimi millenarii mundi, cuius altera pars annorum 500. si Eliæ cuiusdam dicto credimus, non complebitur.

Anno 1530. Argentinenſes, Tigurini, Bernates & Baſilienſes, die 5. Januarii fœdus inter ſe fecerunt, ad mutuam defenſionem contra vim iniuſtam, quæ propter Euangelium inferretur.

Anno 1530. Carolus V. Imp. Bononiæ coronatur Rex Longobardorum, *22.* Februarii. Die verò ſuo natali, hoc eſt, *24.* Februar. (quo Carolus complebat annum ætatis 30.) coronatur Imperiali Corona, maximo cum apparatu & ſplendore, à Pontifice Clemente VII. cum iuraſſet, Pontificiæ dignitatis perpetuum ſe fore defenſorem. Eſtq; hic annus à Coronatione Caroli Magni 730. à priore Coronatione Caroli V. per Electores 10.

Anno 1530. Vltraiecto translata in Carolum V. Imp. inſtitutus ibi Senatus 11. Aprilis 1530. cuius primus prætes fuit Caſpar Leuinus Hogelandus.

Anno 1530. Carolus V. ingreſſus eſt Auguſtam 15. Junii. Poſtridie, Corporis Chriſti feſto, Miſſæ interfuerunt Cęſar & alii Principes maximo numero, pręter Saxonem, Lantgrauium. Luneburgicos fratres, Georgium Brandeburgicum & Anhaltinum. His Cæſar nuntiauerat, vt & intereſſent, & ſuos abrogarent Concionatores: Illi autem non venerunt, & quia conuentus hic eò ſit indictus, vt omnium audiantur ſententiæ, dicebant ſe non poſſe ſuis imponere ſilentium, ante cognitionem cauſæ. Biduo poſt fuit edictum, vt vtriusque partis Concionatores deſiſtant, donec de religione decidatur: Cæſar tamen aliquos conſtitueret, qui ſine cuiuſquam contumelia doceant. Fuit hoc voce præconis denuntiatum, conſtituta pœna. Die 20. Junii factum eſt initium Comitiorum, & Archiepiſcopus Moguntinus Miſſam de Spiritu ſancto cantauit, cui etiam Elector Saxoniæ interfuit officii ratione enſem Cæſari præferens, cum antea, quid de miſſa ſentiret, teſtatus fuiſſet.

Anno 1530. Comitia Auguſtana celeberrima.

Confeſſio Auguſtana, ſcripta à Philippo Melanchthone exhi-

exhibita est Carolo V. Imperat. à Protestantibus, postridie Johannis Baptistæ 25. Junii: fuit dies Sabbati, præcedens Dominicam 2. Trinitatis. Confessioni subscripserunt: Iohannes Elector Saxoniæ, Georgius Marchio Brandeburgensis, Johannes Fridericus Dux Saxoniæ, Ernestus Dux Brunsuicensis, Philippus Lantgrauius Hassiæ, Franciscus Dux Luneburgensis, Wolfgangus Princeps Anhaltinus; Noriberga & Reutlinga. Interfuerunt his Comitiis multi Theologi: præcipui fuerunt ex Catholicis: Campegius Cardinalis Legatus Pontificis, Eccius, Faber, Cochlæus &c. Ex Euangelicis: Philippus Melanchthon, Justus Jonas, Georgius Spalatinus, Andreas Osiander, Johannes Agricola Islebius, & alii. Hæc confessio publicè prælecta est, vt diximus, 25. Junii à prandio, in Palatio Cæsaris, in loco (vt scripsit Justus Jonas) qui capiebat circiter 200. homines. Consederant Cæsar & Electores, inquit, & absentium Electorũ Legati vtrinq;. Deinde ex vtroq; latere alii Principes & Ordines Imperii. Recitabat Confessionẽ D. Christianus Beyer, articulatè, distinctè & clarè, vt ab omnibus exaudiretur. Absoluit totam duabus horis. Satis attentus erat Cæsar, qui sibi curauit nostram Confessionem reddi Italica & Gallica lingua per Alphonsum Valdesium Hispanum, & Alexandrum Schueis &c.

Anno 1530. Apologia Confessionis Augustanæ, scripta à Philippo Melanchthone, oblata est Carolo V. die 22. Septembris: sed non recepta. Lutherus huius Conuentus tempore fuit in arce Coburgensi, qui locus etiam Lutheri Pathmus & Eremus dicitur.

Anno 1530. Catholicorum Confutatio opposita Euangelicis prælecta est in Consessu Imperii, 3. Augusti. Elector Saxoniæ cum duobus Principibus Luneburgensibus & Theologis suis Augusta discessit 23. Septembris. Legatos aliquot ibi relinquens, qui finem Comitiorum expectarent.

Hic est annus à partitione terræ promissæ sub Josua

3000. Baptiſmo Chriſti 1500. ætatis Lutheri 47. Conditæ Academię Witeb. 28. Sicut autem Lutherus mutationem Religionis inſtituit ætatis 34. Ita Philippus confeſſionem hanc ſcripſit ætatis 34.

An. 1530. Quatuor vrbes: Argentoratum, Conſtantia, Meminga & Lindauium, peculiarem ſuæ fidei Confeſſionem exhibuerunt Cęſari per Caſparum Hedionem, Eccleſiæ Argentinenſis Doctorem, quæ publicè audita non fuit. Circa finem Comitiorum Imperator recitari iuſſit huius Confeſſionis Confutationem ab Eccio & Fabro conſcriptam. Finitis Comitiis, Confeſſio Auguſtana vtraq; lingua typis eſt edita Witebergæ.

Anno 1530. 8. Idus Octobr. anno ſeptimo Clementis Pontificis Max. Tibris Romę noctu creuit à terra altitudine 24. pedum. Signum ad S. Euſtachium oſtenditur, & in pariete iuxta templum B. Mariæ Populi, ad portam Flaminiam, è regione Obeliſci.

Anno 1530. die S. Michaëlis Oceani inundatione funditus pereunt eradicanturve 72. parochiæ, cum omni pecore ſubmerſis aliquot centum millibus hominum.

Anno 1530. Menſe Decembri, Principes & Ciuitates Proteſtantes in Conuentu Smalcaldiæ, fœderis formulam concipiunt, cui ſtatim quidam ſubſcripſerũt: ſed quarundam Ciuitatum Legati dicebant, ſe omnia ad ſuos relaturos, vt intra ſextam Hebdomadam nunciarent, quid facere conſtituiſſent. Sapiens Princeps Fridericus Dux Saxoniæ olim dicere ſolitus eſt de fœderibus: Bonum eſt facere fœdera: ſed væ ei qui ſeruat. Id verum fuiſſe experti ſunt aliquanto poſt confœderati Principes.

Anno 1530. Patritius Hamiltonius in Scotia, vltimo afficitur ſupplicio, ob Religionem Lutheranam.

An. 1530. Hoc ipſo anno Prouincia Culiacana in America, quæ nunc regni Nouæ Galliciæ pars eſt, Caroli V. auſpiciis inuenta: in cuius tractu vna tantum Colonia Hiſpanica, quæ Sancti Michaëlis nomen gerit, repetitur. Regio hæc vtcunque rerum neceſſariarum fertilis eſt. Ex monti-

montibus argentum magna copia effoditur. Incolæ nudi incedunt, verendis tantum panniculo, ex gossipio conflato, coopertis. Bella & latrocinia exercent: qui maritima tenent, piscationibus vt plurimum operam nauant: qui interiora habitant, venationibus vitæ præsidia quærunt: gens alioqui est paupertima. Abrah. Ortelius in Theatr. Orb. Ter.

Anno 1531. Ferdinandus Archidux Austriæ, Vngariæ & Boemiæ Rex, die 5. Ianu. Coloniæ renunciatur Rex Romanorum: & 11. Ianuarij coronatur Aquisgrani.

Anno 1531. Georgius Wicelius, à Lutheranis deficit ad Catholicos, vt ipse scribit. Ab eo tempore amplius 36. annis ipsos oppugnauit publicis scriptis.

An. 1531. Tigurini coacti iniuriis Quinquepagicorum commeatum eisdem subuehi vetant. inde ortum bellum. Tigurini vincuntur, eoq; in prælio cecidit etiam Hulricus Zuinglius die 11. Octobr.

An. 1531. Lubecæ iterum exoritur seditio. Consules vrbe excedunt; intruduntur alii.

Anno 1531. Seruetus edidit 7. libros de erroribus Antitrinitariis.

Anno 1531. Hoc anno Iulius Pflug scripsit Epistolam ad Erasmum, cui ille respondit. Vide Ep. lib. 27. ep. 1. 2.

Anno 1531. Iohannes Comes Tarnouius Russiæ Palatinus, Petrum Moldauiæ Principem, quod neglecto fœdere & iuramento, fide & honore posthabito, & nulla hostilitatis denunciatione præmissa, Pokuziam regni Poloniæ prouinciam occuparat, ad Obertinũ cum exercitu cecidit, & victoriam memorabilem obtinuit, 22. Aug. Gaguinus.

Anno 1531. Franciscus Pizarrus, Peruauæ Meridionalis Americæ partis Prætor à Carolo V. Imp. designatus, Regiones Æquatori & Tropico Capricorni in America subiectas, sequenti sexennio occupauit, & Hispanorum Colonias, Tumbesiam, Limam, Arequipam, Neapolim, Argyropolim, Trugillium, Guanacum, & Quito aliasque condidit.

An. 1532. Prima Pax in religione.

Pax inter Cæsarem & Protestantes facta, quam impetrarunt à Cæsare Albertus Moguntinus, & Ludouicus Palatinus. Huius pacificæ transactionis verba edita sic habent: *Dei gratia nos Albertus Moguntinus, &c. Et Ludouicus Palatinus, &c. impetrauimus, vt Cæsarea Maiestas clementer consenserit, vt communis & publica pax constituatur, vsque ad generale, liberum, Christianum Concilium, &c. Data Noribergæ, feria 3. post Mariæ Magdalenæ, id est 23. Iulii, 1532.*

Anno 1532. Christiernus Daniæ rex exul, cum in Daniam veniſſet, capitur, mandatus custodiæ, in qua vixit adhuc 27. annos.

Anno 1532. Gunsium Vngariæ oppidum, defendente forti & claro viro Nicolao Iurizio cum ducentis armatorũ millibus Solymanus ter decies oppugnauit, nõ captum tamen vi, sed deditione traditũ. Solymanus Imp. audito Caroli Cæsaris aduentu, qui octoginta peditum millia habuit, & triginta fere galeatorum equitum ex Germanis, Italis, Hiſpanis collectorum, exceptis Vngaricis equitibus, non expectandum sibi ratus, per Noricorum montana fugit, multa prẽda onustus domum rediens.

Anno 1532. Hariadenus Mitylenæus Barbaroſſa dictus, Vrbem Algieram in Africa occupauit. Leoncl.

Anno 1532. Adrianus VI. PP. legatum misit Franciscum Cheregatum, 25. Nouembris, cum certis mandatis contra Lutherum, Noribergæ.

Anno 1532. Cazanes Michaloglius Vaiuoda, duodecim Turcarum millibus à Solymano Turcarum Imp. altera cõtra Germanos expeditione in Austriæ fines emissus, dum incendiis & rapinis omnia depopulatur, & incolas seruituti mancipatos abigit, opima potitus præda, in reditu in Christianorum copias incidit: à quibus, licet fortiter resisteret, Friderico II. Principe Palatino Rheni exercitus Ordinum Rom. Imp. contra Turcas Duce supremo, tandem ad interneciõnem vna cum suis copiis cæsus occubuit, intra oppidum

pidum Altenmarckt & Neoſtadium Auſtriæ, menſe Septembri. Leonclau in Annal. Turc.

Anno 1533. Hiſtoria Iohannis Auentini terminatur.

Anno 1533. 3. Febr. Galeottus Picus Mirandulam noctu ingreſſus, excubitores, deinde Franciſcum Picum patruum cum adoleſcente filio interficit, locumque ſuo Dominio ſubiicit. Guazius.

Anno 1533. Eraſmus edidit librum de amabili Eccleſiæ concordia, enarrans Pſalmum 84. vbi formulã Concordiæ præſcribit Lutheranis & Pontificiis, & non diſſimulat, ſe in vtriſque requirere multum, &c. Vtroſq; certe ad officium reuocat. Et Cal. Decemb. edidit libellum de præparatione ad mortem. Idem in Epiſt. lib. 27. Ep. 20. recitat hanc hiſtoriam: Oppidum, de quo tibi narratum eſt, Germanis dicitur Schiltach: abeſt à Friburgo octo miliaribus, de quo an omnia vera ſint, quæ vulgo iactantur, non auſim affirmare. Illud nimis verum eſt, totum ſubito cõflagraſſe, mulierem confeſſam ſupplicio affectam. Cõflagratio accidit 10. Apr. qui dies erat Iouis ante Paſcha an. 1533. Quidam eius oppidi ciues apud huius vrbis Magiſtratum rem ita geſtam pro comperto narrarunt, quemadmodũ mihi retulit Henricus Glareanus, quantũ meminiſſe poſſum. Dæmõ ſibilo ſignũ dedit è quadã ædium parte: Caupo ſuſpicãs eſſe furẽ, aſcendit, neminẽ reperit. Sed idem ſignum rurſus ex altiore cœnaculo redditũ eſt. Et huc cõſcendit Caupo, furẽ perſequẽs. Cũ nec illic quiſquã appareret, ſibilus auditus eſt è faſtigio fumarii. Illico tetigit Cauponis animum, eſſe Dæmoniacum quiddam: iubet ſuos eſſe præſenti animo: acciti ſunt Sacerdotes duo, adhibitus exorciſmus: reſpõdit ſe eſſe Dæmonẽ. Rogatus quid illic ageret, ait ſe velle exurere oppidũ: minitãtib. Sacrificis, reſpõdit, ſe pro nihilo ducere minas illorũ, quod alter eſſet ſcortator, vterq; fur. Aliquãto poſt mulierculam, qua cum habuerat conſuetudinem an. 14. cũ interim illa quotannis & confiteretur & acciperet Euchariſtiã, ſuſtulit in aerem, impoſuitque fumarii faſtigio. Tradidit ollam, iuſſit vt inuerteret: Inuertit, & intra horam totum

oppidum exuſtum eſt. An dæmon indignatus ob inductum riualem Cauponis filium, & oppidum perdiderit, & mulierem, certum non audiui: non eſt tamen veri diſſimile. Huius facti vicini tam conſtans eſt fama, vt fictum videri non queat.

An. 1533. Mox à Pontecoſtes feſto malefactor qui capite truncatus eſt Lubecæ, cuius collũ cum carnifex primo ictu non amputaſſet, ipſe famulique eius quinque in multu plebis interempti ſunt.

An. 1533. Pontifex Max. Catharinam Medicen collocat in matrimonium Henrico Delphino Galliæ, creatiſq; Cardinalibus 4. Gallis fœdus facit cum Francia.

An. 1533. Hortum Medicinalem Patauii omni genere herbarum Medicinalium refertũ conſtituit Senatus, ſuadente id clariſſimo Medico Franciſco Bonafidio Patauino qui primus ſimplicium explicator factus, id muneris quam digniſſime obiuit, vſque ad annum 1549. cui poſtea ſucceſſit Gabriel Fallopius Mutinenſis.

Anno 1533. Hariadenus Mitylenæus Barbaroſſa à Solymano Turcarum Imp. Rex Algieræ factus, & Beglerbegus maris ſupremus conſtitutus, claſſe centum triremium armatus, Moream, anno prȩcedenti ab Andrea Doria Hiſpanicæ claſſis præfecto occupatam, adiit, & Chriſtianis regionem & arces deſertas relinquẽtibus, Coronam & alia loca recepit. Leonclau.

Anno 1533. Hoc anno quidam inepte vaticinatus eſt de extremi iudicii die, qui venturus eſſet menſe Octobri, idque ſupputauit ex his verbis: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum Item: Videbunt in quem transfixerunt: quorum prius, literas colligas, continet numerum anni 1532. poſterius vero an. 1533.

An. 1534. Primum Bellum à Solymano Turcarum Imperatore contra Techmaſen Iſmaelis filium, Perſarum Regem, inſtinctu & conſilio Vlumæ Begi Regis ſororio, qui ad Solymanum defectionem fecerat, falſæ & diuerſæ religionis prætextu geri cœptum.

Ann

Anno 1534. Rudolphus Balionius Malateſta variis à Pontifice Rom. offenſus modis, Peruſium occupat, atrocibuſque ſuppliciis afficit Legatum Papæ eiuſque officiarios.

Anno 1534. Huldericus Dux Wirtebergenſis ditioni ſuæ 13. Maii reſtitutus eſt à Philippo Lantgrauio Haſſiæ, abolita veteri religione, & Ferdinandi Regis copiis ad oppidum Lauffam profligatis.

Anno 1534. Delphtum in Hollandia ſubito incendio totum conflagrauit quinto Nonas Maii, circa horam poſt meridiem tertiam. Vbi cum Ciconia pullos implumes nequiret adire eoſque exportare ſupra ædes Ioannis Heuteri Prætoris, ſeipſam in flammas demiſit, commoritura ſuis.

Anno 1534. Iohannes à Leiden Sartor, in vrbe Monaſterienſi renunciatur Rex Anabaptiſtarum, 24. Iunij.

Anno 1534. Alexander Canus Ebroicenſis Lugduni concionatur, & mox in vincula coniectus Lutetiamq; abductus punitur capite.

Anno 1534. Obiit Fridericus Rex Daniæ. Eius corpus balſamo vnctum ac cereis linteis inuolutum, picatoque ſarcophago incluſum, tantum ſanguinis tranſmiſit, vt vaſis excipere neceſſe fuerit. Bonni Chronicon.

Anno 1534. Lubecenſes bellum intulere Hollandis, quod per Suntum nauigarent, in Lubecæ aliarumque ciuitatum præiudicium ac diſpendium. ſed mox interc[illegible]tu Hamburgenſium factæ ſunt 4. annorum induciæ.

Anno 1534. Hariadenus Mitylæneus Barbaroſſ[illegible] claſſe in Africam profectus, Tunetum Vrbem, quæ à M[illegible] ris incolebatur, occupauit, & Muleaſſem regis Mahom[illegible] filium regno eiecit. Leonclau.

Anno 1534. Inter Lutherum & Eraſmum recrudue[illegible] certamina publicis ſcriptis prodita: ſed duo illi minore[illegible] minum expectatione quam ante decennium concu[illegible] runt.

Anno 1534. Biblia Germanica à Luthero translata, & in vnum corpus redacta, excudi cœperunt typis Witebergæ, quod docet priuilegium vetus, ab Electore Bibliopolis datum Torgæ, 6 Augusti.

Anno 1534. In Anglia facta est ingens rerum mutatio ob diuortium Regis Henrici, qui Catharina ante annum repudiata duxerat Annam Boleniam. Cum itaque 23. Martii Clemens Papa sententiam contra Regem tulisset, Rex continuo decretum fecit, quo se per Angliam Ecclesię Caput, proximum à Christo pronunciauit; & capitis pœnam constituit, si quis Episcopo Romano supremam potestatem asscriberet: tributum etiam annuum (Petri nummum vocarunt) Romani Pontificis quæstori dari solitum, denegauit.

Anno 1534. Carolus V. Imp. mense Aprili cum exercitu traiecit in Africam, & capta vrbe Tunero, atque arce Goleta Hariadenum Mitylenæum Barbarossam cum suis copiis profligauit, & regem eius loci Mulealsem (quem Leonclauius Mulealsanem rectius dici vult) Mahumetanæ religionis, quem Tunetæ anno superiori regno expulerant, restituit, sibique vectigalem fecit, 21. Iulii (alii 29. Augusti.) Regnum Tunetanum Mulealses vsque ad an. 1544. obtinuit. Leonclau.

Anno 1535. Iohannes Scheniz strangulatur mandato Archiepiscopi Moguntini Alberti in Salinis, 21. Junii, qua de re postea Lutherus publicis scriptis expostulauit cum Moguntino.

Anno 1535. Monasterium vrbs Westphaliæ, quæ ab Anabaptistis tenebatur, vi capta est 24. Iunii, media nocte, & Anabaptistæ trucidati.

Anno 1535. Protestantes qui superiore anno frustra interceſſerant apud Ferdinandum pro restitutione in integrũ Vlrici Ducis Wirtenbergici exulis, eundem vi per Landgrauium Hassiæ reducunt in sua, 13. Maii.

An. 1535. Christophorus Comes Aldenburgensis, adiutoribus Lubecensibus, proficiscitur in Daniam, liberaturus

turus Christiernum; & hoc quidem anno satis perrexit feliciter: sed sequenti copiæ eius superantur à Christiano Duce Holsatiæ, item in Scania à Suecis. Hafnia obsidetur, Helmstadium deditur. Lubecenses tot malis fracti, antisenatum exauctorant, pristinumque magistratum admittunt.

Anno 1535. Mansfeldenses Comites, fodinas officinasque metallicas ad se transferunt, remotis redemptoribus qui decimas eis soluere solebant. quæ auaritia ipsos ad extremam redegit inopiam.

Anno 1535. 24. Octobris obiit Franciscus Sfortia II. Dux Mediolanensis, quem Carolus V. bello cum Francisco Gallorum rege, annis circiter octo continuis gesto, restituerat, eidemque iunxerat Elisabethæ sororis filiam Christinam.

Anno 1535. Confessio fratrum Bohemicorum exhibita Ferdinando Imp. 14. Nouembr. Viennæ.

Anno 1535. Mense Decembri Cõuentui Schmalcaldensi interfuerunt legati Gallici & Britannici, qui cum Protestantibus egerunt de fœdere cum illis iungendo, & moderandis controuersiis religionis. Sleid.

Anno 1535. Iohannes Bugenhagius Ecclesias Pomeranicas ad normam Confessionis Augustanæ reformat, & edit ordinationem Ceremoniarum in illis Ecclesiis, in quibus antiqua religio abrogata fuerat anno 1532,

Anno 1535. Iesuitarum Societas initium sumpsit, auctore potissimum Ignatio Loiola nobili Hispano. Hi præterquam quod in Ecclesiis docent pueros etiam in scholis gratis erudiunt, maximeque Romanę sedis auctoritatem suffulciunt. Multas terras Indorum ignotas peruaserunt, iisque Christum prædicarunt. Horum genium Canonici & Monachi quoq; metuunt: quod illos de ponte (quod prouerbio dicitur) deiiciant: eorumque nidis aut exuuiis sese vestiant. Eruditione superant & mirifice obscurarunt ordines Monachorum. Surius. Hæc Societas approbata est à Paulo III. PP. anno 1540.

Anno 1535. Solymanus Turcarum Imp. Meſopotamiã, Aſſyriam & Babyloniam, Techmaſis Perſarum Regis prouincias, occupauit, & Tauriſium diripuit.

Anno 1535. Hoc anno Biblia Germanica Lutheri, & Ebraica Sebaſtiani Munſteri, in publicum prodierunt.

Anno 1536. Alexander Medices primas Florentinorum, à Clemente VII. P. M. & Carolo V. Imp. creatus Dux, inſigni fraude agnati ſui Laurentii occiditur 6. Ianuarii.

Anno 1536. Menſe Ianuario obiit Catharina, quã Henricus Rex Angliæ, ante triennium repudiauerat. Idem Rex menſe Junio Annã Boleniã matrẽ Eliſabethę capite plectit.

An. 1536. Iohannes à Leiden Hollandus Rex Anabaptiſtarum, Knipperdollingus, & alii eius factionis principes candentibus forcipibus in foro Monaſteriẽſi necantur 22. Ian. (anno 10. compl. à nece Thomę Munzeri) Rex in locum editioꝛẽ productus alligatur palo: aderant bini carnifices ac forcipes igniti: ad tres primos morſus cõticuit: deinde miſericordiã Dei implorans cum horam & amplius ad hũc modum laceratus eſſet, tranſacto demũ per pectus mucrone, deceſſit. Idem ſupplicium & ſocios eius perculit. Extincti cãueis ferreis alligantur ſinguli, & ad ſummitatem turris in vrbe exponuntur penſiles, Rex quidem medius, & quanta eſt hominis ſtatura ſublimius illis.

Anno 1536. Formula Concordię inter Lutherum & Bucerum, alioſq; Eccleſiarum quarundam Doctores de Cœna Domini conſcripta à Philippo Melanchthone 29. Maii, die Lunę poſt Exaudi, Witebergæ. Poſt hanc tranſactionem Bucerus quædam retractauit in ſententia ſua de Cœna Domini, in enarratione quatuor Euangeliſtarum: ſcripſitque, ſe non ſatis intellexiſſe ſententiam Martini Lutheri, neque ſatis Lutheri auctoritatem ſuſpexiſſe.

An. 1536. Die 7. Auguſti quatuor equis in diuerſa tendentibus, diſtrahitur nobilis Ferrarienſis, Comes Sebaſtianus Paulus de Montecucullo, quod veneno occidiſſet Delphinum Viennenſem, Franciſci I. Galliarũ regis filium natu maximum.

Anno

Digitized by Google

Anno 1536. quidam mendici habitu, mutus elumbis oſtiatim commeabat, adeo vlceroſus ſcabioſus ac deformis, vt omnibus miſerationem ſui incuteret, quibuſdam & lacrimas excuteret. Hic ſingulis diebus Dominicis per ſingula parochialia templa ſe proſtrauerat ſtraminibus incumbens, hinc tintinnabulum agitans, inde corporis deformitatem agitans: adeo vt ſæpe vno die corraderet quinq; ſex octo ducatos. Dum æquo diutius hanc agit perſonam, lictorum vni res cœpit eſſe ſuſpecta: tandem curioſius & certius id ipſum cognoſcere cupiens, propius acceſſit; & iterum iterumq; eundem preſſius intuens, cœpit aliquanto audacius aliquot faſcias & pannos lineos purulentos digitis ſuis detrahere: quibus detractis, comperit cutem nitidam, ſanam, validiſſimam. quare comprehenditur. rogatus quid ipſum tam iuuenem huc redegiſſet? reſpondit, ſe honeſte natum, educatumque, Græcis quoque Latiniſq; doctum; iurisoperam dediſſe, ſeductumque à mala ſocietate; relictaque patria ac parentibus quorum adſpectum reuereretur in Italiam profugiſſe, hinc in Franciam, dein Neapolin, mox Cyprum inuiſiſſe, nec non Siciliam; denique à Venetiis veniſſe in Germaniam, & inde in Belgium; vbi profuſis ſuis omnibus in aleam ac venerem, honeſtis viris inſeruire cœperit. ceterum ſeruitutis, inquit, impatiens planis ac nebulonibus me adiunxi, cum quibus per varias vrbes ac Xenodochia vagatus, nullum non genus impoſturæ feliciter didici, etiam iſtud vltimum, quo ſingulis fere diebus 4. 5. 6. 8. ducatos corrado, quos per hebdomadam deinde, elegantiori indutus veſte, in nullo non deliciarum genere inſumo &c. Damhouderus.

An. 1536. Pax tandem initur inter Chriſtianum Daniæ regem & Lubecenſes ſocioſque eorum die 8. Febr.

Anno 1536. Chriſtianus Rex Daniæ expugnat Vrbem Coppenhagen fame die 29. Iulii & toto regno Daniæ potitur. Fridericus Palatinus fruſtra duxit exercitum in Belgicum, traiecturus in Coppenhagen, vt occuparet regnum.

Anno 1536. Huius anni æstate Francofurti ad Oderam puella quædam Dæmoniaca & furore correpta, numismata vndiquaque ex vestibus aut mensis arrepta, deuorauit cum multo dentium strepitu, & nummuli illi ex manibus eius subito sæpe extorti sunt, qui adhuc ab aliquibus asseruantur: qua de re Andreas Ebertus Ecclesiastes Francfordianus ad Lutherum scripsit, petens eius consilium, quod ille ei impertiuit, adhortans cum ad precum pro puella assiduitatem. Historia vera & certa est, & mandata literis à Doctore Iodoco Willichio, Doctore Christophoro Stymmelio, Georgio Sabino & aliis, qui tum Francofurti vixerunt: & nominare possum, qui tam puellam, quam monetam viderunt.

Anno 1537. Iohannes Bugenhagius Pomeranus, Ecclesias in Dania ad normam Augustanæ Confessionis reformauit.

Anno 1537. Conuentus præcipuorum Theologorum Augustanæ Confessionis fuit Smalcaldiæ mense Februario, auspiciis Electoris Saxoniæ, & confœderatorum, cui etiam interfuit Heldus Legatus Cæsaris: vbi deliberatum est de Concilio Mantuæ indicto, & articuli Smalcaldici futuro Concilio exhibendi, conditi quidem & comprobati sunt, sed non etiam exhibiti, quod Concilium improbarent. Ibidem scriptum quoddam composuerunt Theologi, quo dogmata Swenckfeldii & Sebastiani Francken improbarunt.

Anno 1537. Die xxv. Aprilis Arx Heidelbergensis pulueretormentario, qui in ea seruabatur, fulmine accenso, dissecta corruit, Aula omnino vacua; sed tamen non sine magno subiecti oppidi damno. erat die S. Marci.

Anno 1537. Christianus coronatur rex Daniæ die 11. Augusti, & reformatio religionis ibidem instituta.

Anno 1537. Copiæ Ferdinandi Regis Vngariæ & Bohemiæ, perfidia, vel certe incuria Ioannis Catzianeri, summi earundem Ducis & Imperatoris, die 10. Octobris in Sauia prope Ezekhum ad Drauum magna clade affe-

ctæ

ctæ & profligatæ ſunt. Catzianerus cum ſuis turpiter profugit. Ex Chriſtianis præſertim Germanis, fugæ quidem turpitudinem deteſtantibus, & hoſtibus fortiter reſiſtentibus, ſed multitudine ſuperatis, aliquot millia occubuerũt, multi è ducibus capti, & Conſtantinopolim in triſtiſſimã ſeruitutem abducti ſunt. Sleidan.

Anno 1537. Elector Saxoniæ, dignitatem Burggrauii Magdeburgenſis, & oppidulum Gommern, ab anteceſſoribus oppigneratum ciuitati Magdeburgo, ſoluta pecunia reluit.

Anno 1537. Lubecæ ante portam Burgenſem ædificata eſt domus vulgo dicta Pockenhus.

Anno 1538. in Autumno nulla prorſus Halecum captura Schonæ fuit: maximo damno mercatorum.

Anno 1538. Inſtituitur conuentus Proteſtantium Brunſuigæ Martio menſe, ad quem etiam acceſſit Chriſtianus rex Daniæ. Sub idem tempus antifœdus Noribergæ factũ auctore Heldo à Principibus Pontificiis.

An 1538. Ad Aquas mortuas in agro Narbonenſi pax coiit inter Carolum V. Imp. & Franciſcum I. Galliarum Regem menſe Iulio; de qua extat egregium carmen Cornelii Graphei.

Anno 1538 Solymanus Ægypti & Alcairi Beglerbegus, collecto iuſto exercitu, Portugalenſibus in India Orientali pro defenſione Regis Cambaiæ bellum illaturus, circa initium menſis Auguſti, ad primariam & regiam Arabiæ Felicis vrbem Adenum, ad littus Maris rubri, & ſitu & opere munitam peruenit, quam dolo & fraude, ciuibus oppreſſis occupauit, & Rege ipſo ad malum prætoriæ nauis in ſublimi ſuſpenſo, in ſeruitutem redegit: Dium vero 40. dierum interuallo fruſtra obſedit & oppugnauit. Leonclau. in Pand. Turc.

An. 1539. Subito moritur Georgius Dux Saxoniæ 17. Aprilis. ſuccedit Henricus frater, qui religionem Pontificiam mutat. Itaq; cum in Paſchate ibidem docuiſſent Catholici Romani, Lutherus & alii in feſto Pentecoſtes in ſuggeſtu ſtabant,

Anno 1539. In Marchia etiam Brandeburgensi hoc & superioti anno instituta fuit religionis reformatio & prima visitatio Ecclesiarum, mandato Joachimi II. Electoris, per Iacobum Stratnerum, quem Georgius Marchio Onolzbacensis Berlinum ad docendum Euangelium miserat. Eodem anno Matthias Episcopus Brandeburgensis primus administrauit Cœnam Domini sub vtraq; specie Berlini in templo Cathedrali.

Anno 1539. Zebethum Arabiæ Felicis oppidum in littore sinus Arabici situm, à Turcis in reditu expeditionis Indicæ expugnatum. Leonclau.

Anno 1539. Henricus Brunsuicensis, quod ipsius conatus bellici, intercepto tabellario per Landgrauium publicati essent, librum edit contra Electorem Saxoniæ & Landgrauium conuiciis fertilissimum, cui mox respondetur.

Anno 1539. In pago Rod Spiræ Nemetum finitimo puella fere decennis, capitis & intestinorum cruciatibus detenta, nullum eduliigenus absque nausea initio capere potuit; exinde vero nullo vsa cibo, manuum pedumque officio destituta est. post annum vertentem neq; potum sumpsit, neq; lotium vllum reddidit. Ferdinandus Imp. qui tum Spiræ erat in Comitiis, ne qua fraus subesset, per 12. dies curiose curauit asseruari. nulla inuenta, adfectam muneribus remisit ad suos.

An. 1539. Constantinopoli ingens fuit incendium die 2. Iulii. carcer combustus fuit cum captiuis septingentis, maxima pars vrbis consedit in ignes.

Anno 1539. Carolus V. Imp. in Belgium traiiciens Burdigalę honorifice excipitur Calend. Decemb. 1539.

Anno 1539. Barbarossa mittitur à Solymanno, qui Nouocastellum Dalmatiæ, ad Veneticum sinum expugnat. Veneti cladibus antea multis fracti, pacem impetrant à Turca, sed conditionibus durioribus.

Anno 1539. Carolus V. Imp. per Gallias Gandauum veniens, ciuibus ob seditiones suas priuilegia adimit, arq; arce exstructa frenat.

Anno 1540. De conuentu Francofurtensi & Hagano-

enſi : Item de colloquio Wormatienſi vide Sleidanum.

Anno 1540. die Iunii 25. factus eſt conuentus Principum ac Theologorum Haganoæ, in quo agitatum à Proteſtantibus de pace conſeruanda. vbi obiit Ericus Senior Dux Brunſuicenſis ſeptuagenarius.

Anno 1540. Lugduni in hoſpitio cui inſigne Porcelli, Barones tres in eodem cubili ruina noctu opprimuntur. ſponſi erant omnes, venerantq; eo emendorum cemeliorum, quibus inſtruerent nuptias. Paradinus.

Anno 1540. Magna fuit ſiccitas & nata ſunt vina generoſiſſima, quorum vſu immodico multi extincti ſunt.

Anno 1540. Hoc anno vagati ſunt qui incendia excitarunt, ex quibus multi comprehenſi fumo ſuffocabantur & lento igni torrebantur.

Anno 1540. Conſiliarius Heldius, quod in actionibus ſuis omnibus, nimium eſſet vehemens conſilio Granuellani remouetur ex aula Caroli V.

Anno 1541. Eccius & Melanchthon, aliiq; Theologi Wormatiæ per triduum menſe Ianuario colloquuntur de peccato Originis poſt Baptiſmum remanente, ſed colloquium illud interrumpitur mandato Cæſaris, & Ratisbonam reiicitur.

Anno 1541. Conuentus Ratisbonenſis, in quo Eccius & Melanchthon continuauerunt colloquium de religione. Conſule acta ea de re edita.

Anno 1541. Ioanne Tranſiluano Vngariæ rege mortuo, viduaq; cupiens vt filius anniculus patri ſuccederet, metu Ferdinandi mittit legatos ad Solymannum petitum auxilium viduæ ac pupilli. Ille impiger die 20. Iunii in Vngariam properat, Budæq; obſidionem ſoluit, non ſine magna clade Ferdinandi. Peſtum capit cum machinis præſtantiſſimis; ac die 2. Septembr. Budam ingreſſus, eam ſuam facit, immiſſio præſidio Turcico.

Anno 1541. Carolus Cæſar poſt conuentum Ratisbonenſem, in Italiam tendit, auditaq; clade Vngarica, vt Solymanni vires diuerſis in locis diſtraheret in Africam ex-

peditionem infelicem ſuſcipit, & 23. Octob. Algieram vrbem Africæ maritimam appulit: vbi cum expoſuiſſet exercitum habentem vltra viginti duo millia peditum, equitum vero ſupra mille, tertio die poſt, fœda tempeſtate coorta, ſæuiſſimis ventorum flatibus naues aliquot ex colliſione fractæ, aut fluctibus ſubmerſæ ſunt. Cæſar hanc Dei iram animaduertens, ſumpta ſacra Chriſti Cœna, ſe cum Deo reconciliauit, idemque toti exercitui imperauit. Cum vero loco accliui ac ſalebroſo, cum Mauris, Turciſque aſperrime manus ſemel atque iterum conſeruiſſet, non quieſcentibus ventorum iris, milites ad naues progredi iuſſit: Malo, inquit, vnum Chriſtianum ſeruare quam mille Mauros, Turcas, Pœnoſque occidere. Poſtquam igitur & contra hoſtes, & contra ventorum, maris, pluuiarumque ſæuitiam dimicauerat, & amiſſa exercitus, machinarum & commeatus bona parte, ingentia detrimenta acceperat, in Hiſpaniam menſe Nouembri ægre reuerſus eſt.

Anno 1541. Paulus III. P. M. Rauennæ ſplendidiſſime excipitur 6. Idus Octobr.

Anno 1542. Nicolaus Ambsdorfius ordinatur Epiſcopus Naumburgenſis, repudiato Iulio Pflugk deſignato à Canonicis; Electore contendente hoc eis non licere, abſque ſuo adſenſu. Lutherus eum in Epiſcopalem ſedem introduxit, 20. Ianuarii. Ea res motibus aliis occaſionem præbuit, præſertim bello Saxonico, Mauritio non obſcure probante cauſſam Pflugii.

Anno 1542. Tumultus Miſnicus ortus eſt, cum propter Wurzenam oppidum arma ſumerent Iohannes Fridericus & Dux Mauritius, in ipſis feriis Paſchalibus. Mauritius conſilia pacis, ſuadente ſocero Lantgrauio, libenter admiſit.

Anno 1542. Henricus Brunſuicenſis contra Imperii mãdata vaſtat Goslariam & Brunſuicenſes. Elector Saxoniæ & Landgrauius ea propter ipſi Hẽrico indicunt bellum die 18. Iulii. die 2. Auguſti obſident eius arcem Wolfenbut-

tel,

tel, quæ die 12. Aug. deditur. Henricus ſuis euolutus, abit ad Duces Bauariæ. in terris interim ipſius mutatur religio per Bugenhagium.

Anno 1542. Gulielmus Dux Cliuenſis, adiutus auxiliis Gallicis, facit Imperatori Carolo bellum.

Anno 1542. Circa finem menſis Auguſti magnâ agmina locuſtarum in Sileſiam inuolarunt, quæ vagata ſunt tanto numero, vt cœli conſpectum hominibus adimerent, & res terra natas depaſcerent.

Anno 1542. Franciſcus Rex Galliæ Carolo Cæſari bellum denunciat. Sunt & in medio libelli editi, criminationum pleni, quibus potentiſſimi illi principes inter ſe decertarunt.

An. 1542. Zurzachi, pago Alemannico, duobus quotannis mercatib. frequentari ſolito, nauis pondere hominum rerumq; degrauata, peſſum it, ſuffocatis hominibus 60.

Anno 1542. Expeditio in Vngariam hoc anno ad recuperandam Budam, anno ſuperiore à Turcis captam, Duce ſupremo Ioachimo II. Elect. Brandeb. exercitu circiter 62000. equitum & peditum inſtructo ſuſcepta. Peſtum irrito conatu oppugnatum eſt, & plures milites contagione quam armis ſublati periere. In hac expeditione Mauritii Saxoniæ Ducis virtus & animi magnitudo potiſſimum enituit. Sleid.

An. 1542. 12. Decembr. obiit Iacobus V. Scotorum Rex, relicta Maria filiola vnica dierum 8. quæ poſt annos ſeptẽ in Galliam traducta, Franciſco Delphino, Henrici II. Regis primogenito, tum annos quinq; nato, deſponsetur.

An. 1543. Tigurina verſio Bibliorum Latine edita opera Leonis Iudæ, Pelliceni, Bibliandri, Hanc Robertus Stephanus biennio poſt in ſua editione ad veterem adiecit, ſuppreſſa eorum, qui in illa laborarunt, mentione: & Hiſpani Theologi diu poſt recognitam denuo Lugduni excudendam curauerunt: inſigne certe documentum, quid vtilitatis ex aduerſariorum libris, ſemotis odijs & inducta caritate, capi poſſit. Thuanus.

Anno 1543. Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis molitur reformationem religionis, ad quam adhibet Bucerum & Melanchthonem: ſed Clerus illam mutationem non admiſit.

Petrus Lotichius Abbas Solitarienſis religionem Pontificiam mutat in Lutheranam, ſeq; commendat patrocinio Comitis Hanouiæ. 1543.

Anno 1543. die 24. Martii cæditur exercitus Caroli V. Belgicus à copiis Gulielmi Ducis Iuliacenſis apud Zittardiam.

An. 1543. Philippus Caroli V. filius à patre adhuc viuo Rex Hiſpaniæ deſignatur 17. Maii.

Anno 1543. Strigonium à Turcis proditione cuiuſdam Salamancæ captum eſt die 11. Auguſti: Alba itidem Regalis, vbi vetuſtorum Regum Vngariæ ſepulcra fuerant, expugnata: Quinqueeccleſiæ euerſæ: & Valpouia vltra fl. Drauum ſita, aliaq; inſignia Regni Vngariæ loca occupata ſunt.

Anno 1543. die 24. Auguſti Carolus V. Duram expugnat, diripit, incendit: occupatiſq; oppidis arcibuſq; vicinis cogit Ducem Cliuenſem ad petendam veniam, quam vix redimit, conceſſa Cæſari Geldria, 7. Septembris: reliquum Ducatum Iuliacenſem, Cleuenſem & Bergenſem retinet certis conditionibus. Deinde Carolus translato in Galliam bello, menſe Octobri occupat oppidum Landerſi, interfectis militibus Italicis & Gallicis.

Anno 1544. menſe Februario Romæ in Vaticano, haud procul à Tiberi inuenta eſt arca marmorea, longa pedes 8. & ſemis, lata 5. & alta 6. in qua condita erat Maria Honorii Imp. coniux, quæ virgo obiit, corpore abſumpto, dentes aliquot ſupererant, capilliq; ac duo oſſa tibiarum; præterea veſtis & pallium; quibus tantum auri intextum, vt ex his combuſtis colligerentur auri pondo 36. Erat inſuper capſula argentea longa pedem cum ſemiſſe, lata digitos 12. in qua vaſcula multa ex cryſtallo, nonnullaq; ex achate pulcerrime laborata; item annuli aurei 40. variis ornati gem-

mis

mis. erat & Smaragdus auro incluſus, in quo caput inſculptum ipſius Honorii æſtimabatur Ducatis 500. inerant itē inaures, monilia, aliaque mundi muliebris, in quibus & Agnus Dei, cum inſcriptione Maria Noſtra Florentiſſima; laminaque ex auro, in qua hæc nomina, Michael, Gabriel, Raphael, Vriel, literis Græcis; item racemus ex Smaragdis aliiſque gemmis; & diſcriminale 12. digitorum, inſcriptum hinc Dn. noſtro Honorio, inde Dn. noſtra Maria; adhæc ſorex ex chelidonio lapide, cochleaq; & patera è criſtallo, vt & pila ex auro luſoriæ ſimilis, ſed quę in duas partes diuidi poterat; deniq; inerant innumerę alię gemmę, quarum etſi plurimę vetuſtate corruptę, nonnullę tamen recentem admirandamq; pulcritudinem retinebant. hæc omnia putabatur Stilico pater dediſſe filiæ prō dote.

Anno 1544. die 14. Aprilis Caroli V. Imp. copię infeliciter pugnant cōtra Gallos & Heluetios ad Ceriſolium. culpa imputabatur Alphonſo Daualo.

Anno 1544. In conuentu Spirenſi Ordines imperii auxilia Cæſari decernunt aduerſus Gallum, & Ferdinando aduerſus Turcam.

An. 1544. Bolonia oppidū littoris Gallici Angliæ oppoſitum, die 14. Septemb. Henrico 8. Regi Anglię ſe dedidit.

Anno 1544. Cæſar in Galliam bellum & arma importat, nulloq; reſiſtente Lutetiam ferme vſque progreditur: Gallo pacem dat 24. Septembr.

Anno 1544. Hieronymus Baumgartnerus Noribergenſis vt domum properat à Comitiis Spirenſibus, capitur ab Alberto Roſenbergio, propter arcem Boxbergā anno 1523. à Sueuico fœdere impulſu Noricorum inflammatam. Hæſit ibi vſq; in menſem Auguſtum anni 1545. redemptus pecunia, & reſtitutione nobilis Wolfii de Kochenſtetten; quem & Norici interceperant.

Anno 1544. In Suecia in Comitiis regni celebratis Aroſiæ regnum illud decreto Ordinū fit hæreditarium, daturq; Guſtauo, eiuſq; poſteris maribus.

An. 1544. Holſatiæ ducatus inter fratres diuiditur.

An.1545.Franciſcus Rex Galliæ,duce Iohanne Minieto Senatus Aquẽſis præſide, Waldẽſes in aliquot Gallię Narbonenſis, prouinciæq; vicis & oppidis , quod reformatam potius quam Pontificiam religionem amplecterẽtur, menſe Aprili bello petiit, & cum oppidorum ac vicorum vaſtatione, magnam eorundem multitudinem , nulla ſexus aut ætatis ratione habita,trucidari iuſſit.

An. 1545. Ianus Cornarius Zuiccauienſis medicus,Hippocratem Latine verſum dedicat Senatui Auguſtano; pro quo , intercedente Claudio Pio Peutingero, honoratur coronatis Solaribus centum.

Anno 1545. Carolus Imp. Wormatiam venit ad conuentum die 16. Maij: Cum autem à Proteſtantibus auxilia contra Turcam conſequi non poſſet, mittit Legatos de pace ad Turcam.

Anno 1545. Carolus V. Imp. Georgium de Ebingen nobilem Sueuum, diplomate ſuo liberat poſteroſque eius & miniſtros,ne à quoquam citentur in conſiſtorium aulicum Rotwilenſe, capitis, famæ , bonorumue cauſſa; ſed ſolummodo in Cæſareum Regiumue iudicium.&c.

An. 1545. die 21. Octobris Henricus Dux Brunſuicenſis cum filio Carolo Victore collecto clam exercitu ditionẽ ſuam recuperare nititur. infeliciter. quippe prope Calfeldum capti à Philippo Landgranio Heſſiæ. dimittuntur demum recuperantque ditiones amiſſas anno 1547. vt captus erat à Cæſare ipſe Philippus.

Anno 1545. die 19. Februarii exuſtus eſt Tornaci Petrus Brulius ob Lutheraniſmum , eo euocatus Argentorato ad concionandum.

Anno 1546. Colloquium Ratisbonæ inſtitutum inter Theolog Petrum Maluendam,& Georgium Maiorem atque Bucerum. Abruptum eſt menſe Martio. Lector conſulat Acta edita.

An. 1546. Hariadenus Mitylenęus Barbaroſſa, vir rerũ apud Turcas ſtrenue geſtarũ memoria clarus. obiit Cõſtantinopóli, die 4. Iulii cum Baſſæ officium ſuſtinuiſſet an. 13. Leonclau.

Anno

Anno 1546. Burdegalę Senatus, propter graſſantem peſtem menſe Septemb. atq; Octob. Liburniam transfertur.

Anno 1546. Væniit frumenti plauſtrum ſeu vehes 68. aureis Rhenanis. at enim anno 1548. illis ipſis 68. florenis aureis Germanicis ſiue 160. florenis Brabanticis, emebatur vehes tritici, vehes ſiliginis, vehes hordei, vehes auenæ, quartarius tonnæ butyri, 300. libræ lardi, 300. libræ caſei, 100. caſei manuales, thorax par calceorum, pileus, pera, ouis opima, dolium cereuiſiæ Dantiſcanæ, dolium cereuiſię Roſtochienſis; ſex præterea ſtuferis arthę epularis loco reliquis. Hæc memoriæ cauſſa dicuntur, vt hinc clare videamus, quid Deus offenſus, quid propitius præſtare poſſit. *Meteranus.*

Bellum Smalcaldicum ſiue Saxonicum Primum.

An. 1546. Hoc anno cœpit bellum inter Carolum Imp. & Germaniæ Principes, fœderis Smalcaldici ſocios. Cæſar Saxonem & Lantgrauium 20. die Iulii publice proſcripſit. Saxo & Lantgrauius eorumque ſocii Cæſari bellum denunciant 11. Auguſti. Quæ deinceps ad Ingolſtadium geſta ſint, vſque ad huius anni finem, lector petat ex Sleidano & Ludouico ab Auila, qui huius belli hiſtoriam peculiari libro complexus eſt. Propter bellum ingruens dimiſſa ac diſſipata eſt Schola Witebergenſis 6. Nouembris.

Anno 1546. Fridericus II. Palatinus in ſua ditione religionem mutauit ad normam Confeſſionis Auguſtanæ; dieque Ianuarii 10. Miſſa Heidelbergæ peracta lingua populari.

Anno 1547. Stroza prior Capuanus miſſus ab Henrico II. Galliarum rege cum claſſe 16. triremium in Scotiam, recuperat arcem S. Andreæ, vt eam diebus 14. vi tormentorum mire concuſſerat, Cardinaliſque Arbrothi parricidas ſecum reducit in Galliam.

Anno 1547. Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis Elector, 25. Ianuarii loco mouetur, iuſſu Pontificis & Caroli. Surrogatur ei Adolphus Comes Schauuenburgenſis, quem coadiutorem Hermannus aſciuerat. Rurſum igitur fit religionis immutatio in tota illa ditione, & quidquid vna cum Melanchthone Bucerus inſtituerat, aboletur.

Anno 1547. Boemi à Rege Ferdinando ob fœdus cum Iohanne Friderico ictum mulctantur: ſecuri percutitur Coſ. Pragenſis: frequentes etiam mulctæ indictæ ſunt Ciuitatibus Imperii, quarum multæ pacem pecunia redemerunt.

Anno 1547. Cum Dux Saxoniæ Mauritius ante ſuperioris anni finem oppida quædam Saxonis, Zuiccauiam, Schnebergam, & Aldenburgum occupaſſet, eaq; in fidem ſuam adegiſſet, Saxo iniuriam hanc vlturus, exercitum in Miſniam traducit, Lipſiam obſidet, & oppugnare incipit 13. Ianuarii. Sed oppidanis fortiſſime ſeſe defendẽtibus re infecta diſcedit ſub eius menſis exitum, cum crebris tormentorum globis velut grandine quadam, Lipſiam obruiſſet, laceraſſet ac deformaſſet.

Anno 1547. Marchio Albertus à Saxonicis capitur Rochlicii Cal. Martij.

Anno 1547. Carolus Paſchatis feſto in vrbe Egra peracto, exercitum ducit in Saxoniam. Interim Saxo Miſnam vrbem deditione ceperat 5. Apr. Cumque 19. Apr. de Cæſaris aduenta cognouiſſet, exercitum vltra Albim trãſtulit, & Miſnę pontem ſublicium incendit, ne Hiſpani tranſeuntes ipſum aſſequerentur. In itinere cum Mulbergo relicto Vitebergam contenderet, Cæſarianis vadum in Albi flumine monſtratur, per quod equitatus tranſit: pedeſtres vero copiæ ponte ex nauigiis conſtructo tranſportantur. Cęſar in Saxonem incidit ad Syluam Lochanam, tribus trans Albim milliaribus, ibique prælii fit initium, in quo Elector pulſo equitatu & peditatu dum acriter pro ſalute ſua pugnat, & per ſiniſtram maxillam aduerſum vulnus accipit, capitur (ætatis 44.) die Dominico Miſericordiæ Domini 24.

ni, 24. April. Non vero vlli Hiſpanorum aut Huſſatorum ſe dedere voluit: ſed Germano homini, Tiloni à Trot. Ad Albanum adductus antequam Cęſari ſiſteretur, inter eundum oculis in cœlum ſublatis, & ex imo corde ductis ſuſpiriis voce miſerabili ſic Deum alloquitur: Miſerere mei Domine, Nos ſumus iam hic. Poſtea cum in Cæſaris aſpectum veniſſet, Clementiſſime Cæſar, inquit, me tibi captiuum ſtatuo, & ſupplex oro, vt Cæſar. V. Maieſtas me dignetur cuſtodia digna Principe. Reſpondit Cæſar: Tractaberis pro merito: ſcio quid me deceat. Deinde Albano redditus, frequenti cuſtodia in caſtra ducitur. Captus cum eo fuit Erneſtus Dux Brunſuicenſis, Dynaſta Grubenhagenſis, Philippi filius. Ante hunc conflictū diebus aliquot Solis aſpectus valde triſtis fuit, quod radios quaſi ſanguinolentos ſpargeret, & magni aliquid portendere iudicaretur. Cęſar nunciata primum hac victoria dixiſſe fertur: Domine Deus, quam mirabiliter hæc gubernaſti.

Anno 1547. Miſnæ cum Canonici hora 7. matutina die 27. Aprilis Deo gratias egiſſent de capto Electore, fulmen hora quinta pomeridiana ædem illam incendit, tres turres deiicit; tectum, organum, campanas igne conſumit; cum nullum aliud tonitru vel præceſſiſſet vel ſecutum eſſet.

Anno 1547. Ferdinandus Rex menſe Iulio Bohemos, quod renuiſſent pugnare contra Electorem, ereptis omnibus priuilegiis, in ſeruitutem redigit.

An. 1547. Carolus Vitebergam obſedit 5. Maij, poſitis caſtris ſuis in pago Academiæ Vitebergenſis Biſtricia, vbi cōmoratus eſt vſq; ad 7. Iunii, diebus 34. Elector captiuus, vt vitam redimeret, Electoratu ſe abdicauit, 18. Maij.

An. 1547. Ericus Iunior Dux Brunſuic. & Luneburg. ad Draconis arcem ab Hamburgenſibus & Bremenſibus die 22. Maij, acerrimo prælio victus, ac in Viſurgim flumen compulſus, & tormentis omnibus, multiſq; ſuorum amiſſis, ipſe vix incolumis euaſit.

An. 1547. Die 23. Maij Viteberga, voluntate & iuſſu Ducis Iohannis Friderici Electoris captiui Carolo V. Cæſari

se dedidit, eductoque præsidio receptæ sunt intra vrbem tres cohortes militum Cæsareanorum.

Anno 1547. Die 25. Maij Carolus Imp. Vitebergam ingressus est cum paucis Comitibus, cumq; eam perlustrasset, eodem die regressus est in castra.

An. 1547. Die 7. Iunii Carolus Imp. incensis castris ex Bistricia pago transfert exercitum versus Salinas. Ciues vero Vitebergenses Duci Mauritio, cui Electoratus dignitas & ditio à Cęsare tradita fuerat, homagium iuramento confirmant.

Anno 1547. Die 19. Iunii Philippus Lantgrauius Hassiæ Carolo Imp. supplex factus Halæ Saxonum, detinetur in custodia præter opinionem.

An. 1547. Die 16. Octobr. restituta est Academia Witebergensis, idq; publico programmate (vt vocant) significatum est, quod extat.

Anno 1547. Lucas Cranach pictor celebris, & vrbis Witebergensis Senator, vocatus in castra Cæsaris, & iussus petere aliquid à Cæsare propter artem, tãtum intercessit pro suo Principe captiuo.

Anno 1547. Augustæ celebrauit Cæsar Carolus Comitia, sed armata: vt terrorem incuteret Ordinibus Imperii. Præcipuum Cæsaris postulatum fuit (18. Octob.) vt Principes omnes Concilio Tridentino sese submitterent. Augustæ templum primarium expiatur, quod fuisset Lutheranismo pollutum: in eo Michael Sidonius Episcopus habuit 15. conciones de Missa, quæ postea sunt typis euulgatæ.

Anno 1547. Petrus Aloisius Farnesius Dux Parmæ ac Placentiæ, filius Pauli III. propter tyrannidẽ aliaque scelera, ex insidiis trucidatur, & insepultus abiicitur 10. Septembris. Placentia pet Gonzaga Cæsari restituitur. Idem Gonzaga eodem isto anno Præfectum Comensem, qui captiui cuiusdam vxorem falsis promissis de liberando marito inductam, stuprarat, suspendi iubet.

Anno



Digitized by Google

Anno 1547. Inquilinus Lugduni nomine Chanourrius, homo vitæ profligatiſſimæ, cum quotidie ſero veſpere domum rediret ad vxorem ſuam bene potus, eamque exciperet ſæpe verberibus, ſopitam ſomno tandem gula præfecta necat; conciſamque minutatim ſaccoque impoſitam committit Rhodano; appenſo lapide grandi. Sed cum & ſic ſaccus cum onere ſupernataret, ac ſuſpectaretur, facinus ſuum prodit, luitque.

Anno 1348. Tanta peſtilentiæ lues incubuit Nordwicho, vt præter religioſos monachoſque pauperiores, à Calendis Ianuarii vſque ad Calend. Iulii, 57104. homines ea clade conciderint.

Anno 1548. Sebaſtianus Vogelſperger Capitaneus celebris, iuſſu Caroli V. Imp. die 7. Februarii Auguſtæ Vindel. capite truncatus eſt Eber.

Anno 1548. Dignitas Electoris Saxonici publico & ſolenni ritu collata eſt Duci Saxoniæ Mauritio à Carolo quinto Imp. 24. Februar. die Matthiæ, cum Carolus eo die inchoaret annum ætatis 49. Mauritius vero menſe ſequenti ætat. 28.

Anno 1548 Liber Interim ſiue Formula religionis vſque ad Concilii finem ſeruanda, naſcitur Auguſtæ in Comitiis, & promulgatur 15. Maii. (A prima mutatione doctrinæ per Lutherum 31. à Confeſſione Auguſtana exhibita 18.) Eius ſententiam refutarunt ſcriptis publicis Philippus Melanchthon, & Doctores Eccleſiarum Saxoniæ inferioris ac maritimæ, multique alii.

Anno 1548. Propter Imperatorium Interim multi Doctores ſolum verterunt: Muſculus Dufanus relicta Auguſta Bernam venit. Brentius Hala Sueuorum pulſus, Baſileę aliquandiu ſubſtitit: Oſiander Noriberga profectus in Boruſſiam.

Anno 1548. Conſtantia oppugnatur ab Hiſpanis 6. Auguſti, & Doctores Euangelici vrbe excedunt, quorum primarius fuit Ambroſius Blaurerus. Conſtantienſes tandem ſeſe dedunt Auſtriacæ domui.

Anno 1548. Bellum Adiaphoristicum inter Theologos natum ex deliberationibus, an & quomodo liber Interim recipiendus vel repudiandus sit. Hoc fuit primum schisma post Lutheri mortem inter Theologos Euangelicos exortum, Matthia Flacio eiusque sociis litem mouentibus Melanchthoni & aliis, qui de Adiaphoris, id est, Ceremoniis ac ritibus externis ex præscripto Interimisticæ formulæ admittendis aut recipiendis, minus acriter pugnauisse illis videbantur.

Anno 1548. Agriam Vngariæ arcem fortissimam Ferdinandus Rex Vngariæ, Caroli V. Imperat. frater, sui iuris fecit.

Anno 1548. Franciscus Spiera Italus, abiurato Venetiis Lutheri dogmate, incidit in consternationem horrendam, cuius descriptio extat.

Anno 1548. Burdegalensibus ab Henrico II. Galliarū rege adempta omnia priuilegia, iúsq; collegii Iuratorum nec non ciuitatis sublatum: campanæ item è turribus sacris & profanis deiectæ: de præfectis vrbis & arcium, quasi negligenter in officio versatis, supplicium sumptum, nec non de vulgo turbulentiore. Monnentii prætegis cadauer, qui in seditione ob insolitum salinarium vectigal à ciuibus trucidatus fuerat ex æde Carmelitarum ad D. Andream pompose translatum. *Chronicon Burdegal. falsique accusat Paradinum ac Sleidanum.*

An. 1548. Religio mutari cœpit in Anglia sub Eduardo VI. Rege: profligata antiqua religione. Abrogata est Missa: ité institutæ Ecclesiæ peregrinorū, Gallica, Belgica, Italica.

An. 1548. Solymanus Turcarū Imp. expeditionē alteram aduersus Techmasen, Regem Persarum, instinctu Ercasi Imirsæ Siruanæ (olim Mediæ) supremo cum imperio Principis, qui amicitia fratris sui Techmasis discesserat, & Solymano se cōtra eundem iunxerat, suscepit: Wanum Mediæ finitimum obsedit, & vna cum arce expugnauit: ac regionem totam rapinis & ferro vastauit: quę expeditio annum integrum & 9. menses durauit. Leonclau. in Annal.

Anno

An.1548. Amurates III. Selymi filius, Turcarum Imp. natus eſt.

Anno 1548. Petrus Paulus Vergerius, dum confutationem Euangelicorum meditatur, fit Euangelicus, fortaſſis permotus exemplo Spieræ, cuius tentationum ipſe Patauii ſpectator fuerat.

Anno 1549. 20. die Martii Admiralius Angliæ, ob adfectati regni ſuſpicionem iuſſu fratris ſui Eduardi Somerſeti iuſſu, ſecuri percutitur.

Anno 1549. Philippus Caroli V. filius, Rex Hiſpaniæ, ingreſſus eſt vrbem Brabantiæ, Bruxellam, 1. Aprilis, à Cæſare parente euocatus ex Hiſpaniis, in cuius fidem adiguntur ditiones Germaniæ inferioris.

Anno 1549. Martinus Bucerus & Paulus Fagius Argentorato diſcedunt Calend. Aprilis, & in Angliam proficiſcuntur, vt ibi doctrinæ ſuæ ſementem faciant.

An. 1549. Matthias Flacius Illyricus menſe Aprili Witeberga diſcedens ſe recepit Magdeburgum, vbi multa in Witebergenſes ſcribere cœpit. [illegible] inclinatio [illegible] acici Euangelic[illegible] run[illegible]

An. 1549. Petrus Martyr Oxoniæ in Anglia diſputat de Cœna Domini, Menſe Maio.

An. 1549. die Lunæ poſt D. Iacobi teſtati ſunt Senatores oppidi Binniken, in ſuo oppido ante 46. annos vixiſſe Adamum Strazmanum & Barbaram Schmatzermam, qui ſimul vixerint ad annos 50. perq; id tempus procreaſſe ex ſe liberos 53. omnes diſtincte membris humanis præditos omnibus; itavt potuerint dignoſcere mares a femellis: omnes baptizatos præter tredecim. Matrem peperiſſe, nunc vnum nunc duos, nonnunquam tres, ad ſummum quatuor vna. Eadem cum quatuor ſimul peperiſſet, & puerperio exiiſſet, ſexta poſt hebdomada, in campo iuxta montem D. Michaelis rurſus tres liberos enititur; hoc eſt ſeptem intra 12. ſeptimanas. Vltimo fecunditatis ſuæ anno, vnã tantũ prolẽ edidit, numero tertiam & quinquageſimã. obiit 1503. ex his 38. erãt filii, filiæ vero 15.

Anno 1549. Diſiecta eſt, deuictaque 3. Calend. Septēb. infamis illa fex populi quæ Duce Roberto Ketto Coriario, Norfolcienſem regionem in Anglia ad ſexaginta dies miſere habuit exercitam, ideo quod cauſarentur nobilitatem agros publicos intercipere, & circumſepire.

An. 1549. Magdeburgēſes proſcribūtur à Carolo V. Imp.

Anno 1549. Conſenſio mutua Doctorum Eccleſiæ Tigurinæ & Genouenſis in re Sacramentaria conſtituta menſe Auguſto.

Anno 1549. Ferdinandus Rex Vngariæ, duce ſupremo Nicolao III. Comite a Salmis, ſumma in vtraq; ſorte præſtantia conſpicuo viro, Zabragium, Leuam, Zythnam & Muranum expugnauit. Leonclau. Backschius.

Anno 1550. die S. Iacobi Henricus Dux Brunſuicenſis obſidet Brunſuigam vrbem: cumq; eius agris multis nocuiſſet incendiis ac rapinis, cogitur abſcedere mandato Cæſaris.

Anno 1550. 4. Idus Septembr. captum eſt Aphrodiſium Africæ vrbs ab exercitu Caroli V. Imp. ductore Ioanne Vega Pr[illegible]

Anno 1550. [illegible] Africæ vrbem Mauris Mahadian dictam, quam Dragutes Raiſus celebris pirata Turcicus anno præcedenti die 30. Ianuarii occupauerat, Andreas Doria, Caroli V. Imp. claſſis præfectus, coniunctis cum Ferdinando Gonzaga Prorege Siciliæ copiis, obſedit: plurimiſque barbarorum cæſis & captis, die 10. Septembr. expugnauit & funditus euertit. Leonclau. in Annalib. Turcicis.

Anno 1550. Magdeburgæ vrbis obſidio cœpit 4. Octob. quæ durauit anno vno, menſe vno. Hiſtoria petatur ex libellis editis.

Anno 1550. in Belgio enormis fuit inundatio die S. Pontiani.

An. 1550. Georgius Dux Megapolitanus, leuiori prælio circumuentus ab erumpentibus Magdeburgenſibus, in vrbem captiuus abducitur 20. Decembris.

Anno

An.1550.30. die Decembris Georgius Dux Megapolitanus, à Magdeburgenſibus capitur. Hic homo tria millia peditum & ducentos equites ſibi ſumpſerat, eos abducturus contra fratres & patruum: ſed deſtitutus à pecunia; vt milites prædationibus obſequentiores ſibi redderet, Magdeburgenſem ditionem inuadit.

Anno 1550. conuenit de pace inter Gallos & Anglos, ineuntq; affinitatem Dux Somerſetus & Waruicenſis Comes: ita vt huius filius illius filiam duceret. Sic Bolonia accedit Gallis, pro qua magnam pecuniam Anglis depẽdunt.

An. 1550. Leproſus quidam capite plexus eſt, qui Diabolo addictus feminea veſte incedens per ſeptem annos, feminis circiter 350. vitium obtulerat, & Hainfurti mari nubens improbiſſime fecerat.

Anno 1550. Iaponia, ampliſſima Orientis Inſula, longe vltra Indiam & Sinarum regiones ſita (quam olim Zipangri appellarunt) hoc anno inuenta eſt: in qua poſtea Anno 1552. Ieſuitæ plurimos ad religionem Chriſtianam adduxerunt: & inter alios etiam tres Reges, qui filios & cognatos ſuos ineunte Anno 1582. ad Gregorium XIII. Pontificẽ Rom. amandarunt, & anno 87. rurſus in Indiam reuerſi ſunt. Oſor. lib. 1.

Anno 1550. Bellum Oſiandricum in Pruſſia ortum autore Andrea Oſiandro, qui propter librum Interim Noriberga excedens, iſthuc venerat, & de iuſtificatione moto certamine aſſeuerabat, hominem iuſtum eſſe iuſtitia eſſentiali, quæ eſt ipſe Deus, &c. quod dogma multorum ſcriptis improbatum eſt. Vir ille fuit αὐτοδίδακτος, nulliuſq; Academiæ diſcipulus.

Anno 1551. Tripolis Africæ arx & oppidum ditionis Equitum Melitenſium, à Dragute Raiſo occupatum. 15. Auguſti. Leonclau.

Anno 1551. Magdeburgæ obſidio ſoluta eſt 7. Nouembris, cum Mauritius occulte bellum coqueret contra Cæſarem.

Anno 1551. die 18. Decembr. in Vngaria Georgius Marti-

nuſius Epiſcopus Varadienſis à Ioanne Baptiſta Caſtaldo, Regis Ferdinandi duce a ſicariis in cubiculo ſuo, literis per Secretarium allatis ſubſcribens, trucidatus eſt. hoc idèo quod beneuolentiam Turci ambitioſius quam Ferdinandi aucupari videretur.

Anno 1551. è vita deceſſit Philippus Dux Grubenhagius Senior, cui ſuccedunt filii Erneſtus, Wolfgangus, Philippus &c.

Anno 1551. Recruduit bellum inter Carolum V. & Regem Galliæ.

Anno 1551. Cazanum regni Cazanenſis metropolis, à Iohanne Baſilio magno Moſcorum Duce ſeptem annorum interuallo, bello acerrimo, vario tamen Marte preſſa, tandem ab eodem tormentorum bellicorum vi, & obſtinato militum ſuorum impetu vna cum arce expugnatur: & magna Tartarorum Cazanenſium multitudine I. Baſilii Principis impulſu baptiſata, totum illud regnum eidem ſubigitur. Gaguin. Chron. Moſcou.

Anno 1551. Confeſſio Saxonicarum Eccleſiarum ſcripta à Philippo Melanchthone, vt offerretur Synodo Tridentinæ, cui multorum Principum & vrbium Theologi ſubſcripſerunt. Dux quoq; Wittebergicus peculiarem Confeſſionem ſcribi iuſſit, quam per Brentium Concilio Tridentino exhibuit.

Anno 1551. Bellum Theologicum, de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem, cœpit: quam propoſitionem Georgius Maior defendendam ſuſceperat. Ambsdorfius ad contrariam delapſus partem ſcripſit, bona opera eſſe ad ſalutem noxia & perniciosa. Quæ propoſitio exploſa eſt à quibuſdam Euangelicis, vt ſcandalorum & Epicureiſmi mater: eo quod abuſus doctrinæ de bonis operibus noxius eſſet ſaluti hominum, non per ſe (vt Dialectici loquuntur) ſed per accidens. Vt ſi dicam: Vinum eſt noxium febricitanti: Ergo eſt malum.

Anno 1551. Bellum Theologicum a Francisco Stancaro Mantuano motum, qui contendebat, Chriſtum eſſe

esse Mediatorem tantum secundum naturam humanam, de quo extant [illegible] Melanchthonis responsiones.

An. 1552. die 25. Martii Crescentius Cardinalis nocturno spectro perterrefactus, ægrotare cœpit, & paulo post obiit Veronæ.

Anno 1552. Mauritius Elector Augustã triduo obsessam occupat 4. Aprilis. Postea Senatores a Carolo V. depositos in pristinum locum dignitatis restituit, & tribubus reddidit ius suffragiorum. Oenipontem venit 23. Maii. Iohannes Fridericus post quinquennii captiuitatem dimittitur a Carolo V. 19. Maii. Lantgrauius vero 4. Septembris.

Anno 1552. Vrbs Metensis auspiciis Henrici II Regis Galliarum ab Anna Mommorencio, regni Galliæ Conestabili, capta, eripitur Imperio, 10. April.

Anno 1552. Noriberga obsidetur ab Alberto Marchione 12. Maii.

Anno 1552. Secunda pax in Religione.

In transactione Passauiensi promittitur pax amplectentibus Confessionem Augustanam, 2. Augusti, atque ita liber Interim exacto 4. annorum spacio expirauit. Atque hæc est secunda pax in religione, anno 20. a priori.

An. 1552. Bellum a Mauritio aduersus Carolum. V. geritur, propter socerum Lantgrauium non dimissum è carcere. Eo ipso Concilium Tridentinum dissipatur, pax in religione constituitur, & captiuis Principibus redditur libertas.

Anno 1552. Temesuarum arcem Vngariæ nobilissimam, ad fluuium Temes inter Lippam & Belgradum ad Transyluaniæ fines interiectam, Solymanus Turc. Imp. per Achmetem Bassam Vezirem suum numerosis copiis adductis obsessam, post longam grauissimamque oppugnationem Mense Iulio deditione cepit: Stephanum Lonczium virum fortissimum arcis præfectum cum præ-

ſidiariis per fidei violatæ ſcelus trucidauit: & paulo poſt Lippam, Solimoſum, Chiar[illegible] & alia quædam caſtella occupauit. Leoncl. Backſchius. Sambuc. in Appendice Decad Bonfin.

Anno 1552. Diem extremum clauſit Franciſcus Xauerius 4. Nonas Decemb. cum per annos x1. in Orbe alteroultra & citra Æquatorem plurimos mortales conuertiſſet ad fidem Chriſtianam. cadauer viua calce opertum, miraculoſe integrum manet.

An. 1552. Hoc anno multa ſcripta prodierunt in cauſa Oſiandri, Stancari & Maioris. Cauſa etiam Sacramentaria ventilari cœpit.

An. 1552. Zolnockum Seczienum, Dregella & Giarmatum, aliaq; circumiecta propugnacula, Regis Ferdinandi exercitu ad Palaſtum miſere cæſo, ab Ale Baſſa Budenſi Vngaris ineunte mẽſe Septembri adempta: Agria vero ab eodem & Achmete Romaniæ Beglerbego numeroſiſſimo exercitu vndiq; circumſeſſa, & magno impetu fruſtra oppugnata, Turcis, Stephani Dobonis, Præfecti, aliorumque procerum induſtria & vigilantia, ac præſidiariorum virtute & armis, acerrimis aliquot prælis (Deo iuuãte) magna clade affectis, & die 13. Octobr. cum dedecore pulſis, feliciter & glorioſe defenſa eſt. Sambucus in Appendice Decad. Bõfinii. Leoncl. au. Backſchius.

Anno 1553. menſe Ianuario Galli apud Metenſes inueſtigant per ciuium domos Lutheranicos codices; inuentos tradunt publice exurendos carnifici.

Anno 1553. Carolus Imp. die 22. Iulii obſidet Metin.

An. 1553. Eduardus VI. Rex Angliæ, 6. Iulii ætat. 16. regni 7. nõ abſque veneni ſuſpicione obiit. Maria ſalutatur Regina Angliæ à populo 19. Iulii, per quam reducta eſt in Angliam vetus religio, Lutheraniq; ad ſupplicium rapti.

An. 1553. Albertus Brandeburgicus, ſpretus conditionibus pacis ampliſſimis, bellum infert Norimbergæ; Altorfium capit, & cum multis hominibus cremat. Ferdinãdi copias profligat, & vndiq; flammis ferroq; graſſatur.

Anno

Anno 1553. Dux Brunſuicenſis Erico patrueli bellum denunciat. Ericus à milite imparatus euocat Albertum Brandeburgicum qui in Saxoniam venit menſe Iunio. Brunſuicenſis contra fœdere inito cum Mauritio Saxoniæ Electore & aliis, forte in Alberti exercitum incidit. Pugnatur die 9. Iulii hora 2. pomeridiana, non procul ab vrbe Brunſuiga, ad pagum Peina, in qua pugna etſi victor fuit Mauritius, tamen præter Electorem ipſum occubuerunt Carolus Victor & Philippus Magnus, Duces Brunſuicenſes, & Fridericus Princeps Luneburgenſis, multique Comites. Mauritius Elector accepto vulnere obiit 11. Iulii, ætat. 32. menſ 3. d. 21. In gubernatione ſucceſſit Auguſtus Elector.

Anno 1553. Paulo poſt Albertus iterum ad Brunſuicum ab Henrico victus, in Franconiam rediit; vbi dum eum bello proſequitur Henricus, etiam ab Imperio proſcribitur.

Anno 1553. die 25. Auguſti claſſis Gallica & Turcica Corſicam Genuenſium inſulam inuadunt, eamq; breui totam expugnant.

An. 1553. Habita eſt etiam Londini diſputatio de religione inter Catholicos & Euangelicos 18. Octob. quæ [illegible] exiit. [illegible] Anglia fugiens venit in Daniam, & inde in Germaniam.

Anno 1553. Michael Seruetus Arago Hiſpanus, qui Artii dogmata ab inferis reuocauit, crematur Genuæ in Sabaudia, 27. Octobr.

An. 1553. vt exercitus Caroli V. Imp. cogitur ſoluere obſidionem Metenſem ob morbos in caſtris epidemicos vimque hoſtilem, tranſiit ad oppugnationem Terouanæ, quam occupatam funditus deſtruit, vt etiam deinde Heſdinum; vbi periit Horatius Farneſius Parmenſis filius.

Anno 1553. De obſidione & deditione Plaſſenburgi, totoq; bello vide Sleidanum.

Anno 1553. Fridericus Staphylus ad Pontificios [illegible]

Anno 1553. Mustapha filius maior Solymani Imp. Turcici, cũ fractis Persarũ opib. ad patrẽ rediisset, magno exercitus fauore & clamore exceptus est, qua re offensus pater filium strangulatum in cubiculo, mox in exercitus conspectum proiici, & per præconem hoc proclamari iubet: Vnus est Deus in cœlo, vnum etiam Solymanum in terris Imperatorem esse oportet: quo audito exercitus attonitus conticuit. Iunior natu biduo post veneno sublatus est, quod de fratris interitu ingemuisset. Tertius metu patris ad Regem Persarum confugerat, is statim per legatos reuocatus, securi percussus est. Restabat Selymus, cui pater minas intentabat, nisi solus restaret. Alii ad præced. 1552.

Anno 1553. Albertus Brandeburgicus ditione sua exutus, in Galliam profugit. & Henricus Brunsuicensis in Saxonia multos male mulctat.

Anno 1554. Ioanna Graia, Henrici Ducis Suffolciæ filia, annorum 17. adolescentula, Latinis & Græcis literis egregie exculta, ob non repudiatos Angliæ regni honores, vna cum marito Gilberto Dudleio, Ioh. Ducis Northumbr. superioris anni men. Augusto decollati, filio, die 12. Febr. & Henricus Ioannæ pater, die 21. eiusdem mensis, iussu Mariæ Reginæ Angliæ, Londini capite truncati sunt.

An. 1554. Petrus Strozza Franci[illegible] pro Sanct[illegible] defensione legatus prælio profligatur a Ioan. Iacobo Medice Caroli V. Imp. legato. vnde spes erecta Duci Florentino.

An. 1554. Bassa Budensis Capos, Vhiuarum, & Babotzam arces Vngariæ circa autumnum occupauit. Leonc.

Anno 1554. Astraganum regni Astracanensis vrbem opulentissimã, in qua celebre est emporium, ad ostia fluuii Volgæ, vbi in mare Caspium exoneratur, sitam Iohannes Basilius Moscorum Princeps bello petitam, hoc anno potestati suæ subiecit, & regnum illud Tattarorum Astracanensium totum occupauit. Gaguin. Chron. Moscou.

Anno 1555. Conuentus Augustanus initio anni incoatus durauit vsque ad Septemb. in quo tandem decretum factum est, ne vlli Principi, Comiti, aut Ciuitati I-

Digitized by Google

rialibellum aduersus prouinciæ duodecim reformatæ. Eiusdem Catholicæ antwa ad virginianos anno 1632. Eiusdem Catholicæ antwa ad Scotos contra Georgium Carolo V. adhærentem contra Lutheri,morte Musa.

Anno 1555. Fœdus hereditarium inter Ducem Stettinæ Lundgraiosq; Brandeburgenses inhuiusmodi Nouembris inpotest conuenit de nonsinimanda Cottesellone Rhetiæ.

Anno 1570. Anglici bis duobus annis ad Ecclesiæ Romanæ communionem reuocati, ac propterea grauissimis pœnis quæ quotannis subeundis carcere coercentur Elizabetha, & nonnulli ex illis ad Christum conuersi. Euulfer inter Italos Theologi tunc cum Nicolao Sandero Papistarum Londinensis Archiepiscopo, Romæ Pontifice, Ipsi Sanderi Catholicæ Ecclesiæ Monarchiæ lib. 8. Odoardus Gulielmus Fitzgeraldus Iuuenis Gentilitius, ex Fabricio, & Ioanne Baptista Genuensis S. Davidis apud Walleos Episcopus, & Cardinalis Comensis Dunstabulus Anglus, Iohannes Bucerus & Paulus Fagius atque eius historiam memoriæ seruandæ commendarunt, & Fabr. his nominibus ab ipsorum ordine.

Anno 1511. Nicolaus Durantius Eques Melitensis, cognomento Villagagnus, cum Americæ partem, quæ Brasilia dicitur, adiit, & mense Nouembr. obtinuit. Barbarorum gentis huius incolæ, qui Tamoyporum habet appellatur, cognitionis & cultus veri Dei prorsus fuit expertes: carnibus humanis & prælectum hoslium & quicquorum fuorum frequentes exhuntur. & corpora prædictæ fere robustis, fanæ, longæuo, & perpetuo fere valetudinarium fruentes. Nudi præterea omnes fœmineæ eorum sexus, nec vllas corporis partes tegunt. Capillos ad fuperciliorum & aurium frontalis et plumis contexta capitis imponunt, labia & genas perforant, offa præcuta aut viridis lapidos in iuiicem: denique corpora complurimis picturis & coloribus variegant, &c. Ioh. Leriusin Hift. Brasiliæ. Ex Boxhornio.

Anno 1557. Sessenia ciuitas nunc populi prostrahenti

præſidium Hiſpanicum intolerabilis inſolentiæ, redacti ad omnium rerum anguſtias diuturna Cęſareanorum & Florentini Ducis obſidione, ſe dedunt ſub conditionibus certis die 21. April.

An. 1555. Solymanus Turcarũ Imp. Zigetum per Alim Baſſam trium menſium ſpacio, Chriſtianis vim hoſtilem, magna cum Turcarũ ſtrage, intrepide repellentibus, fruſtra oppugnauit, & obſidionem ſoluit, ſub finem menſis Iulii. Busbequius.

Anno 1555. fine Auguſti, claſſis Gallica nauium bellicarum 19. inſidiata mercatoribus ex Hiſpania redeuntibus, claſſem eorum nauium 22. inuaſit iuxta Caletum; iniectis ſtatim coruis cateniſque. poſt pugnã quaſi terreſtrem ſex horarum, naue vna forte fortuna inflammata, & incendiũ latius ſpargente, vtraque pars fugit ad naues igne intactas, in quas nemo non admittebatur: vnde factum, vt Galli numero plures quinque Hollandicas Diepam introduxerint. Exuſtæ ſex Hollandicæ, totidemque Gallicę, vnaque etiam eorum peſſumiit; deſideratis fere pugnatorum mille vna cum Admiralio. Ceciderunt è Batauis quaſi trecenti. Facinus iſtud magnę fuit Hollandorum gloriæ; quoniam & militibus, & muſcoribus, numeroque ſuperioribus reſtitiſſent, mercatores ipſi tantum. &c.

Anno 1555. Carolus V. Imp. conuocat Ordines Belgii Bruxellis, reſignatoque imperio id transfert in filium Philippum 25. Octob. qui primum ſoluerat ex Anglia Belgium verſus 4. Septemb.

Anno 1556. Menſe Februario Henricus Dux Brunſuicenſis, Iulii pater ne eum haberet hæredem hæreticum, ſpe prolis vxorem ducit Sophiam Sigiſmundi Poloniæ regis ſororem, quæ tamen ſterilis manſit.

Anno 1556. Cal. Iunii, Iudæi aliquot in oppidulo Sachazeto in Polonia publice exurunrur, quod ſacram hoſtiam, à famula ſua emptam, cultris impetiiſſent, multo inde manante cruore.

Anno

Digitized by Google

Anno 1556. Non. Septemb. Lutetiæ ſummo mane via Iacobęa in ædibus cuiuſdam priuati hominis qui tunc aberat, ante collegium Pleſſiacum comprehenduntur vtriuſque ſexus circiter 120. qui ~~poſtea ipſa illuc ad concionem ac~~ preces conuenerant. ex quibus nonnulli paucos poſt dies comburuntur.

Anno 1556. Ioannes Valentinus Gentilis Neapolitanus, qui impugnauit S. Trinitatem, & contumelioſa ſcripta in filium Dei edidit, Bernæ capite truncatur, 5. Eid. Septembris.

An. 1556. Carolus V. cum imperaſſet annis 36. (ſcilicet à coronatione) valedicēs Germanię die 15. Septemb. Fliſſinga ſoluēs nauigat in Hiſpaniam, cōmendata gubernatione Imperii Ferdinando fratri. In Hiſpania in monaſterio D. Iuſti ſe continuit, Deo vacaturus.

Anno 1556. Otho Henricus Palatinus elector, & Carolus Marchio Badenſis, Confeſſionem Auguſtanam in ſuis ditionibus propagari curarunt, veteri religione profligata.

Anno 1556. Controuerſia ſuper Cœna Domini Bremæ inter Albertum Hardenbergiū & Iacobum Probſtum orta Philippo Melanchthoni & cæteris Theologis à Senatu Bremenſi diiudicanda proponitur. Witebergēſes ambigue reſpondent. Hinc malum non curatū, ſed exulceratum fuit.

Anni 1556. initio multorum erat hominum concurſus non procul à Viſurgi prope Hamelam, ad fontem medicatum. cum enim ſcaturiret ex terra lutea, cui ὠχρὰ copioſe mixta erat, vim erodendi habens, aliquorum vlceribus initio medebatur Sed pleriſque nil aliter adiutis, admiratio paulo poſt exſtincta eſt.

An. 1556. Tugii Heluetiorum S. Bibliorum exemplaria publice combuſta ſunt ex S. C. opera carnificis Lucernani.

Anno 1556. In pace Flandrorum cum Hollandis inter alia capita, conuenit, ne Flandricis Hannoniiſque exulibus pateret in Hollandiam perfugium; & vice verſa, ne Hollandicis in Flandriam aut Hannoniam.

Anno 1557. Albertus Marchio Brandeburgenſis Caſimiri filius, cum aliquot annos Germaniam bello nō neceſſario aduerſus Epiſcopos Bambergenſem & Wirtzburgenſem ac Norimbergenſes geſto turbaſſet: totaq; ditione ſua iectus, profugus & exul oberraret, apud Carolum Badenſem adfinem ſuum in porta Herciniæ deceſſit 8. Ianuarii 1557. ætatis 35.

Anno 1557. 7. Idus Iunii Maria Angliæ Regina Philippi Hiſpaniarum regis coniux, miſſo in Galliam fæciale, bellū denunciat Henrico II. regi Rhenis.

Anno 1557. Chriſtophorus Archiepiſcopus Bremenſis ſubditos ſuos bello adfligit, quod negarēt ipſi pendere bonorum ſedecimam.

Anno 1557. 10. die Auguſti, auſpiciis Hiſpani Anglæq; pugnatur aduerſus Gallum circa S. Quintinum, in quo prælio vltra 5000. Gallorum cæſi, & decies mille capti. ipſum Quintinum deinde expugnatur 26. Auguſti.

Anno 1557. die 27. Auguſti manu armata expugnatum S. Quintinum, quatuor locis ſimul vno tempore oppugnatum ab Hiſpano: quo tempore per cuniculum actum ſub turri ſubreptus in ſubterranea & abductus ad hoſtem Caſpar Colignius Galliæ Admiralius: qui cum, febricitans per ſex menſes, detineretur Antverpiæ, ſolatii cauſſa Bibliorū lectioni incubuit, atque exiude factus eſt partium Hugenoticarum.

Anno 1557. Ad quintam horam noctis quæ Idus Septembres eſt inſecuta Vitis fluuius prope Rauennam continua pluuia ſe ipſo largior atque turgidior, multis in locis aluei marginibus ſuperatis inundans, Sanctam Sophiam in eius ripa ad radices Apennini oppidum, ferme integrum ſecundo curſu in mari deuexit.

Anno 1557. Grauiſſima perſecutio Lutetiæ excitata aduerſus Euangelicos, expugnato vico Iacobæo, 4. Septemb.

Anno 1557. Philippus Rex Hiſpaniæ Gallos ad S. Quintinum, per duces ſuos inſigni adficit clade, cæſis bis mille & 500. die 10. Aug.

Anno

Anno 1557. Wormatiæ inchoatũ eſt colloquium inter Theologos menſe Septembri de controuerſiis Eccleſiaſticis, fuitq; Præſes Iulius Pflug Epiſcopus Naumburgenſis, cui additi erãt aſſeſſores partim Pontificii, partim amplexi Confeſſionẽ Auguſtanam. Collocutores erant Pontificii Michael Epiſcopus Merſpurgenſis, Delphius Suffraganeus Argentinenſis, Caniſius, Staphylus, & duo Theologi Louanienſes. Reſponſuri de cõfeſſione Auguſtana illis oppoſiti fuerunt: Philippus Melanchthon, Erharus Snepfius lector Ihenenſis, Ioannes Brentius Stutgardianus, Iacobus Rungius Paſtor Gripſualdenſis, Georgius Cargius Paſtor Onolsbacenſis, & Ioannes Piſtorius Nidanus. Notarii ex Euangelicis fuerunt: Paulus Eberus & Iacobus Andreæ Paſtor Coppingenſis. Eſtque initio & diſputatum de norma iudicii in Eccleſia. Conſtituebant Catholici normã perpetuum conſenſum: Euangelici iudicii normam affirmarunt eſſe prophetica & Apoſtolica ſcripta & Symbola. Dixerunt etiam Scriptorum Eccleſiæ veterum teſtimonia de dogmatibus ſe adiungere, ſed diſcernendos eſſe ſcriptores, alios magis, alios minus puros eſſe. Qua autem occaſione colloquium abruptum ſit, diſcatur ex aliis ſcriptis.

Anno 1557. Pax in Liuonia coit inter Archiepiſcopum Rigenſem, & Sigiſmundum regem Poloniæ.

Anno 1557. Gubernator Picardiæ, idemq; Admiralius Franciæ inſidiatur, ipſa trium Regum veſpera, Duacẽſibus, tanquam vino ſomnoque ſepultis ſecure ſuperuenturus. ſed nullo ſucceſſu.

Anno 1557. Selymus & Baiazetes, filii Solymani Turcarum Imp. patre ſuperſtite, ad Amaſiam de legitima in imperio paterno ſucceſſione, prælio inter ſe dimicarunt. Baiazetes à Selymo fratre victus ex Caramania vna cum 4. filiis & reliquiis exercitus ad Techmaſen Regem Perſarum profugit, apud quem paulo poſt cum filiis ſuis, rogatu Solymani, neruo adhibito ſuffocatus eſt. Leonclauius.

An. 1557. Paulus IV. Papa, publico edicto prohibet lectionem Adagiorum Erasmi.

An. 1558. Henricus II Rex Galliæ consilio Petri Strozę, & virtute ac felicitate Francisci Ducis Guisij Legati sui, Calerum Picardiæ Vrbem & portum celebertimum ac munitissimum, die 8. Ianuarii expugnauit & recuperauit, idque obsidionis die septimo. Victoriam hanc Poetæ Galli exquisitissimis prosecuti sunt monumentis.

Anno 1558. Guinea oppugnatur 13. Ianuarii quatuor simul locis à Gallo; ac post cruentas vtrinque clades datas acceptasque dedit se 20. eiusdem mensis. ciuitas quod Gallis inutilis esset, funditus deleta. Anglicus miles Belgicusq; abire iussus cum armis; sed cætera cesserunt aduersarius, etiam Duces omnes nobilesque captiuati. Sicque Angli amittunt intra paucos dies, quidquid in continenti Franciæ iam obtinuerant 211. annis.

Anno 1558. 22. Ianuarii Moschus duce Zersigalio Tartaro in Liuoniam irruens, per diœcesin Derbatensem, Rigensis partem, & Wiriam totam, vsque ad Neruam, immani crudelitate, direptionibus, cædibus atque incendiis grassatur, innumerosque homines in morte tristiorem seruitutem abducit.

Anno 1558. Carolus V. Imp. Francofurti ad Mœnum per legatos resignauit imperium in manus Electorum 24. Febr. ita translatum est in Ferdinandum, qui creatus ibidē est Imperator 18. Martii.

Anno 1558. 5. Iunii obsidetur Theonuilla à Gallis, qui cuniculis agendis, perpetuoque tormentis 35. impetendisque muris, adeo vexarunt obsessos, incertos subsidii noui, vt se dederent 20. illius mensis. Heic periit, traiectus glande pectus, Petrus Stroza.

Anno 1558 Dieten nouium ad Mosam, 3. miliaribus ab vrbe Metensi distans, à Gallis deditione captum 22. Iunii: in qua obsidione Petrus Stroza Gallicus dux, globo traiectus occubuit,

Anno

Anno 1558. Galliæ Mareſchallus Thermus cum manu 8000. peditum 1500. equitum, tormentiſq; aliquot maioribus, irruptionem facit in Flandriam; occupat, deprędatur, incenditq; Dunkerkam, Bergam S. Winoci, omniaq; vſq; ad Neoportum. Lameraldus Egmondanus ei opponitur à Rege Hiſpaniæ, qui tantum abeſt vt retrocedenti aureum ſtrauerit pontem, vt contra hoſti à fronte occurrerit infra Grauelingam ipſo in littore. pugnatũ vtrinq; acriter, hinc ſpe quaſi certa victoriæ Belgas incitante, inde deſperatione Gallis animos faciente. nutante fortuna prælii, ecce decem naues Britannicæ Antuerpiam petentes cum pannis aliiſq; mercibus, viſa procul pugna quantũ licebat per vada propius tendere, tormenta diſplodere in Gallos. Gallus milites eſſe arbitratus data opera in ſe miſſos, ſolutis ordinibus ac diſperſo equite, nutare, cedere, profligari. occiſi in prælio ad 1000. quingẽtos: plures qui armatorum euaſerant manus, ab agreſtibus & feminis, obuerſante ante oculos adhuc recenti direptionũ incendiorumq; obſtaculo, immaniter interfecti. quidam & mari hauſti. capti primarii duces fere omnes. accidit pugna hęc Grauelingana, 13. Iulii; qua Egmõdani virtus, quæ etiã ſpectatiſſima fuerat in victoria Sanquintiniana, longe lateque inclaruit; ducibuſque eum Hiſpanis reddidit inuidioſum.

Anno 1558. Pax inter Norinbergenſes & Georgium Fredericum Alberti agnatum, cui Ferdinandus totam ditionem defuncti reddiderat, per Principes interceſſores conſtituitur.

Anno 1558. 19. Iulii rediit in Moſchi ciuitatem Derbatum, anno 328 poſtquam ab Ordine Liuonico primum occupata, & ſedes Epiſcopi facta erat. quidam ferunt ab Epiſcopi Cancellario Moſchum clam vocatum, promiſſa vrbis deditione.

Anno 1558. Occuparat idem Moſchus 12. Maii emporium Neruam; quæ vix poſt 22. annorum ſeruitutem regi Polono reſtituta.

Anno 1558. In Octobri agitatum de pace inter Henricum II. Gallię & Philippum II. Hiſpaniæ reges de qua conuenit ſequenti anno Cameraci, negotium id tractantibus à parte Galli, Carolo Cardinale Lotharingio, Anna Mõtmorancio Comite Stabuli, Ioanne Albono Mareſcalco Franciæ, Joanne Moruilleio Epiſcopo Aurelianẽſi, & Claudio Albaſpinæo Secretario Regio. A parte Hiſpani adfuit Ferdinandus Aluarez Toletanus Dux, Albæ, Gulielmus Naſſouius Princeps Auraniæ, Ruinus Gomezius Seluanus, Antonius Perenottus Epiſcopus Atrebatenſis; & Viglius Zuichemus Præſes conſilii priuati.

Anno 1558. Obiit Maximilianus Burgundiæ Dn. Beuerę & Veræ, Gubernator Hollandiæ, Zelandiæ Friſiæ & Vltraiectí: cui ſucceſſit Gulielmus Naſſouius Princeps Auranię.

An. 1558. Nicolaus Villagagnon crudeliter ſęuit in Gallos Orthodoxos, qui ipſum in Braſiliam ſequuti fuerant.

Anno 1559. Dauid Georgius hæreſiarcha effoſſus crematur Baſileæ, 13. Maii.

An. 1559. Dithmarſi qui multis ſæculis barbaram ſuam libertatem propugnarãt, tribus prælíis victi, dedunt ſe Holſatiæ Ducibus menſe Iunio.

An. 1559. die 25. Ianuarii moritur Chriſtiernus quondã rex Daniæ, Sueciæ, Norueglæq; potentiſſimus, poſt captiuitatis annum 27. Diſcite ab hoc exemplo, Magnates, iuſtitiam, & non temnere Numen.

An. 1559. Roſtochii orta ſeditio, quod Senatus promiſiſſet 86. millia aureorum ad ſoluenda Principis ſui debita. Eligitur antiſenatus, & Reſp. miſere turbatur.

An. 1559. Hoc anno in Hiſpania occiſus ob Lutheraniſmũ Auguſtinus Caçalla, quẽ in Germania Carolus V. Cõcionatorẽ habuerat: Iohannes Ægidius poſt mortẽ crematus. Varquias in ipſo Inquiſitorum certamine mortuus. cõſtantinus Pontius, trium linguarum egregie peritus, Confeſſor Caroli V.

Hoc eodem anno in vrbe Valdolidi, menſe Maio, ob eandem confeſſionẽ cremati; Franciſcus Biuerus, doctoris Ca-

ris Cacallæ frater, antea ſacrificus. Antonius Pereſius itidem antea ſacrificus Valentiæ. Chriſtophorus Delcampius, Zamorencis. Chriſtophorus Padilla, Zamorencis. Antonius Hesuellus, Torencis. Leonoræ Biueræ, Cacallæ & Franciſci Biuerorum matris, cadauer. Conſtantia & Leonora Biueræ, earundem ſorores. Catharina Romana. Iſabella à Strada: Iohanna Velaſqua, Pedrozenſes. Catharina Ortegna, Valdolidenſis. Eadem de cauſſa

Siuiliæ hoc ipſo anno 14. die Septembr. cremati: Iohanes Pontius, ex nobiliſſima Comitum Bailenſium familia. Ioannes Conſaluus, Siuilienſis Concionator. Ferdinandus Santiuanus, Ludimagiſter. Morzilius: S. Iſidori Monachus. Iulianus Ferdinandus. Chriſtophorus Loſadas, Medicus. Chriſtophor. Auellanus, S. Iſidori Monachus. Iſabella Vaenia, cuius domus, quod concionibus patuiſſet, funditus fuit euerſa. Maria Viricza, Cornelia, Maria Bohortia, Franciſca Chaueza: feminæ nobiles.

Anno 1559. Annas Burgius Gallus IC. & ſupremæ Curiæ Pariſienſis Conſiliarius, propter religionem Lutetiæ primum ſtrangulatus, & poſtea crematus eſt, 21. Decembr. æt. 37.

Anno 1559. Conuentus ordinum Imperii fuit Auguſtæ, in quo ſancita eſt pax religionis, & factæ ſunt exequiæ Carolo V. Legarus Electoris Palatini, nomine ſui Principis aſtitit Miſſæ, noluit tamen figere oſculum in patinam ſacram, oblatam à Cardinali Auguſtano, qui Miſſam celebrabat. Cardinalis iratus, magna voce dixit: Si non vis benedictionem, habeas tibi maledictionē in æternum. Reliqui Legati Sociorum Auguſtanæ Confeſſionis non ſunt ingreſſi templum.

Anno 1559. Eliſabetha Angliæ Regina, Pontificia religione abolita, religionem reformatam in rorum regnum introducit, & exulibus ob eandem omnibus liberam ad ſuos redeundi facultatem præbet.

Anno 1525. Prodit Pandectarum, quod bona opera sint perniciosa ad salutem.

Anno 1526. Iohannes Cocus Scotus, cum diuini hæreseos damnatus in Anglia fit recipiet, & mortuus Eduardo Gretseno fugitur, hoc anno in partium suarum gratiam asciuitur.

Anno 1527. Clemens VII. creatus Pontifex coronatur, & Elephantium Indicum monstruosum ludis in urbe datis fuit, & homines tres ex Ioui dedit.

Anno 1528. Constantiæ Magdeburgenses publicarunt hoc anno, diu fore Mantha Flacio Illyrico.

Anno 1529. Rex Mauritaniæ in Vrbe Fesa cum magna prædicatione homium abdicato Mahumetico Christiana fidei professionem amplexus Xaquissum est die Iulii.

Anno 1530. Maximus Imperator & Pontifex Romanus apud Augustam conuenit, & Ferdinandus Rex Romanorum Iulius Italiam ornat, Schonerus Ecclesiasten Lipsiæ Iulio.

Anno 1531. Claffis Hispanorum nauium 115. contra Turcam soluitur 15. die Nouembris. Cl. Sic. Pontificem tulit hoc Anno Andreas Doria, ferunt, propè Iotabam Africæ Mauritaniæ ad Syrtem vbi dum Aquas haurit Zerbam capit. Is Pisa Illyrici profligata & deiligata est nauis Augusta. Chriftianorum à Turcis cæli & capti peremit 6000.

Anno 1532. die 15. Martii multi nobiles premuntur, & datur Arabo in Galla ob dissidium religionis.

Anno 1533. Flecken Vngariæ Egerien per Turcas munitur. Turcis occupatum.

Anno 1534. Pontifex Iulium Lutetiæ sic Hannibalem peremptum pontificalibus exequiis fuit religiosa cura vrbium mœnia.

Anno 1535. Carolus IV. piæ Maximilian. Rex Galliæ coronatur. Rodin. D. Mart. Nauarrus Oldenburgensis confessionis adulterinæ, quæ in Augustana profertur, dux, regna interim nascentis locus quærendus.

Anno 1561. Colloquium Poſſiacum in Gallia de religione 9. Septem. inſtitutum, inter Cardinalem Lotharingiæ & inter Theodorum Bezam, finitum eſt 25. Nouembr.

Anno 1561. Albertus à Laſco Iacobum Heraclidem Sami Deſpotam in Moldauiam introducit, Alexandrum eius loci Principem crudelem vna cum numeroſo exercitu exigua manu 18. Nouemb. fundit & profligat, & Iacobum Deſpotam in regnum ampliſſ. & locupletiſſ. vſque ad vltimos ſuos terminos victrici fortitudine adeptum, reponit. Backſchius. Leonclau.

An. 1561. Condæus Princeps liber dimiſſus è cuſtodia, ſpondente pro eo fratre Nauarræ rege.

Anno 1561. Conuentus Principum celebratus eſt Neoburgi ad Salam 20. Ianuarii, vbi reſponderunt Principes Pontifici Romano, inuitanti eos ad Concilium: Decreta item de quibuſdam controuerſiis facta & confirmata ſunt.

Anno 1561. Coſmus Medices Dux Florentiæ inſtituit Ordinem Equitum S. Stephani.

Anno 1561. Seditio Lutetiæ orta 26. Decemb. Euangelicis in templo S. Medardi congregatis.

Anno 1561. Liuonia graui ac diuturno bello multiſque cladibus à Moſcouitis afflicta, vaſtata, & magna ex parte in poteſtatem eorundem redacta, cum propter plurimarum ciuitatum, arcium & propugnaculorum amiſſionem, bonorum direptionem, & quotidianas incurſiones viribus opibuſq; propriis ſtatum ſuum defendere, ſeq; à ſeruitute & crudelitate hoſtili diutius tueri non poſſet: publico & vnanimi ordinum conſenſu clientelę & poteſtati Sigiſmundi Regis Poloniæ ſe ſubiecit, & eiuſdem ditionibus adiuncta eſt meñſe Nouembri: atque ita ordo militum Teutonicorum in Liuonia, cum floruiſſet annos 357 abrogatis deſiit. Magiſter autem eiuſdem Ordinis creatur Dux Churlandiæ, & Gubernator Liuoniæ.

An. 1561. Albertus Hardenbergius Theologiæ Doctor à Principibus & ſtatibus Circuli inferioris Saxoniæ,

Brunſuigæ congregatis, quibus Epiſcopus Bremenſis cauſam Alberti diiudicandam commiſerat, propter Zuinglianiſmum ab officio motus Embdam concedit: vbi aliquot annos poſt moritur.

Anno 1561. Conſules & Senatores nonnulli, multique ciues Bremenſes Luterani panico terrore perculſi ex vrbe fugiunt. Daniel à Buren Alberti fautor, Conſul nouum Senatum creat.

Anno 1562. Franciſcus Guiſius in oppido Vaſſeio ducentos fere homines religionis cauſſa in templo interficit die 1. Martii.

Anno 1562. Primum bellum Gallicum ob religionem geſtum.

Anno 1562. Maximilianus renunciatus Rex Romanus 24. Nouemb. Francofurti, coronatur 30. Nouemb. Corona regni Bohemiæ impoſita eſt ei Pragæ 20. Septemb.

Anno 1562. Antonius Borbonius Rex Nauarræus ad Pontificios à reformatis defectionem facit: & primus exercitum Regis contra fratrem Ludouicum Borbon. Principem Condæum, & alios reformatæ religionis ipſi adhærentes educit. Verum dum Rotomagum vrbem obſeſſam grauiter oppugnat, globo tormentario ictus occumbit, die 17. Nouemb. ætat. 45.

Anno 1562. Philippus rex Hiſpaniæ, plurimos nouos Epiſcopatus in Belgio inſtituit; contradicentibus ceteris Prælatis tanquam contra priuilegia ſua.

Anno 1562. Coſmus Florentiæ Dux, inſtituit Ordinem Equitum Stephanitarum, eiſq; concedit inſulam Ebuſam.

Anno 1562. Franciſcus Dux Guiſius, Claudii Lotharingia & Guiſiæ Ducis filius, à parte Pontificiorum, Ludouicus vero Borbonius Princeps Condæus, Caroli filius, Antonii Borbonii Regis Nauarræi frater, Dux reformatorum, & Caſpar Colignius Amiralius, die 19. Decembr. prælio ad Druidum Vrbem in Normandia dimicantes æquo fere Marte conflixerunt: in quo vtrinque circiter nouem millia cæſi: Conſtabilis primum à Con-

Condæanis captus, & Mareſcalcus Santandræus occiſus eſt, & tandem ipſe quoque Condæus equo collapſo in Guiſianorum poteſtatem peruenit. permutatione euaſit.

An. 1563. Ioannes Baſilius Moſcouitarum Princeps Polotiam Vrbem & Ducatum Lithuaniæ occupauit, 15. Febr.

Anno 1563. Franciſcus Dux Guiſius, Henrici pater, copiarum Gallicarum ductor, dum Aurelias obſidet, à nobili quodam Iohanne Poltrotio Meræo, patria Engoliſmenſi, tribus ſclopeti glandibus à tergo traiectus 18. Febr. paucis poſt diebus 24. Febr. expirat. De autore comprehenſo ſupplicium ſumptum eſt Pariſiis 18. Martii, quatuor equis corpus eius diſcerpentibus.

Anno 1563. Iacobus Heraclides, natione Græcus, Deſpota Sami, qui Valachiam ante biennium, pulſo Alexandro auxiliis Alberti à Laſco occuparat à ſuis Valachis dolo circumuentus 5. Nouembris, trucidatur: & ſequenti anno Alexander Tyrannus iterum in Valachiam Turcicis auxiliis reſtituitur. Backſchius.

Anno 1563. Die natali Virginis Mariæ 8. Septemb. Maximiliano II. Imp. imponitur corona regni Vngariæ, Poſonii.

Anno 1563. Bellum inter Fridericum Daniæ, & Ericum XIV. Sueciæ Reges, inchoatum, quod annis 8. duraſſe.

An. 1563. repertus eſt aries ante Reutlingam, cui ſunt annuli 74 præfixus autem eſt ferro validiſſimo.

Anno 1563. Finitum eſt Concilium Tridentinum die 4. Decemb. à prima ſeſſione ad vltimam ſunt anni 18. Panuinius ſcripſit duraſſe omnino an. 5. Duos ſub Paulo III. vnum ſub Iulio III. biennium ſub Pio IV.

An. 1564. hiems fuit frigidiſſima; ſecutaque æſtas etiam feruentiſſima.

An. 1564. Michael Lopezius Legaſpe auſpiciis Philippi II. Regis Hiſpaniæ nouas Inſulas vltra 40. verſus Septentrionem reperit, eaſq; ſubactas de nomine Regis ſui Philippinas appellauit.

Anno 1564. circa finem Februarii Dani maximam illam Suecorum nauim ingenti prælio superatam ad Bornholmã insulam submergunt.

Anno 1564. Colloquium Maulbrunnæ inter Theologos Archipalatinos & Wittembergicos de Vbiquitate & Cœna Domini habitum mense Aprili, præsentibus Principibus Friderico Electore Palatino & Christophoro Duce Wittembergensi: exiit in nouas Theologorum digladiationes.

An. 1564. Galli Duce Renato Laudonniero classis Præfecto, in Floridam Americæ prouinciam nauigationem secundam die 22 Aprilis susceperunt.

An. 1564. Sueci frustra obsident Elsburgum superiori anno sibi ereptam à Dano. in Norwegia quædam occupant statim, statimque amittunt maritima etiam clade affecti; sed nullo lucro hostium, cum naues in mari medio ignis absumeret.

Anno 1564. Augustus Sax. Elector Episcopatus suæ ditionis impetrat ab Imperatore, reditusque in fiscum suũ redigit. id quod facit & Brandeburgensis.

Anno 1565. Iunii die 2. Adam Smeckouicius Comes, nomine Maximiliani II. Imp. instat apud Elizabetham Angliæ Reginam, super coniugium cum Carolo Duce Austriæ Cæsaris fratre iuniore: sed sine successu.

Anno 1564. Synaxis sacra in vtraque specie etiam Laicis concessa ab Imp. Ferdinando, die 18. Iunii Viennæ, per Vrbanum Episcopum Gurcensem in templo S. Stephani publicatur & administratur.

Anno 1565. Carolus IX. Rex 5. Idus Aprilis Burdigalam ingreditur & salutatur ab omnib. ordinibus, præeunte Senatu, sub vmbella à sex viris iuratis delata.

Anno 1565. Melitam Insulam Turcæ Mense Iunio obsidere cœperunt Verum cum eandem 4. mensium spacio acerrime quidem, sed irrito exitu oppugnassent: amissis 23000. militum discesserunt. Ex Melitensibus 240. equites,

Digitized by Google

5,3000. milites, & bello inutilis turba capita 1700. cæsa periere. Leonclau.

Anno 1565. Die 7. Iulii committitur est atrox prælium inter Fridericum Daniæ & Ericum XIV. Sueciæ Reges, in quo circiter 7000. militum vtriusq; desiderata, & prætoria nauis Danica (quæ mille & centum militibus classiariis, 12. maioribus tormentis, ingentiq; apparatu bellico instructa erat) cum biduum à sex Suecicis vndique cincta sese acerrime defendisset, tandem classiariis cæsis vel vulneratis, vna cum Amiralio Ottone Rud a Suecis capta est: quanquam & Suecorum naues aliquot perierint.

Anno 1565. Lazarus Swendius Nobilis Sueuus, consilio, vigilantia, fortitudine, celebritate & disciplina militari inclytus, die 4. Febr. & sequentibus, initium fecit belli Vngarici: arces & dominia amplissima, videlicet, Tockaiū, Zathmarum, Zerencium, Erdeudam, Kuuaram, Bathor, Vuibaniam, & Sendereuiam, aliaque insignia loca, prospero victoriæ cursu expugnauit, & Maximiliano II. Imp. Ro. subiecit.

An. 1565. Galli, Caroli IX. Regis sui auspiciis, Iohanne Ribaldo Legato regio Duce, in Floridam bis à se antea, sed frustra tentatam, septem nauium classe instructi, nauigationem tertiam susceperunt, & ad littora illius appulerunt die 14. Augusti. Verum cum ibidem vix vsque ad diem 22. Septemb. hæsissent, loci nimirum commoditatem, terræ fertilitatem, & incolarum barbarorum mores, ritus, religionē, aliaq; cognituri, & postea oram illam vt vacuam, & nullis adhuc Hispanorum Coloniis infestam occupaturi, ab Hispana classe communicato cum barbaris loci istius consilio, fœdissime cæduntur: paucis fugæ elapsis & in Galliam reuersis. Vrban. Calueto in descript. exped. Florid.

An. 1566. Prima Comitia Maximil. II. Imp. Augustæ celebrauit, in quib. ad bellum Turcicum gerendum ab Ordinibus Imperii auxilia vel sumtus decreti sunt. Hoc itaque anno suscepta est expeditio in Vngariam.

In his Comitiis Fridericus III. Pius Elector Palatinus inter infestos proceres veritati testimonium perhibuit, Duce Ioanne Casimiro Filio Codicem Biblicum in Senatum portante. Nemo Principum ausus fuit cum Friderico συμφιλονεικεῖν de controuersia coenæ, de qua accusabatur.

Anno 1566. Augustus Elector Saxoniæ vsitata ceremonia accepit Feuda ab imperatore Maximiliano Augustę, 23. Aprilis.

Anno 1566. Chius Ægæi maris Insula à Christianis, partim Italis, partim Græcis inhabitata, sub iugum Turcicum missa est a Piali Bassa, ipsis feriis Paschalibus, nempe 14. 15. 16. Aprilis. Leonclauius.

An. 1566. Zabaticam, Pelsozium, Gombazzecum, Crasnahurcam & Gadigen, Vngariæ castella, Swendius occupauit. Leonclauius.

An. 1566. Eccius Salmæ & Neoburgi Comes, Vesprinium celeritate memorabili 29. Iunii expugnauit, & Tattã ac Gestes Vngariæ arces, cæsis præsidiariis, mense Iulio à Turcis feliciter recuperauit.

An. 1566. Antuet piæ è templis statuę imagineſq; sanctorum eiectæ sunt die 20. Augusti, idq; etiam in aliis locis factum est.

An. 1566. Burdigalæ 22. Februarii stella per tres horas à meridie apparuit: quod & iterũ accidit 24. mensis sequẽtis.

Anno 1566. Pestilentia Brunsuigam, Hildesiam, Hannoueram, omnesque fere Saxoniæ ciuitates duriter afflixit.

Anno 1566. Viri nobiles in Belgico amplius 400. die 6. Aprilis supplicarunt Margarethæ Austriacæ Caroli V. filiæ, Belgicarum prouinciarum gubernatrici, ne Hispanicam inquisitionem inuehi permitteret, sed libertatem in religione concederet.

Anno 1566 Gyula arx in Transyluaniæ finibus munitissima, scelerata Ladislai Kerezinii Præfecti proditione Pertauo Bassæ Veziri post 2. mensium obsidionem dedita & capta est 2. Septembr. Milites præsidiarii perfide &

fide & crudeliter trucidari. Kerezinus vero paulo post atrocissimo à Turcis supplicio affectus, pœnas proditionis persoluit.

Anno 1567. Lazarus Suendius medio mense Ianuario Zaduarum infinibus Transyluaniæ, & sequenti Februario Munkacsium in Vngaria superiori, arces munitissimas, deditione cepit.

Anno 1567. Ioannes Marchio à Berghen, Gubernator Hanonię, vna cum Florentio Mommorencio Domino à Montigny mittuntur ab Ordinibus Belgicis in Hispaniam Regem Philippum sibi conciliaturi.

An. 1567. 13. Martii milites omnes per Tolousam congregati Oosterwelę prope Antwerpiam misere concidunt, repentina inuasione Philippi Lanoii, quem cum manu hinc inde collectorum præsidiariorum eo miserat Gubernatrix Margareta.

Anno 1567. Antuerpiæ 15. Martii, Luterani Pontificiis se contra Caluinianos coniunxerunt, accersitis ex Germania Flaccio Illyrico, Spangenbergio, Hamelmanno, & aliis aliquot Confessionis Augustanę Theologis: vt nimirum eam Religionis formam, quam Protestantes Germani amplecterentur, in Belgicum introducerent, & contra Caluinianos defenderẽt. Verum exacto 7. mensium spacio Regis declaratione allata, & militum copiis à gubernatrice cõductis, exercitium religionis in Belgico abolitum, & Concionatores omnes dimissi sunt. Chron. Belg.

Anno 1567. April. die decimo exiit Antuerpia quidquid nouis Cõcionatoribus sese implicarat ad multa millia, quos subsequitur Gulielmus Auriacus die postero.

An. 1567. Nicolaus Blattenhardus Eslingensis, cum ante an. 25. in Pharmacopolio Grani Vngariæ captus fuisset, multa passus in seruitute Turcica rediit 6. Apr. in patriam, cum Sicula muliercula, quę ipsum grandi pecunia redemerat. Ei promiserat matrimonium; neque seruare potuit, viuente adhuc prima coniuge; à qua tamen nihil ei boni cõsigerat; quæq; ad eius redemptionẽ nihil vnquam conferre voluerat.

An. 1567. Die 18. April. ſupplicium ſumtum eſt de Wilhelmo Grumbachio, D. Chriſtiano Pontano & aliis. Anno à capto Iohanne Frider. 20. à Smalcaldica Synodo 30. à capta Roma 40. à prima mutatione religionis 50.

An. 1567. Vrbs Gotha & arx contigua Grimmenſtein per deditionem Commiſſariis Imperii & Electori Auguſto, vna cum Duce Saxoniæ Iohanne Friderico tradita eſt 13. Aprilis die Dominico, qui dicitur Miſericordia Domini.

Anno 1567. Ericus Dux Brunſuicenſis intrat Vrbanam Henrici Biederodii oppidum, dirutiſque portis mulctat 26. April.

Anno 1567. Ferdinandus Aluares Toledo Dux Albæ Barcellona diſcedit, legatus futurus Philippi Regis in Belgio, veniteque Genuam 17. Maii.

Anno 1567. Ferdinandus Aluarez Toletanus Dux Albæ ſoluit Hiſpania 17 Maii futurus gubernator Belgii, quod non notat. Princeps Auriacus ante aduentum eius callidè ſe ſubduxerat cum fratre Ludouico: animaduertenſq; Comites Hornanum Egmondanumq; operturos aduentui eius, iuſſit; omnes qui Albano obuiam proficiſcentur capta ſua exponent Hiſpanis quaſi terminos Mercuriales, corpora vero veluti pontones trabeſque tranſitorios.

Anno 1567. Ferdinandus Dux Alba coacto exercitu eum luſtrat in Alpibus Rheticis 2. Iunii; conſtabatque ex peditibus 8700 equitibus 1600. menſe Iulio pergit per Sabaudiam, Burgundiam, Lotharingiam verſus Luxemburgicum agrum, vbi iterum aliis adhuc copiis augetur: veniſque circa Bruxellas 22. Aug.

Anno 1567. Lamoraldus Comes, Egmondanus, Philippus Comes Hornanus, Antonius de Stralen Conſules Antuerpienſium, cuſtodiæ mandantur die 9. Septem. Bruxellis.

Anno 1567. Philippus Gulielmus Comes Naſſouius Guilielmi filius XV. annorum adoleſcens Louanio aufertur die 10. Septem. mittiturq; in Hiſpaniam, vbi hæſit in libera cuſtodia per annos quaſi 28.

Ant

An. 1567. Solymanus II. Turcarum Rex duodecimus & Quartus Imp. Orientis, obiit in castris ad Zigetũ in Vngaria, die 4. Septemb. ætat. 76. cum imperasset an. 46. Huic die 23. Septemb. successit filius Selimus II. Turcarum Rex decimus tertius, & Quintus Imp. Orientis, ætat. 42.

Anno 1567. Solymanus Turc. Imp. Zigetum die 6. Augusti obsidere cœpit: quod licet acerrime defenderetur à Nicolao Comite Serinio, heroe fortissimo, præsidii præfecto: tandem tamen die septimo Septembr. decima quarta oppugnatione expugnatum est, ipso Comite Serinio in ponte arcis cum insigni nobilium Vngarorum, strenuorumque militum numero à Turcis interempto. Hostes triginta suorum millia desiderarunt. Comiti Serinio caput à Turcis amputatum, missum est ad Maximilianum II. Imp. ad cuius patrem Ferdinandum ante an. 30. idem Comes Serinensis attulerat serico inuolutum caput Catzianeri à se obtruncati.

An. 1567. Secundum bellum Gallicum ob religionem gestum: quod durauit à mense Octobri vsque ad Martium anni sequentis 68.

Anno 1567. Antuerpię imponitur castellum, quasi frenum, parte Meridionali iuxta Scaldim 27. Octob. interimque milite cũ Germano vrbẽ custodit Albertus Lodronius.

An. 1567. Ludouicus Condæus reformatarum in Gallia Ecclesiarum Dux præcipuus, dum Lutetiam Parisiorum obsidet, Annam Mommorencium Galliæ Conestabilem ex vrbe erumpentem prope Sandionysium cum suis profligauit. Ipse Conestabilis senex octogenarius à Stuardo Scoto globo tormentario traiectus occubuit die 2. Nouembr. Vnde exercitus imperium ad Henricum Valesium Ducem Andegauensem, Caroli Regis fratrem, delatum est. Commentarii rerum Gallicarum.

An. 1567. Margaretha Parmæ Ducis vxor publico scripto valedicit Prouinciis Ordinibusque Belgicis die nono Decembr. 30. autem discessit Bruxellis Italiam versus.

Anno 1567. Ferdinandus Dux Albæ citat 19 Decemb. intra tres 14. dies proximos Gulielmum Comite Naſſouiũ ac fratrem eius Ludouicũ, Antonium Lalainium Comitem Hochſtratanum, Ioan. Comitem Berghanum, Florentium Comitem Culenbergium, Henricum Brederodium, cæteramque nobilitatem tanquam rebellem, atq; religionis reformatæ: non comparentes, ſimul ac ſemel omnes damnat crimine læſæ maieſtatis die 28. 1568. bonis eorum vniuerſis confiſcatis.

An. 1567. Sabaudus & Bernates reconciliantur. Bernates tres reſtituunt Comites, cætera ſibi retinent.

An. 1567. Gourgueſius Capitaneus ac Nobilis Burdegalenſis, iniuriæ atque ignominiæ, genti ſuæ ab Hiſpanis illatę, vlciſcendæ cupiditate impulſus, quartam nauigationem in Floridam inſtituit.

An. 1567. Valencinæ quę recuſarant admittere præſidiũ regiorũ Hiſpanicorum militum, tandem obſeſſæ, & oppugnandæ per Norcarmiũ ſeſe dedunt; qui ad ducentos diuerſis vicibus ſupplicio capitali ſuſtulit, ſuſpenſis concionatoribus duobus Guidone de Bres ac Peregrino de la Grãge. Exinde Reformatæ religionis homines vbiq; labaſcere ac diſſipari: iterumq; templorum ornamenta reponuntur ſuis locis: atq; oppida quęq; animaduertunt in turbatores ſuos: ita quidem vt paruula admodũ fuerint vbi non perierint illo anno quinquaginta, centum, ducenti, trecenti, omnes ſcilicet crimine læſę maieſtatis. *Meter.*

Anno 1568. Ferdinandus Dux Albæ egregie in ordinem cogit auctoritatẽ Ordinum Generalium, cõſtituto Senatu XII. Virali, qui cognoſceret de tumultibus ſeditionibuſq; Belgicis, dictus Sanguinarius. Præſes eius erat Ioannes Vargas, Hiſpanus homo crudelis & auarus.

An. 1568. Sancius Dauila miſſus ab Albano diſſipat exercitum Principis Auriaci Fœderatorumq; congregandum luſtrandumq; in agro Juliaco, 25. Apr.

An. 1568. Ferdinandus Dux Albę publice Bruxellis foro equino ſuppliciũ ſumpſit capitale de Gisberto & Theoderico Baro-

:o Baronibus Batenburgicis aliiſq; nobilibus num. 15. die 1. Iunii: ſequẽti vero die animaduertit in quatuor alios. ſimilis pœna Viluordæ quoq; inflicta aliis nobilibus, Stralio, Caſimbrotio &c.

Anno 1568. Florentii de Pallant Comitis Culemburgii ædes Bruxellis à fundamento euertũtur 5. Cal. Iulias; quod in ea primum conuentum fuiſſet à Nobilitate quę ſupplici libello religionis libertatẽ petierat à Margareta Parmenſi.

An. 1568. Ferdinandi Ducis Albani mandato Gyſebertus & Theodorus Barones Battenburgii fratres, vna cũ 16. Nobilibus, coniurationis nomine damnati, die 1. Iunii, Lamoralus vero Comes Egmondanus Flãdrię & Arteſię Gubernator, victoriis aliquot de Gallo partis celebris, æt. 46. & Philippus Mõmorencius Comes Hornanus, Belgici maris Præfectus, ætat. 50. Ordinum Conſiliarii, & Equites aurei velleris, die 5. Iunii, Bruxellis capite truncati ſunt.

An. 1568. Ludouicus Comes Naſſouius, relicta obſidione Groningẽſi infeliciter pugnat cõtra Ducẽ Albanũ 21. Iunii.

Anno 1568. Gulielmus Auriacus collecto exercitu ingẽti, Ronnersdorfii in Epiſcopatu Treuirenſi, prohibetur ab Albani Ducis oppoſito milite, ne ſecure pergat in Belgiam: ideoque conatur ſe iungere in Gallia Principi Condæi. ſed recuſantibus Germanis contra alium militare quam Ducẽ Albanum, copiæ omnes diſſoluuntur circa Argentinam fine Septemb.

Anno 1568. Ducis Albani mandato capite plectitur Amſterodami anus anorum 84. quod apud eam pernoctaſſet Lutheranus Concionator. bona eius fiſco adiudicata, quorum annua fuerant 4000. Florenorum.

Anno 1568. Ludouicus Comes Naſſouius parta de Comite Arembergio victoria, Groningam obſedit. Verum cũ Ducem Albanum valido cum exercitu aduentare intelligeret: obſidionem ſine mora ſoluens prope Embolam ſe recepit: vbi militibus emerita ſtipendia depoſcentibus, & pugnam ignauo metu detrectãtibus, ab Albani copiis ad Gemmingam, die 21. Iulii peditatus ipſius cęſus: ipſe vero Naſſo-

uius cum Iusto Comite Schauuenburgico, & maxima equitatus parte elapsus est. Chron. Belg.

Anno 1568. Ludouicus Comes Nassouius, Auraici frater, Hispanorum copias in Frisia inter Heilægerlæum & Winshotum, prope Groningam prælio deiicit, cæso ipsorum Duce Ioanne Comite Arenbergio, Frisiæ Gubernatore, in quo Adolphus Comes Nassouius fortiter pro defensione fratris sui Wilhelmi Principis Auraici pugnans occubuit. 23. Maii. Chron. Belg.

Anno 1568. Gorgueus Præfectus militaris, Burdegalensis debellatis in Florida Americæ parte Hispanis, tanquam vindex nominis Francici, in Aquitaniã redit, & Burdigalensibus tormenta ænea Austriacis notata insignibus, æquo pretio in memoriam Victoriæ reliquit, quæ adhuc seruantur in ædibus publicis.

Anno 1568. Rustico Wirtenbergico in villa Obersultzæa, nomine Ioannes Mayer, peperit sua vxor die 10. Octobris tres filias Barbaram, Catharinam, Agnetem, postridie baptizatas. Eidem homini eodem anno, tempore verno, vacca enixa est tres vitulas, albo rubroque interspartas, ita inter se similes vt dignosci nequeant; quæ biennio post singulos peperere vitulos, optimumque præbuerunt lac. Etiam ouis duos agnos illi ipsi peperit; quod tamẽ rarum non est. Crusius.

An. 1568. Maximilianus II. Imp. Nobilitati Austriacæ doctrinam Confessionis Augustanę concessit, 18. Iunii.

An. 1568. Colloquium Aldenburgẽse inter Theologos Misnicos & Thuringicos incoatur 21. Octob. finitur 9. Martii, an. seq. Vide acta edita. Disputatum est de iustificatione, &c. Flacius contendit peccatum esse substantiam, & nõ accidens. Hoc certamine moto demũ Flacius Hacceſſe, & fratribus suis sordere cœpit, ac idem passus est à suis, quod Melanchthon ab ipso, estque hic an. 20. ex quo Flacius Philippum Melanthonem oppugnare cœpit.

Anno 1568. Die 24. Decembris Anglici mercatores custodiuntur Antuerpiæ ab Duce Albano, in Domo sua, per mili-

militem Hiſpanum; naues etiam eorum paſſim confiſcatæ diſtrahuntur: ideo quod Regina eorum recuſaret reſtituere occupata ducenta millia Piſtoletorum à Genuenſibus mercatoribus Albano mutuo credenda &c. cum interim Dux ille non conſideraret poſſe Reginam vindicare hanc iniuriam cum fœnore, arreſtãdo Belgarum bona tota Anglia: vti etiã accidit. vnde factum, vt confiſcata quidẽ vtrinque cederent fiſco; ſed mercatores hinc & inde ſuis ſpoliarentur.

Anno 1569. Die 22 Ianuarii Ferdinandus Albæ Dux verat tecto recipi, abſcondiue Gueſios ſub pœna capitis; adeo quidem vt nec vxor maritum, pater filiũ, vel contra texiſſe fas eſſet. priore etiam anno publice mandarat, vt quiſq; bona fugientium deferret, præmio habiturus partem eorum tertiam. qui id refugeret, corpore puniendum, niſi tantum haberet in bonis quo æquaret pretium confiſcandorum.

Anno 1569. Tertium bellum Gallicum (quod biennium durauit) ob religionem geſtum: in quo Ludouicus Borbonius, Princeps Condęus, heros fortiſſimus, patriæ quæ pro pugnator acerrimus, ad Iruacum (prope Engoliſmam) fortiter pugnans, & vulnerato equo concidens, primum à nobili Saniano captus, deinde contra fidem datam à Monteſquio, Henrici Valeſii Ducis Andegauenſis excubitorum Præfecto, Sclopeti glande traiectus, occubuit 13. Martii, circa æquinoctium vernum: relictis poſt ſe quatuor filiis, Henrico Borb. Principe Condæo, Franciſco Borb. Principe Contiaco, Carolo Principe Condæo, & Carolo Sueſſonum Comite. Commentarii rerum Gallicarum.

An. 1569. Pius V. Pontifex Maximus menſe Maio miſit Ferdinando Duci Albę Roma Bruxellas gladium deauratũ conſecratum fortitudinis ergo; atque vt deinceps pergeret tueri decus incolumitatemq; religionis Catholicæ Rom.

Anno 1569. Die 3. Octobr. pugnatum eſt Monconturii cõtra Regios à Principe Condæo. Duce Bipontino, magna vtrinque clade, ſed maiore Proteſtantium.

An. 1569. die 3. Oct. cõmiſſa eſt memorabilis pugna Caſpa-

ris Colignii, Galliæ Amiralii, cum Henrico Valesio Duce Andegauensi, Gallici exercitus Imperatore ad Moncontu-rum. Ex reformatorum tam Gallorum quam Germanorũ numero cęsi quinq; millia peditum & centum equites: Ex Pontificiorum vero parte plurimi equitum & nobiliorum quidem, inter quos Philibertus Marchio Badensis, Rhingrauius & Claremontius Comites, & aliquot Equites ordinis desiderati sunt. Comment. rerum Gallicarum.

Anno 1569. Inter domesticos Anglorum seditiones Simon Comes Monfortius ab Eduardo regio iuuene in prælio captus occiditur: cuius sequenti anno mortem Guido filius grauiter vlciscitur, trucidato Viterbii Henrico Comite Cornubii Eduardi patruele, reuerso ab expeditione Asiatica.

Anno 1569. Selymus Turcarum Imp. expeditionem aduersus Tataros Astracanenses, Magno Moscouię Duci subiectos, suscepit mense Martio, & cum magno Turcarũ exercitu, plurimarum nauium classem terra marique emisit: qui adiunctis sibi Tatatis Præcopensibus, longo & periculoso itinere 5. Septembris sub Astracanum Vrbem peruenit: quam cum ad diem 15. infeliciter oppugnassent, multis suorum millibus amissis, & classe in Tanai fluuio, ad mortem Perewloka dissipata & fugata, hostis quoque imminentis metu, fame ac peste, ad extremas angustias redacti, die 21. Septemb. ingenti cum dedecore & damno cedere, & obsidionem soluere coacti sunt. Alexander Gaguinus. Chron. Moscouiæ.

Anno 1569. Henricus Dux Luneburgensis matrimonio sibi iungit Vrsulam, Francisci Lauuenburgici Ducis filiam.

An. 1569. Mauritani in regno Granatæ, qui iugum Hispanicum excutere conabantur, à magno Castiliæ Commendatore, & Ioanne Principe Austriaco deuicti & superati sunt.

An. 1570. Vigesima quarta Ianuarii Senator Burdigalen-

sis,

sis, deprehensam vxorem cum adultero in lecto geniali, ambos occidit: & intra biduum, caussa per Senatum cognita, publice absolutus pristino honori restituitur.

Anno 1570. 5. Februarii conuenerant aliquot Comites nobilesq; in arce Waldebergica ditionis Hohenloensis, genio litaturi. Gynæceum vestitu Angelico viros ludo tesserario prouocat. viri postea, vt antithesis fieret Diabolorum specie in medium veniunt, mulieribusque tesseras proferunt. Verum cum habitus eorum componeretur ex lino, stupa, pice, ecce ignis interuenit, vel ministris incuriosius gestantibus faces, vel in candelam impingente quodam dum in mensa ludit: incendioque illo duo Comites Georgius Tubingensis & Dominus loci misere interiere. etsi enim ministri aquam suggererent, ea partim festinatione nimia trepidantium, partim fundo vasium excidente periit. sed nec in grandi labro, alias semper aqua pleno, vlla tunc reperta est. Aliquot etiam nobiles mire ambusti sunt.

Anno 1570. 5. Martii Pius V. P. M. Cosmum Florentinum præsentibus omnibus Cardinalibus Romæ in sacello S. Sixti inaugurat Magnum Etruriæ Ducem, corona capiti imposita, tradito sceptro. Quem actum Maximilianus Imp. per legatos improbauit, vt in præiudicium imperatoris Rom. factum, cui Florentia & Senæ pareant, pertinentes ad Cameram Imperialem.

Anno 1570. 30. Maii iussu Albani concremantur Hagæ Comitis quatuor Pastores tanquam Lutherani, vnus parochus Lyræ circa Delphtum, annorum 70. alter Schagæ, tertius Yselmondæ, quartus Munsteræ; non sine magna populi miseratione.

Anno 1570. Virgo Burdigalæ dissimulato sexu & habitum virilem mentita nubit virgini; cum qua per sex menses vt maritus morata; tandem à parentibus fraude deprehensa, cum à Iudice Cadillaci ad furcam damnata appellasset Senatum, eius iudicio 17. Iunii post mulctam

honorariam & ignominiosam, fustibus cæditur ad suos re-
dire iussa.

Anno 1570, die vltimo Iunii qui erat dies Lunę post fe-
stum S. Iacobi, ipso nundinarum die Hannouerę in mœ-
nibus vrbis turris fulmine de cœlo tacta est, tanto quidem
impetu, vt tota inde ciuitas tanquam terræ motu conce-
reretur.

Anno 1570. honorifice excipitur Antuerpiæ ab Duce
Albano Anna Austriaca sponsa Philippi Hispaniarum Re-
gis, 29 Augusti, abiitq; cum classe 90. nauium, cui & mer-
catores se aggregarant, in Hispaniam 25. Septembr.

Anno 1570. Nicosia, Cypri metropolis, à Turcis, Duce
Mustapha Bassa, acerrime 7. hebdomadarum interuallo
oppugnata, tandem die 10. Septembr. in hostium pote-
statem redacta & misere direpta fuit, cæsis præsidiariis,
extincta nobilitate, reliquis vero in seruitutem abductis,
postquam Veneti annis 100. Cyprum possedissent. Leon-
clauius.

Anno 1570. Dux Albanus in Belgico proclamari iubet
Condonationem (vulgo Pardonam vocant) omnib. diuer-
sæ religionis hominibus, modo ad Catholicæ Ecclesię gre-
mium redeant & confugiant. Chron. Belg.

Anno 1570. die ominum Sanctorum in Hollãdia, aliisq;
adsitis prouinciis, immanis ingruit inundatio, quę ciuitates
plures labefactauit, villas infinitas abstulit submersitq;, in-
terfectis mortalium quater 100. millibus, pecudibus ve-
ro armentisq; innumerabilibus.

Anno 1570. Ferraria terræmotu concussa mense No-
uembri.

An. 1570. Ebnerę in Duro campo Sueuiæ, die 2. Decem-
quidam non sustinens amplius intueri famem suorum, ex
liberis duos strangulauit suspendio. Cum de tertio & de v-
xore idem moliretur, eorum vociferatione homines con-
citi, eos liberarunt.

Anno 1570. Stetini facta est Pax inter Reges Daniæ &
Sueciæ, mense Decembri.

Anno



Digitized by Google

Anno 1571. Mẽse Febr. Burdigalæ Æthiopes à mercatore Normanno venditioni expositi, agente cognitore Regio, libertati suæ S. C. redduntur: quod Gallia non agnoscat seruos.

Anno 1571. Moscouiam, regiam Moscorum Vrbẽ, Tartari Præcopenses cum arce exusserunt mense Maio, ipso die Ascensionis Christi, vbi ingens populi multitudo flammis fumoq; suffocata, mancipia & spolia plurima à Tartaris abducta, & tota vicina regio longe lateq; ferro & igne deuastata est. Alex. Gaguinus, Chron. Moscou.

Anno 1571. 28. Iunii duo Iudæi quod in Springensium oppido hospitam cum duobus filiolis interfecerant, Calenbergæ arce Erici Ducis Brunsuicensis forcipibus ignitis excruciati rota brachiis cruribusque fractis interiere.

An. 1571. Famagusta, olim Salamis dicta, Cypri vrbs nobilissima, anno præcedenti mense Augusto obsideri cœpta, cum per annum integrum obsessa, fortiter vim hostilem substinuisset, tandem in extrema rerum omnium penuria Turcis certis conditionibus deditionem fecit, die 5. Augusti. Marcus Antonius Bragadinus Vrbis Præfectus, iussu Mustaphæ Bassæ, per summum scelus violata fide viuus excoriatus, reliqui vero dediticii omnes crudelissime trucidati sunt. Turcarum durante obsidione vltra 80000. cæsi periere. Leonclau.

Anno 1571. Eodem anno, percusso inter Pium V. Pontificem Rom. Philippum II. Regem Hispaniarum, & Senatum Venetum fœdere, classis instructissima (cuius Dux supremus Ioannes Austriacus, Caroli Quinti filius, Regis Hispaniæ frater, designatus fuerat) contra Turcas emissa est: quæ prælio ad sinum Corinthiacum (qui hodie Golpho de Lepanto dicitur) die 7. Octobris commisso, classem Turcicam feliciter profligauit, & victoriam multis seculis inauditam obtinuit. Turcarum cæsi ad 25000. capti 4000. Christianorum captiuorum liberati 14000. Inter præcipuos Alis Bassa cęsus occubuit. Per-

tauus vero Baſſa nauigio fugiens ad terram euaſit: & præterea claſſis hoſtilis vniuerſa cum tormentis aliiſque ſpoliis ampliſſimis in Chriſtianorum poteſtatem peruenit: triginta tantum circiter triremibus & nauigiis exceptis, quibus Vluzalis mari aufugit, Leonclau. Sanſou. & alii. Eſt annus à belli Peloponneſiaci principio 2000. a Monarchia Alexandri Magni 1900. a victoria Actiaca, & Monarchia Auguſti 1600. ab excidio Hieroſolymorum ſub Tito 1500.

Anno 1571. Maximilianus Fuggerus, Ordinis Teutonici, ex horrendo bombardarum ſuæ nauis ſono, in illa terribili cum Turcis ad Echinadas pugna, obſurduit.

Anno 1571. conceſſus Inſulanis in Flandria ſtato die liber mercatus equorum ſemel in anno, per dies quinq;.

Anno 1572. dum Dux Albanus in eo eſt vt menſe Martio Bruxellæ piſtores, ceruiſiarioſq; recuſantes aperire officinas, ne ſoluerent nummum decimum ab ipſo exactum, per carnificem in ædium ſuarum portis ſuſpenderet: ecce fertur ei nuncius de occupata Brielia die prima Aprilis ab Gulielmo Comite Marcano Barone Lumæo, cui ſe adiunxerant exſules Belgæ, importunitate Albani regno Angliæ & Oceano eiecti prohibitique a Regina Angliæ. Erant tantum manipulus egenorum: ſed exacerbatis omniũ vbiq; animis ob nũmum decimũ, facile inuenere fautores. quos dũ contẽnit Albanꝰ maximos facile fecere progreſſus.

Anno 1572. 9. Aprilis Maximilianus Comes Boſſu Brielã obſeſſurus, prohibetur trãſire cum milite ſuo Hiſpano Roterodamum niſi dum ciues per partes. Dum id non præſtãt; oppidum inuadunt, occiſis fere ciuium quadringentis. verum diſcedere inde coguntur 21. Iunii vicinis ciuitatibus deſciſcentibus ab Hiſpano, atq; agnoſcentibus pro Gubernatore ſuo Gulielmum Naſſouiæ.

An. 1572. pridie Paſchatis mittit Dux Albanus metatores ſuos Fliſſingæ, nouum ibidem inducturus præſidium. cum autem ibidem deſignaſſet locum extruẽdo caſtro, & plebs intellexiſſet occupatam Brieliam, negant intromittere Hiſpa-

Digitized by Google

Hiſpanum militem, atque illico ſe iungit Lumæanis.

Anno 1572. ipſo die Paſchæ Fliſſinga Walachrię vrbs exſuit obedientiam Hiſpanorum ac tertio Paſchæ, die 17. Aprilis ſuſpendunt publice in ipſo foro Petrum Paciecum, ab Hiſpano miſſum vt caſtelli ædificationi præeſſet ab Albano dudum deſignati.

Anno 1572. 24. Maii incenditur a Tartaris ciuitas Moſco, qui cum 120. millibus equitum Moſcouiam impune depopulabantur. illo incendio dicuntur ſuffocata exuſtaq; ſeptem imo octo centena hominum millia.

Anno 1572. 24. Maii Ludouicus Comes Naſſouius egregio plane ſtratagemate occupat Hannoniæ Mõtes, & mox Valencenas. hæ ſtatim rediere ad Hiſpanum, ſerius aduentante cum manu militari Duce Noæo, & eiiciente in fugã aduerſarios præſidio Arcis. at Montes deditione reddũtur Duci Albano 19. Septembri, qui eas obſidebat oppugnabatq; omnib. viribus exercitu 25. millium pugnatorum. quæ res ſaluti fuit Belgis certatim deficientibus; quos ſingulatim facile coercuiſſet Hiſpanus, niſi vires ſuas omnes alio diuertiſſet.

An. 1572. 10. die Iunii tranſit in partes Fliſſinganorũ Enchuſa, vt etiã Bura, 19. Oudewater, 21. Gonda in ſumma & Alcmaria, & Harlemum, & Delftum & Leyda, & Horna ceteræq; ciuitates admittunt præſidia contra Hiſpanum, ſtantib. pro eo ſolum Amſterodamo & Schonhouia.

An. 1572. 25. Iunii Zirizea, in qua erat præſidium trecentorum Wallonum, dedit ſe Fliſſinganis, eiuratq; Hiſpanũ.

Anno 1572. 25. Iunii accedit Fliſſinganis Dordracum, 27. Gorcomium.

An. 1572. Benedictus Arias Montanus Hiſpalenſis vir longe doctiſſimus, & multarum linguarum cognitione inſtructiſſimus, feliciter vltimam manum impoſuit magno & præclaro operi S. Bibliorum Antuerpienſium quadrilinguium, cum in iſto labore conſumpſiſſet quadriennium, à die 15. Maii (quo in Belgium ex Hiſpania venerat anno 1568.) vſq; ad vltimum Martii huius anni.

Anno 1572. Tres ſoles per duas horas ante meridiem conſpectæ Auguſtæ Vindelicorum.

Anno 1572. Caſpar Colignius Caſtellonius, Galliæ Admiralius, & multii alii reformatæ religionis viri nobiles, Lutetiam Pariſiorum ad nuptias Henrici Borbonii Regis Nauarræi, & Margaretę Valeſiæ ſororis Regis Galliæ inuitati, die Bartholomæi (24. Auguſti) crudeliſſime trucidantur. Similes lanienæ Tholoſæi Rotomagi, Diepæ, Meauſiæ, Burgeſiæ, Aureliæ & Lugduni fuerunt, vt intra paucos dies multa hominum millia iugularentur. Eſtque à Veſperis Siculis annus 290. Hunc annum hęc verba indicãt, collectis numerorum literis: LVtetIa Mater CVos natos DeVoraVIt. Commentarii rerum Gallicarum.

Anno 1572. Lanienæ Pariſinę fama Gelriam Friſiamque partes antea ſequentem Fliſſinganorum debilitat, vt ad aduentantis Frederici Ducis Albani filii exercitus famam, agminatim ſe ei dederent.

An. 1572. Rudolphus primogenitus Max. II. Imp. coronatur Rex Vngarię 25. Septemb.

Anno 1572. die 1. Octobris excedit cum præſidiario milite Bernardus de Merode; veritus ne multum ei eſſet ſubſidii in ciuibus Montium deditione conſternatis. Die ſequenti dum aduentanti Albano obuiam it Clerus vt cum eo paciſceretur, miles derepente non per portas tantum apertas ſed ſcalis muro adplicitis irruit in ciuitatem, tamq; fœde diripiunt, vt non modo auferrent auream, argenteã, æream ſtanneamq; ſupellectilem, ſed & ligneam qualemcumque, vſque ad carbones, & ceſpites. ea omnia nauibus deferebantur Antwerpiam. Matronæ Virginive nulli parcitum, ne Veſtalibus quidem, quarum pudicitiæ ad ſatietatem vſq; illuſum. Albanus cum videret inuidioſam ſibi hãc rem, ſcripto oſtendit ciues talia meruiſſe.

An. 1572. Sæuitum 3. Octobris Burdigalæ in Hugenotos, iuſſu Prętecti Dn Montferrandi.

An. 1572. 30. Nouembris, Narda puſillum Hollãdiæ oppidum, pacta iã ſalute, & occupata in excipiendo ad mẽſam recepto

recepto milite Friderici Albani, derepente ciues eius vniuersi ac singuli euocantur in sacellum Xenodochii, audituri decretum regium; vbi omnes ad vnũ inermes suppliceſq; sine discrimine sexus vel ætatis misere obtruncantur; initium faciente cædis ipso Friderico, qui sua manu Consulẽ perforat. Vix euasit Lambertus Hortensius C.S.E interuẽtu discipuli quondam sui Veldanii, itẽ Frederici Bosni Comitis. oppidum funditus exuritur. Exemplum istud Hollãdos ceteros apertis portis hostem operientes, ad desperationem adegit, carius venditurí scilicet suam pellem.

An. 1572. 22. Nouembr. Sutphania diripitur ab Albani filii copiis, dum ciues inibi sunt vt paciscerentur cum ipso, quod præsidium eorum noctu diffugisset. perierunt petulanter occisi submersiq; ciuium 500.

An. 1572. Mense Nouembri conspeximus Stellam illam Nouam in sidere Cassiopeæ, de qua multi multa scripserunt. Hęc stella cum immota diutius anno constitisset, sub initium anni 74. prorsus euanuit.

An. 1572. 3. Decemb. clã ciuib. suis Harlemo egressi sunt ad pacificandum cum Friderico Ducis Albani filio Amsterodamum, Theodericus Frisius Consularis Christophorus Schagius Eques, & N. Assendelfius Syndicus. Verum Fredericus reiectis omnibus conditionibus, nullis aliis clauibus sibi opus esse inquit quibus intret ciuitatem, quam ballistis æreis minime rubiginosis.

Anno 1572. Cornelius Musius septuaginta duorũ senex, obuiã casu factus Lumæo, quia erat ordinis sacri, D. Agathę scilicet Præpositus Delphis, abductus Leydã media nocte strangulatur in patibulo erecto ante curiam. Nimirum illi qui circa Lumæum erant, exules antea ac religionis causſa solum vertere iussi, arbitrati Sacerdotes tumultuum horũ prȩcipuam fuisse causam, partim communi odio, partim priuato immanissima fœditate totam per Hollandiam sæuierunt in Parochos, nemine bonorum audente obuiam ire effrenatę petulantium licentiæ; qui alioqui legitimo destituerentur capite; Lumęo passim te iactante Vicario Principis Auraniæ.

An.1572.die 10.Decembris obſeſſum abiit Harlemum exercitus Friderici Albani,cum pugnatorum 20. quaſi millibus;fruſtraq; eos remorari tentat Lumęus,deſideratis ſuorum pluribus,inter quos erat & Iacobus Martinius Præſidis Gandauenſis filius.vt ter eos omni vi oppugnauit, neque quid profecit Fridericus,obſidionem continuat; valde vtrinq; cruentã.Inter alia cũ Hiſpani intercepiſſẽt duos Chiliarchos capitaque à corpore auulſorum in oppidum eiaculati eſſent,obſeſſi Hiſpanis xi. ſtrangulatis capita eorum vaſi incluſa Friderico tranſmittunt vna cum literis, quibus petebant,iam tandem ſolueret obſidionem: eſſe enim paratos ſoluere patri nummum decimum iamq; adeo initium facere,addito vno ſupra numerum. Sic ſæuitia excitat ſæuitiam.

Anno 1572.Sub finem Decembris Garumna ſex dierum ſpatio ante Burdegalam congelatus,adeo obduruit,vt plurib locis pediti peruius eſſet.

Anno 1573.Gallus ad Rupellam expugnandam conſcribit Heluetiorum 6000.

Anno 1573.Circa anni huius initium Henricus Valeſius, Dux Andegauenſis, Caroli IX. Galliarum Regis frater,Rupellas Vrbem in Sãctonia ad littus maris Aquitanici munitiſſimam,obſidione cingere,& grauiter oppugnare cœpit: in qua Claudius Dux Aumalius,Henrici Guiſii frater,ex Euangelio (propugnaculo vrbis ſic dicto) tormenti maioris globo emiſſo ictus,contra Euangelicos pugnans occubuit die 3.Martii.Durauit hæc obſidio vſq; ad 16.Iunii: quo ipſo die Henricus Valeſius,Dux Andegauenſis in caſtris à Legatis Polonorum Rex Poloniæ electus eſt.Hac occaſione permotus pacem cum Rupellanis iniit,eamq; 10.Iulii publicauit. Comment.rerum Gallicarum.

An.1573.14.Ianuarii Fliſſingani auſi ſunt Antwerpiam vſq; decurrere, eque portu ibidem auferre mercatorum naues.imo noctu ciuem vnum è ſomno excitatum,per vrbem deduxerunt clam ad naues ſuas: plenoq; adeo die ex Prætoris x de deduxere ſecũ filiolum Ewoldi worſtii Admiralii ſui,ibidem captiuum.

Anno



Digitized by Google

Anno 1573. Harlemo obſeſsâ, inventa quædam inter mulieres, nomine Kenavia, vidua honeſta, annorum quadraginta ſex; quæ cohortem mulierum excitauit, habitu femineo haſtas, bombardas, pugiones, gladios æque dextre tractantium ac ſi viri fuiſſent; magno ciuitatis præſidio.

Anno 1572. Fliſſingani & Verani obſident Middelburgum quod Hiſpani partes tuebatur, prohibendo inferre mari terraque commeatum. Vtque 22. Maii Admiralius Veræ Sebaſtianus Langius quatuor Hiſpanorũ nauibus obſiſtit ne intrarent portum Middelburgenſem, atque æſtu diſcedente hæreret cum ſua naue grandiori in vado, oppugnatus vndique ab illis regiis quatuor, & iam harpagonibus ipſis connexus, ecce militum ſuorum vnus ignem iniicit pulueri tormentario; & ſic ſuam mortem vindicat exitio numeroſo.

Anno 1573. 13. Iulii extrema fame enecti Harlemenſes, dedunt ſeſe Friderico ſine conditionibus vllis. vitam accipit ciuis repræſentando 140. florenorum millia. præſidiarius miles omnis ad vnum, vel capite publice plexus, vel ſtrangulatus, vel ſubmerſus ſupra 2000. fortiſſimorum virorum. Amiſit toto obſidionis tempore Hiſpanus 4000.

Anno 1573. 5. Auguſti occupatur caſtellum illud inuictiſſimum, poſitum inter Fliſſingam & Middelburgum, dictum Rammekens, hactenus ab Hiſpanis inſeſſum.

Anno 1573. Horrendo cataclyſmo affligitur Friſia & circumiacentes regiones Cal. Nouemb.

Anno 1573. Mechliniæ, Louanii & vicinis Brabantiæ locis, magna aquarum ex niuium profluuio exundatio. Idem malum eod. tempore Miſniam & Voitlandiam inuaſit.

Anno 1573. 16. Nouembris abit Antuerpia Sancio Dauila cum nauibus 30. armatorum ſubſidio Middelburgæ. ſed non audet tranſire Barlandiam ob oppoſitas Fliſſinganorum copias.

Anno 1573. Ludouicus Requeſenius ſucceſſor Albani Ducis 17. Nouemb. Bruxellas venit.

An. 1574. Curia in Rhætis magna parte incendio conflagrat, iterumque anno ſequenti.

An. 1573. Media bruma exit Antuerpia cũ lectiſſima claſſe Sancius Dauila, commeatum ſubminiſtraturus Middelburgo obſeſſæ; ſed Fliſſinganis occurrentibus re infecta redit ad ſuos. Iterum inde eandem ob cauſſam diſcedit vltimo Februarii die, ac ſex ſuarum nauium amiſſis, vnaque præterea exuſta, voti compos factus eſt.

An. 1574. Ludouicus Requeſentius duplici claſſe, maiorum minorumque nauium, duplici itinere mittit ſuos verſus Middelburgam 24. Ianuarii. verum vna claſſis nauium 70. in oculis Requeſentii nobilitatiſque ſuæ, ſtantis in aggere Scakerloenſi, nauibus nouem amiſſis, pugnatorumque fortiſſimis, vſa beneficio noctis dilabitur. accidit iſtud ad Bergizomum 29. Ianuarii. periere vtrinq; 12000. Altera claſſis nulla re tentata Antuerpiam rediit.

Anno 1574. Henricus Andegauenſis Poloniæ Rex coronatur Cracouiæ Dominica Eſto mihi, 21. Febr. Attigit fines Poloniæ 24. Ianu. circa meridiẽ, eodemq; die ingreſſus eſt oppidum Meſeriz. Cracouiam venit 18. Febr. Hic cum menſibus tribus, diebus 26. regnaſſet, 18. Iunii intempeſta nocte, comitatus paucis domeſticis Gallis, equorum incitatiſſimo curſu Cracouia euaſit in Franciam, vbi Rex deſignatus Carolo fratri mortuo ſucceſſit.

Anno 1574. Middelburga extremã paſſa famẽ pro Rege Hiſpanię, adeo quidem vt obſidionis vix duobus menſibus amiſiſſent ſuorũ 1566. deſtituti ſpe auxilii dedit ſe Auraniæ Principi 20. Febr. Præfuerat eis excellens Dux Chriſtophorus Mondragonius. impenſæ ab Hiſpano ad liberationem vrbis huius ſeptem auri milliones; præter ſtipendia militaria, & naues.

Anno 1574. Chriſtophorus Comes Palatinus Rheni Friderici III. Elect. filius, Ludouicus & Henricus Comites Naſſouii, Wilhelmi fratres, nouas auxiliares copias Auraico & Belgis, qui defecerãt, adducentes, in campo Mouacenſi, non procul Neomago à Sancio de Auila & Mondraco-



Digitized by Google

draconio Hiſpanorum Ducibus, ex improuiſo oppreſſi, & hoſtium multitudine ſuperati, fortiſſime dimicantes cæſi, & copiæ eorundem profligatæ ſunt, 14. April. Chriſtophorus periit an. ætat. 23. m. 10. d. 1.

Anno 1574. Die 21. Aug. conuenit Hiſpanus cum Angla de mutua mercatorum inter ſe negotiatione, interrupta ante quatuor annos impetuoſitate Ducis Albę.

An. 1574. Regnum Tunetanum in Africa à Turcis, Sinane Baſſa Duce, circa menſem Septembrem captum, & Goleta cæſis cum Præfecto Petro Carrera omnibus præſidiariis Hiſpanis, ſolo æquata: & Hiſpani ſpacio 3 5. dictum Africa eiecti ſunt. Leonclau.

Anno 1574. Ludouicus Requeſenius Dux de Caſa Ducis Albani in Belgici gubernatione ſucceſſor, Lugdunũ Batauię Vrbem Harlemo vicinã, munitionibus circumquaq; erectis, & cõmeatus intromittendi facultate adempta, grauiſſima obſidione cinxit: & ad extremas anguſtias redactã, fame ferme expugnauit. Verum Wilhelmus Princeps Auraicus, perfoſſis Moſæ & Iſellæ fluminum molibus, & agro inundato, claſſe ducentarum nauium per nouum quaſi æquor remis & velis proſperoq; vento acta, Hiſpanos vi tormentorum è munitionibus ſuis expulit, cecidit & fugauit: atq; ita vrbem, aditu patefacto, & commeatu introducto, die 3. Octob. obſidione mirabiliter liberauit. Chron. Belg.

An. 1574. Colonię in gymnaſio Ieſuitarum 26. Octob. à quodã furioſo tres Sacerdotes illius ordinis temporis momento interficiuntur; ſcilicet Iohannes Rhetius Theologus, Collegii Regens, Leonardus Louanienſis, ac Nicolaus Faber, optime de Repub. Colon. meriti.

Anno 1574. Gabriel Comes Mongomerius, qui Henricum II. Galliarum Regem in ludicro certamine imprudẽs lethali vulnere læſerat, Lutetiæ in publica platea ſecuri percutitur, crimine perduellionis ei afficto. Hoc inſigni exemplo omnes diſcant: ſolo caſu, non tantum conſilio nocentes effici, quicunque vel imprudentes perniciem Principibus attulerint. Thuanus.

An. 1575. Henricus Valesius Remis solemni pompa in Regem Galliæ coronatur & vngitur, 15. Februarii: & paulo post die 3. Martii matrimonio sibi iungit Claudiam Ludouicam, Nicolai Comitis Vademontii Lotharingici Filiam.

Anno 1575. Bernates cum Valesianis fœdus renouant 14. Iulii: quo vespere 42. domus incendio absumptæ.

An. 1575. Rudolphus Archidux Austriæ coronatur Rex Bohemiæ, 22. Septembr. Pragæ in summo templo. Idem consentientibus votis Principum eligitur in Regē Romanum 27. Octob. & coronatur 1. Nouem. Ratisbonæ, agens annum ætat. 24.

Anno 1575. Henricus Turrius Turenæ regulus, postea Bullionii Dux, ad Protestantium partes deficit. Thuanus.

An. 1575. Heluetii Pontificii militantes Gallo in Delphinatu à Monbrunio ad internecionem cæsi.

An. 1576. Stephanus Bathoreus Transyluanię Palatinus Cracouię coronatur Rex Poloniæ. Cal. Maij.

Anno 1576. 28. Iunii: Miles Hispanus seditiosus occupat Alostum in Flandria, proditione rustici qui eis vadum ostenderat, quo transire possent in vrbem per amnem qui ea parte erat loco muri.

Anno 1576. Tigurinorum ciuium cohors vno die per Limagum & Rhenum naue vecta pultem Tiguri coctam, calidam adhuc secum Argentinam adferunt, quo euocati erant ad certamen sagittarium. Simile fecerant ante annos 120.

Anno 1576. Moscouitica Legatio audita est ab Imp. Maximil. II. circa 18. Iulii, Ratisbonæ.

An. 1576. Martinus Forbisserus Anglus nauigationem instituēs in regiones Occidentis & Septentrionis 26. Maij, superatis multis difficultatibus nauigationis, reperit aurī tantam copiam mense Augusto, vt eo repleuerit ducenta dolia seu tonnas, quibus nauē & duo aphracta onerauit: in Angliā reuersus est 17. Septem. Homines eius loci ab omni ciuili cultu alieni, crudis ferarum & piscių carnibus vescun-

tur.



Digitized by Google

tur: veſtiuntur pellibus ferarum venatione captarum: herbas etiam crudas beſtiarum in morem deuorant. Tentoria eorum pellibus balenarum teguntur: perpetuæ propemodum ibi niues & frigus aſperrimum. Canibus, qui lupos noſtros ſpecie referũt, ſub iugum miſſis, vtuntur ad res neceſſarias ſuper glaciem aduehendas. Arma illis ſunt, arcus, ſagittæ & funda. &c.

An. 1576. Exorta ſeditio Genuæ de modo eligendi magiſtratus. Ioannes Doria, acceptis aliquot triremibus pro altera parte armatur. Sed inſtante ſummo Pontifice, odia tandem armis depoſitis ſedantur.

Anno 1576. Cometes ſtupendæ & inſolitæ magnitudinis viſus eſt 11. Nouembr. quem alii menſe ſuperiore flagraſſe ſcripſerunt.

An. 1576. Traiectum ad Moſam à milite Hiſpano præſidiario occupatur vi, ac prædæ exponitur 20. Octobr.

Anno 1576. die 4. Nouembr. à milite ſuo præſidiario, Hiſpanico ſimul ac Germanico, (cui accedebant ſeditioſorum copiæ admiſſæ per arcem) fœde occupatur, incenditur ac diripitur Antuerpia. Eo in tumultu à ciuium parte interiere quaſi quinque hominum millia; ab contraria vix ducenti. Merces pretii inæſtimabiles, aut ſupellectilem ſumptuoſiorem vix attigere; quod talem prædam ſecum auferre nõ poſſent, itineribus omnibus obſeſſis ab exercitu Ordinum. Cęterum putantur extorſiſſe præſentis pecunię ſupra 40. auri tonnas, prętergemmeũ, aureum, argenteumque ornatum, quo ad luxum pompamq; corporum menſarumque paterfamilias quiſq; ditior vti ſolet. Totidem auri tonnæ putabantur periiſſe incendio Curiæ, platearumq; aditarum; ædibus earum potiſſimum ſub diuitiarum pondere fatiſcentibus. Ad ſtupra feminarum vix deſcenderunt, quod primo die nihil ſpirarent quam ſanguinem, ſecundo tertio que abriperentur auaritiæ; & paulo poſt à Ducibus ipſis inhiberentur, metuentibus ſibi à milite extra vrbem

posito ipsis aduersario. Nulli mercatorum nationi parcitum est, non Germanæ, non Anglicæ, non Italicæ, non Hispanicæ. Et sic tamē haud multum extulerunt prædæ, quod locis publicis male parta statim alea dissiperent: adeo vt nulli milites gregarii vnico die 10. millia coronatorū amitterent, nullo inuento consilio thesaurum suum efferendo. Quidam ex mero auro gladios, pugiones, etiā thoraces fieri sibi curabant decoloratos colore pullo, ne agnoscerentur, quę omnia fabri ęris parte media temperabant, vel ficta pro suis sibi recuperantes.

An. 1576. Stephanus Rex Poloniæ Vrbem Dantiscum obsidione cinxit, & aliquandiu acriter oppugnauit: tandem Dantiscanis fortiter patriam defendentibus, cōmissis prælis aliquot, intercessione Legatorū Elect. Saxoniæ & Brādeburgici, aliorumque Principū pax est composita Matziburgi die 12. Decembr. 1577. Interea autem Iohan. Basilius Moscouitarum Princeps, Wendam, Wolmariam, Kockenhusium, & omnia trans Dunam Liuoniæ oppida & arces occupauit. Reualiam vehementissime oppugnat, sed irrito conatu. itaq; post sex septimanarum obsidionem eam deseruit 13. Martii 1577.

Anno 1576. 14. Septembr. Populus Bruxellensis carceri mancipant Ordines ibidem congregatos, tanquam facientes cum Hispanis seditiosis: sed paulo post dimittuntur, aliique sufficiuntur eorum loco qui curarent rempublicam. à quibus proclamatur miles omnis nominis Hispanici tanquam reus rebellionis.

An. 1577 Sub initium huius anni Mahumetes Hodabēdes Rex Persarum bellum aduersus Amuratem III. Turcarum Imp. sibi ab antecessoribus relictum, persequi cepit: idque vt felicius perficeret, cum Magno Tartarorum Chamo Chitaino & Georgianis fœdus iniit, eosque sibi bello contra Turcas socios adiunxit.

An. 1577. Ioannes Austriacus scribit ad regem Hispaniæ literas occultas, quibus atrocia quæque spirabat contra Belgas. Is interceptis, Ordines à se alienat. Quare spectu dedu

deducendi Reginam Nauarræ ad fontes Spadanos, ſubdole occupat Carlomontium Lucenburgũ per ſuos, ipſemet vero coram 24. Iulii caſtrum Namurcenſe, vt ea via miles introduceretur peregrinus.

Anno 1577. Pontus de Noiellus Dominus de Bours, ſingulari audacia vnico ſuo vexillo militum eiicit cæterum præſidium arcis Antuerpienſis die 1. Auguſt. Sed & reliqui Duces Fronsbergius, ac Fuggerus, dum ſe cõtra ciues muniunt inciuitate noua, territi trium quatuorue nauiũ ſubito accurſu, portis apertis copias ſuas illico educunt.

Anno 1577. die 28. Auguſt decreto Ordinum publico, diruuntur muri Arcis Antuerpianę, qua ſpectant oppidũ. & ſic ipſa fit pars ciuitatis. Idẽ fere accidit méſe ſequenti Gandaui, Vltraiecti, Inſulis, Valẽcinę aliiſq; locis caſtro munitis.

An. 1577. Ordines in Septembri militem colligunt, opponuntque exercitui Auſtrico.

Anno 1577. Nobiles ab Auriaco Principe alieniores, & religionis cauſſa, & ob ambitionem propriam, quales erant Arſchotanus, Haurechius, Lalainius, Montignius, Seneſcallus Hanouiæ, fraterque eius Burgrauius Gandauenſis, Egmõdanus, Willeruallii, Champignius aliquotq; alii numero fere 20. omnes tamen exoſi Hiſpanũ, & libertati addictiores, expediũt in Germaniam Maelſtedium, qui adduceret ex aula Cæſaris filium Maximiliani tertiũ Matthiam.

An. 1577. Ordines Brabantiæ creant Gulielmum Auriacum Ruardum ſuum, ſeu Gubernatorem 22. Octo. quo facto multi exorti ſunt eius inuidi.

Anno 1577. Rihouius Ducem Arſchotanum Gubernatorem Flandriæ, vna cum aliquot 20. è nobilitate, alieniores à religione reformata, cuſtodiis mandat Gandaui 18. Octob. è qua paulo poſt relaxatur Gubernator,

An. 1577. Die 11. Nouemb. Matthias Archidux Auſtriæ honorifice excipitur Antuerpiæ; publiceq; declaratur patriæ hoſtis Ioannes Auſtriacus 7. Decemb.

An. 1577. Die 11. Decem. arctiore fœdere ſe muniũt Belgici Ordines tã religionis Catholicæ Rom. quã reformatæ

contra Ioannem Auſtriacum, electo per priuiſionem Matthia Archiduce Gubernatore Belgii.

An. 1577. Princeps Eſpinoius capitaliter animaduertit Tornaci in Martinum Huttinum, ciuitatis eius Syndicum, conuictum à Scribis ſuis ſubornaſſe falſos teſtes, qui tempore Inquiſitionis Albanicæ, multis innocentibus exitium crearant, tanquam hæreticis, aut qui arma geſſiſſent contra Regem ſuum. cum Catholiciſſimi eſſent, ſed opibus eorum inhiaret Huttinus.

Anno 1578. Iohannes Auſtriacus Ordinum Belgici copias ad Niuellam profligauit, 30. Ianuarii & curſum victoria vrgens, paulo poſt Louanium, Arſchotum, Sichenum, Dieſtum, Tienam, Niuellam, & Philippi villam, aliaque Brabantiæ oppida & arces occupauit, & poteſtati Regis Hiſpaniarum ſubiecit.

Anno 1578. Amſterodamum nobiliſſimum Hollandiæ emporium, importatione commeatuum terra marique prohibita; Guilelmo Principi Auraico facta tranſactione die 8. Februarii ſeſe dedidit, & vires ſuas cum aliis Belgis ad communem patriæ defenſionem coniunxit: Amersfortum vero in ditione Vltraiectina poteſtati Ordinum Confœderatorum die 20. Martii ſe ſubmiſit. Chronicon Belgicum.

Anno 1577. die 19. Aprilis & rurſus 8. Iunii oppidum Grunow ditionis Brunſuicenſis bino incendio conflagrauit, ignoto auctore.

Anno 1578. Portugalenſes à copiis Abdelmeleci Regis Feſani in Africa prope Alacazer die 4. Auguſti cæſi ſunt. In quo conflictu non tantum ad 15. millia hominum occubuerunt: verum etiam ipſe Rex Portugalliæ Sebaſtianus, Ioannis III. Portugalliæ Regis nepos, Emanuelis abnepos, 24. an. iuuenis vna cum tota ferme nobilitate periit: & Antonius Luſitanus, Ludouici filius, in prælio captus, ſed à Mauro quodam liberatus ex hoſtium manibus, Tingim deductus eſt. In hoſtili exercitu Mauro-

rum

Digitized by Google

rum duo Reges, Abdelmelecus nimirum apoplexia extinctus (an. regni 3.) & Muleius, mahametus ex fratre Muleio Abdalla nepos, ac hostis ipsius, in fuga cœnosis Lariſſæ aquis ſubmerſus, perierunt. Regnum Feſanum Muleius Hametus Abdelmeleci frater obtinuit: qui pugna peracta in caſtris Rex declaratus & electus.

Anno 1578. Æſtate & autumno anni huius bellum inter Perſas & Muſtauam Baſſam, ſummum exercitus Turcici Imperatorem (qui in Cypro quoq; anno ſuperiori belli dux fuerat) hoc euentu geſtum: vt Perſæ quidem Tiphliſium Georgianorum Vrbem, & Siruanum Mediæ totius Metropolim amitterent: Turcæ vero multa ſuorum millia diuerſis præliis cęſa deſiderarēt. Leonclau. in annal. Turc. & Ha. Porſius in narratione de bello Perſico.

Anno 1578. Muſtaphas Baſſa Budenſis mandato Imp. Turc. ſtrangulatur 27. Septem. Eodem Baſſa quoq; Alexandrinus interemptus eſt.

Anno 1578. die 8. Decembris facta eſt introductio ſolēnis Henrici Iulii Epiſcopi Halberſtadii.

Anno 1578. Oſmanes Baſſa Temircarpim, id eſt, portam ferream, ſiue Derbntum, arcem ad mare Caſpium Moſcouiam verſus munitiſſimam, Schemhali Principe iſtius loci ſocero ſuo interfecto, circa hiemem occupauit, & Turcarum poteſtati ſubiectam in Begleibegatus formam redegit. Leondau. in Annal. Turc.

Anno 1578. Iohannes Potcoua Valachus, ductor Coſaccorum, Vir magnanimus, & admirabili corporis robore præditus, propterea quod ſpecie quadam militiæ libertate & dominio regni Poloniæ abuſus fuerat, pacemque publicam perturbarat, iuſſu Stephani Regis Poloniæ præſente ac inſpectante Zauſio Turcico, capite truncatur, Leopoli in Ruſſia. Reinhold. Heydenſtein. in lib. de bello Moſcouitio.

Anno 1578. Henricus Iulius Dux Brunſuicenſis gubernationi Epiſcopatus Halberſtatenſis inauguratur, 8. Decembr.

Anno 1578. Ordo Equitum S. Spiritus, cœptus à pervigilio die 1. anni 1579. auctore Henrico III. Franciæ Rege; qui eis ex bonis Ecclesiasticis reditus instituit, inuito Pontifice.

Anno 1579. Osmanes Bassa ex arce Temircapina in fines Siruani vel Mediæ crebro excurrens, & vastationib. ac prædis agendis magnum hosti damnum inferens, tandem sub æstatis initium cum Tatarorum copiis auxiliarib. à Persis in Media ad internecionem cœsus, & nobili clade affectus est: ipso quidem Osmane Bassa cum paucissimis suorum fuga elapso: altero vero Mahumetis Cherei Tatarorũ Præcopensium Regis fratre Adlei trucidato, altero Haliviuo ab hostibus capto. Leonclau. in Annal. Turc.

Anno 1579. Traiectum ad Mosam (vulgo Mastrich) ab Alexandro Farnesio, Principe Parmensi, expugnatur, & ab Hispanis magna & miseranda hominum omnis sexus & ætatis strage edita, occupatur 29. Iunii. Chron. Belg.

Anno 1579. Polotia à Stephano Bathoreo Rege Poloniæ die 11. Aug. obsidione cincta, decimo nono die post, hoc est, 30. August. hoste se fortissime defendente, capitur, & regno Poloniæ restituitur, cum in annos 17. Moscus eam tenuisset. Paulo post Sussa quoque, Socola, Coziana, Niescerda, & Crasna arces vna hac expeditione à Polonis occupatæ sunt.

Anno 1579. Horribilis pestilentia Hanoueram aliasque Saxoniæ vrbes exhausit. messis etiam propter assiduas pluuias corrupta, annonæ caritatem induxit anno sequenti.

Anno 1580. Albertus Henck ciuis Hanoueranus duos catellos per vomitum eiicit.

Anno 1580. Iubilæus Mundi III. Mosis 61. prædicationis Christi 31 Estq; à primo Iubilæo Pontificio annus 280. à Confessione Augustana 50.

Anno 1580 Guilhelmus Princeps Auraicus à Rege Hispanię publicis literis proscribitur 25. Martii: quas opposita Apologia prolixa Auraicus refutat.

An. 1580. Circa initiũ Aprilis terræmotus ingens concussit Angliam, Flandriam & Hollandiam.



Digitized by Google

Anno 1580. Sinanes Vezires Bassa ad bellum contra Persas persequendum ab Amurathe Turcarum Imperatore loco Mustaphæ Bassa mense Aprili magnis copiis missus, hoc anno bina clade, vna quidem a Georgianis, dum regiones illorum hostiliter inuaderet, altera à Persis prope Tiphlisium adfectus, & multis suorum cæsis repulsus, sub medium mensem Iulium anni sequentis 81. &c. nulla re memorabili gesta, Constantinopolim ex Persia reuersus est. Leonclau. in Annal. & Pand. Turc.

Anno 1580. Ordines Belgicæ prouinciæ, de Francisco Duce Alenconio, fratre Regis, Galliæ, ad Belgici gubernationem vocando, deliberationem mense Iulio instituunt, Chron. Belg.

Anno 1580. Stephanus Rex Poloniæ Velisam & Vsuiatam, mense Augusto; Vielicolucam vrbem amplam & emporium celeberrimum die 5. Septemb. Neuelam & Zaualotiam mense Octobr. expugnat, totamq; eam ditionem Moscouitis ademptam subigit.

Anno 1580. Franciscus Dracus nobilis Anglus, cum anno 1577. die 17. Nouembr. quinque nauium classe ex Anglia soluisset, & totum terrarum orbem biennii & decem mensium spacio, non sine magno labore & periculo circumnauigasset, vnica saltem naue prætoria, quam Pelicanum appellarunt (cæteris partim flammis, partim fluctibus correptis) Londini saluus die 21. Septembr. (alii 3. Nouembr.) appulit: & prædam opulentissimam 24. tonnis auri æstimatam secum reportauit: & pro laboris exantlati ac nauigationis feliciter peractæ remuneratione Equitis aurati honore & dignitate à Regina Angliæ donatus est. Chron. Belg.

An. 1580. die 12. Decemb. moritur Ferdinandus Toletanus, Dux Albæ, Marchio Coriæ, terribile nomen auribus Belgicis. Hic appellare solebat scientiam ex libris haustam, aquam cisternarum; experientia vero constantem, aquam viuæ scaturiginis. & verum est: qui gerit res auget industriam, qui contemplatur, infirmat,

An.1580.mensura vini proxima ęstate collecti,nummulo vendebatur, ob austeritatem. Vnde quidam impius iuuenis Neckershouæ in Wirtembergico, poculum Deo contemptim propinans,rigidus ibi constitit.

Anno 1580.Hoc anno publicatus est liber titulo Concordiæ multorum Principum nomine editus, & 8000. subscriptorum suffragiis comprobatus: cuius tamen editio non nihil certaminum inter Theologos commouit: quorum aliqui doctrinam illius libri non approbarunt. Ab exhibita Confessione Augustana 50. morte M.Lutheri 34.morte Phil.Mel.20.

Anno 1580.Irlandiam seu Hiberniam Insulam, Angliæ regno subiectam,Hispani & Itali quidam cum Desmoniæ Comite &aliis Pontificiis Irlandis conspirantes,septem nauium classe inuadunt: & arces ac præsidia aliquot occupãt. verũ Regina, misso in eã Insulam iusto exercitu,rursus eos profligat ac delet:& Hispanis omnibus, vt ex Anglia discedant,edicit. D.Chytræus in Chron.Saxon.

Anno 1580. Hocipso anno incidit quoq; lues Epidemia, quæ totam fere Europam est peruagata,& paulatim progressa,mense Iunio Siciliam:Iulio Romam &vicina Italiæ loca:Augusto Venetias & Constantinopolim:Septembri Germaniam & Vngariam:Octobri littoris Balthici vrbes:Nouembri &Decembri Daniam,Sueciam, & Liuoniã infestauit.

An.1580.Sueci dum Moschus distrahitur bello Polonico,aliquot arces vrbesq; expugnant in Liuonia.

Anno 1581.6.Aprilis obstetrix quædam obiit Augustæ, quæ annis 42.feliciter excepit infantes 1172. Ipsa cum matre & auia, tali munere functæ sunt annos 109.

Anno 1581.Philippus Rex Hispaniæ initio mensis Martii, regnum Portugalliæ occupat, & coronam accipit solenni pompa Vlyssibonæ,die 16.Aprilis, & classem armatã mittit contra Antonium Lusitanum, Ludouici Principis Portugalliæ filium, qui regno electus, insulas Azores occupauerat.

Anno



Digitized by Google

Anno 1581. Breda Vrbs Brabantiæ, Principis Auraici hæreditaria, Antuerpiæ vicina, die 28. Iunii, vna cum arce in Ducis Parmenſis & Hiſpanorum poteſtatem peruenit. Chron. Belg.

Anno 1581. Cameracum à Franciſco Alenconio die 18. Auguſti occupatum: eiuſq; gubernator Iohannes Monluei-us Dominus de Balygni conſtitutus.

Anno 1581. die Petri & Pauli Grunouiæ in ducatu Brunſuicenſi grando pinnulis vndiq; circumdata de cœlo decidit, quorum magnitudine.

Anno 1581. Stephanus Polonię rex Rigam Liuoniæ metropolim in fidem & ditionem ſuam recipit, conceſſo vrbi nouo priuilegiorum diplomate. Sed dum legati acta ciuibus minus fideliter renuntiant, poſtea inde ortæ turbæ.

Anno 1581. Matthias Archidux Auſtriæ intellectis Belgarum in Principem Alenconium ſtudiis, & calamitates futuras in Belgico quaſi præuidens, gubernatione ſe abdicauit, & die 29. Octobr. Antuerpia diſceſſit.

An. 1581. Tornacum, regionis Torneſiorum (olim Neruiorum) metropolim, Dux Parmẽſis, die 30. Nouem. deditione cœpit, & præſidio firmiſſimo muniuit. Chron. Belg.

Anno 1581. Pax in Gallia inter Henricum III. Galliæ Regem, & reformatæ religionis defenſores publice confirmata & denunciata eſt.

Anno 1581. Stephanus Rex Poloniæ Pleſcouiam, vrbẽ Ruſſię ampliſſimam, & variarum gentium commerciis florentiſſimam, menſe Iunio cingit obſidione: ſed re infecta tandem rurſus diſcedit.

An. 1581. Rex Stephanus iiſdem in caſtris menſe Septẽbri concipit publicatq; Mandatum, quo iubet pacem religionis tota obſeruari Polonia.

Anno 1581. Ordines Belgici generales ex prouinciis confœderatis, Brabantia, Flandria, Geldria, Vltraiecto, Tranſiſulana, Friſia, Hollandia, & Seelandia, in Haga Comitis collecti, Philippo Hiſpaniarum Regi omnem obedientiam & ſubiectionem renunciant: Franciſcum

Alenconium Ducem Andegauenſem gubernatorem & Dominum Belgici eligunt: & facti huius cauſas ſcripto edito publice exponunt.

Anno 1581. Perſę copiis Georgianorum adiuti florentiſſimũ Amuratis Imp. Turc. exercitum, cuius ductor fuit Oſmanes Baſſa, obſeſſis Tiphliſii incolis auxilio miſſum, prope Vrbem prædictam, fortiter pugnando profligant, & victoria vna cum præda ampliſſima potiuntur. Leonclau. in Annal. Turc.

An. 1581. Ianicula Walachiæ Regulus, ob iniurias, quas vicinæ nobilitati intulerat, in Stephani Regis Poloniæ gratiam a Turcarum Imp. Principatu ſpoliatus, dum in Vngariam per Pokucziam regni Poloniæ prouinciam profugere conatur, à Nicolao Iaslouecio Sniatynienſi Præfecto iuſſu Regis Poloniæ capitur, & menſe Auguſto Leopoli in Ruſſia capite plectitur. Reinhold. Heydenſtein in lib. de bello Moſcouitico.

An. 1581. Iohannes III. Rex Suecię dũ Stephanus caſſes & retia cuſtodit, ipſe apros captat, ac Naruam Liuoniæ portum celeberrimũ & munitiſſimum, itẽ Naruã Ruſſicã fluuio à priore dirẽptam, duce Põto de la Gardia 6. Septẽb. expugnat, & Iamagrodũ ac Coporiam Ruſſię arces ac prouincias eodem menſe recuperat, multaq; alia Ruſſię & Liuonię loca occupat.

An. 1582. Pax inter Stephanum Regem Poloniæ, & Iohannem Baſilium Magnum Ducem Moſcouiæ, interceſſione & opera Antonii Poſſeuini Legati Pontificii, celebris Ieſuitæ, die 15. Ian. ad Zapolciam, excluſis Suecis, confecta eſt: qua vniuerſam Liuoniam Moſcus Polono ceſſit, Velicolucam vero, & alias aliquot arces recepit.

An. 1582. mẽſe Febr. mortuus eſt Ottho Comes ab Hoia, familiæ ſuę vltimus. Terrã eius occuparunt Iulius & Ericus Duces Brunſuicenſes, & Guilelmus Dux Luneburgẽſis.

An. 1582. Frãciſcus Alenconius Dux Andegauenſis, Galliæ Regis frater, in Belgicũ aduenit ex Anglia, & Antuerpiam ingreditur, die 19. Feb. ac magno cum triumpho, & omnium

Digitized by Google

mnium Ordinū lætitia excipitur,& publice declaratur Dux Brabantiæ & Marchio Roman: Imperii: iuratur in eius verba, reiicitur Rex Hiſpaniæ,& reiiciuntur eius inſignia, inq; eorum locum Gallica collocantur. Chron. Belg.

An. 1582. Wilhelmus Auriacus, dū Antuerpienſes die 18. Martii ſolenni apparatu natalem Franciſci Alēconii Ducis celebrant, è conuiuio ſurgens vtramq; maxillam ſclopeto traiicitur ab quodam Cantabro Ioanne Iauregio, quē eo induxerat herus ſuus Caſpar Anaſtrius, perſuaſo ſe inuiſibilem neſcio quibus amuletis à Sacerdotibus conſecratis.

An. 1582. Audenardum Flandriæ ciuitatem menſe Aprili & Lyram oppidum totius Belgici munitiſſimum, Princeps Parmenſis ſub initium Auguſti occupauit.

An. 1582. Lira Brabantiæ oppidum miliari vno remotū Antwerpia, proditione præfecti Lichfeldii Scoti, deditur Hiſpanis poſtridie Cal. Aug.

Anno 1582. Celeberrimum Mahumetis Amuratis III. Turc. Imp. filii 15. circiter annorum adoleſcentis, circumciſionis feſtum die 28. Maii ex veterum Muſulmanorum cōſuetudine inſtitutum, inaudita ſeculo noſtro pompæ magnificentia, ceremoniarum ſolennitate & ſpectaculorum varietate 40. dierum interuallo peractum eſt, præſentib. Conſtantinopoli maximorum prope totius Orbis Principum Legatis, vtpote Rudolphi II. Rom. Imp. Henrici III. Regis Galliarum, Stephani Regis Poloniæ, Reipub. Venetæ, Mahumetis Hodabendis Regis Perſarum, Regum Africanorum Maroci & Feſæ, Tatarorum Chami, Sigiſmundi Principis Tranſyluaniæ, Regulorum Moldauiæ,& Walachiæ,& aliorū, &c. Leonclau. in Ann. Turc.

Anno 1582. Comitia Imperii prima Auguſtæ Vindelicorum celebrat Rudolphus II. Imperator, eoq; aduenit die 27. Iunii, & honorificentiſſime à Romanii Imperii Electorib. exceptus eſt.

Anno 1582. B. Tereſa, virgo nobilis Hiſpana, quę Monialium Monachorumque Carmelitarum excalceatorum

ordinem instituit, iuxta præscriptum primæ regulæ ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, obiit Albæ Castellæ 4. Non. Octobr. 1582. manetque sub marmore, non cinis sed madidum corpus odore suauissimo.

Anno 1582. Philippus Rex Hispaniæ pugna nauali congressus cum Antonio Lusitano, obsidente Insulam S. Michaelis, eum profligauit cum Gallis auxiliaribus, non sine magna suorum clade die 26. Iulii.

An. 1582. Eodem die Gruneberga, Ducatus Glogouiensis in Silesia ciuitas, tota incendio periit.

Anno 1582. Durantibus adhuc comitiis Augustæ Vindelicorum, misit Pontifex Roman. Gregorius XIII. Calendarii correcti exemplaria Augustam: receptaque est emendatio ab iis Imperii Statibus tantum, qui Pontifici addicti sunt. Iussit autem Papa in mense Octobri à 4. vsque ad 14. Octobr. prætiriri dies 10. ita vt quartus mensis dies haberetur pro decimo quarto die: vt æquinoctiorum ac solstitiorum dies reducerentur ad antiquas illas metas, quas in Concilio Niceno determinarunt SS. Patres.

Anno 1582. Bõna à Gebhardo Colonien si ductu Adolphi Comitis Solmensis, opera Gasperis Heydeni intercipitur 4. Nouemb.

An. 1582. Hoc eodem anno illustrissima Comitum Hoyensium gens, quæ vltra 400. annos ad Visurgim floruerat, exstincta est, Othone vltimo ex septem fratribus Iodoci II. filiis mortuo.

Anno 1583. Franciscus Alenconius Dux Brabantiæ perfide & fraudulenter Antuerpiam 7. Ianuarii (quæ Belgis tum temporis Stilo nouo vtentibus 17. fuit) ex inopinato opprimere, & regno Gallorum subiicere conatus est. Verum ciues re animaduersa, Gallis ad forum vsq; plenis signis penetrantibus, & obuios quosq; interficientibus, se fortiter opponunt, eosq; repellunt, & in fugã conuertũt. Ex partibus Gallorũ cæsi plures 1500. exceptis vulneratis, & postea ex vul-



zed by Google

ex vulneribus mortuis: capti circiter 2000. inter quos multi Comites, Barones & Nobiles. Ex ciuibus fortiſſime pro ſalute patriæ dimicantibus circiter 80. interfecti ſunt. Chron. Belg.

Anno 1583. Gebhardus Truchſeſius Archiepiſcopus Colonienſis & Elector, liberum religionis exercitium ſubditis permittit, & matrimonio ſibi copulat Hagnen, filiam Iohannis Georgii Comitis Mansfeldenſis, Bonnæ, 4. Febr. St. N. Propterea à Gregorio XIII. PP. excommunicatur & deponitur: & à Collegio eligitur Erneſtus, Alberti filius, Bauariæ Dux, qui armata manu Diœceſin recuperat.

Anno 1583. Circa finem Februarii obiit Philippus vltimus Comes de Spiegelberg & Pyrmond, ex familia Comitum Lippienſium. eum mater conſecuta eſt præ animi mœrore 6. Martii.

Anno 1583. Cornelius de Hooghe Goudanus cælandi artifex non vulgaris, quique Hollandiæ Chorographiam dextere repræſentauit, ementitus ſe Caroli V. Imp. ſpurium; per internuntios operam ſuam obtulit Philippo Regi Hiſpan. plebemque interim incendit aduerſus Ordines, propoſita tributorum vectigaliumque non iuſte expenſorum integra quaſi tabula. Et quidem nummis eum iuuit Rex quos Francfurti reciperet, ſed priuſquam aliquid expedire potuit, detegitur facinus eius per Typographum Leydenſem; cui commiſerat excudendos variis linguis libellos, quibus populum ad ſe pelliceret. itaque Hagæ Comitis damnatur capitis plectiturque publice die 29. Martii.

Anno 1583. Princeps Parmenſis in Belgico duo Brabantiæ oppida, Eyndhouiam, 23. Aprilis, & Dieſtam, 28. Maii, Dunkerkam Flandriæ Vrbem munitiſſimam & matitimam, die 16. Iulii, poſt Alenconii diſceſſum, Item Neoportum, Vuernam & Dixmudam cepit, Hyperas obſedit, & Zutphaniam 23. Septemb. St. n. ſingulari Ioh. Baptiſtæ Taxii, militiæ Parmenſis tribuni, aſtu & celeritate occupauit. Chron. Belg.

An.1583. Mahumetes Cherei Tatarorum Præcopensiũ Chamus desertus à suis, & potissimum proditus à Præfecto Curiæ suæ à Turcis, iussu Amuratis Turcarũ Imp. vna cum duobus filiis eliso gutture strangulatus est, circa mensem Iulium: in cuius locum decreto Amuratis Islan suffectus est. Leonclau. in Annal. Turc.

An. 1583. Philippus Rex Hispaniæ Insulam S. Michaelis, Terceram, Pico, Fayal, Gratiosam, Flores, Cueruo & reliquas Insulas Azores vulgo nuncupatas, quas hactenus Antonius Lusitanus occupauerat, recuperat, atq; ita Regnum Portugalliæ vniuersum in suam redigit potestatem, circa finem mensis Iulii, St. n.

Anno 1583. Alexander Princeps Parmensis impressione mense Octobri facta in Wasiam Flandrię prouinciam, Scaldi finitimam, arcem Rupelmondam Antuerpiæ vicinam, oppidaque Hulstum & Axellam, permissa colonis incolumitate, nomine Philippi Regis Hispaniæ, sub finem mensis eiusdem, & Alostum quoque, Flandrię Vrbem, circa initium Decemb. deditione cœpit. Chron. Belg.

Anno 1584. Turcæ exercitu 10000. Carniolæ fines ingressi, die 24. Octob. S. N. grauissimam impressionem fecerunt, & plurima oppida, vicos & pagos exusserunt ac diripuerunt, multis vtriusque sexus incolarum captis, & cum præda opima abductis: quos Christiani copiis suis in reditu assecuti, ad Slunum Croatiæ oppidum captiuis liberatis 26. Octobr. profligarunt. Leonclau. in Annal. Turc.

Anno 1584. Tigurum fœdus perpetuum init cum Geneua, pridie Calen. Nouembr.

Anno 1583 Osmanes Bassa Somachiam ad Siruani fines & alia loca Persis ademta occupauit. Minadous in histor. de bello Persico.

An. 1584. Hoc anno Silesia vniuersa iussu Rudolphi II. Imperatoris Calendarium Gregorianum recepit, præteritique dies 10. in Ianuario: ita vt quintus huius mensis pro decimo quinto numeraretur & scriberetur. Idem fecit Lusatia, Bohemia & Morauia.

Anno

Digitized by Google

An. 1584. Bonna Archiepiſcopi Colonienſis oppidum, Gebardi Truchſeſii præſidio munitum, cui frater Carolus præerat, Erneſto Bauaro recens per Collegium electo, à militibus præſidiariis, die 18. Ian. deditum eſt.

An. 1584. Auguſtæ Vindelicorum turbæ inter Senatum & confeſſionis Auguſtanæ ſocios, Calendarii Gregoriani cauſſa ortæ, die 25. Maii, St. V. rurſum ſedatæ, & pax conſtituta eſt.

An. 1584. Princeps Parmenſis munitiſſimas Flandriæ poſt Gandauum Vrbes, Hyperas quidem 12. Apr. Brugas 25. Maii: Dentermondam 17. Au. & Viluordam 7. Septembri nomine Regis Hiſpaniarum certis conditionibus recepit, ſancita omnium præteritorum delictorum ἀμνηστία, modo Romanam religionem reſtitueret, & obedientiam Regi legitimam deinceps præſtarent. Hoc facto Gandauum quoque, primaria Flandriæ Vrbs, poſtquam varia grauiſſimæ obſidionis incommoda pertuliſſet, & nulla ipſi (fœderatis ſingulis in ſuo periculo occupatis) ſpes liberationis affulgeret, fame tandem coacta, Duci Parmenſi deditionem fecit, & cum Rege in gratiam rediit, 17. Septembr. St. N. Chron. Belg.

Anno 1584. Philippus, Philippi II Regis Hiſpaniarum filius vnicus, creatur generalis Princeps Hiſpaniarum, die 12. Nouemb. St. N.

Anno 1584. Tauricę Cherſoneſi partem Borealem, quę Tatarorum Præcopenſium ſedes iam aliquot ſeculis fuerat, Oſmanes Baſſa ex Perſico bello per Colchidē & Pontum Euxinum redux, menſe Maio occupauit, & Tataris, antea liberis & indomitis, Turcarumque ſociis ſibi ſubiectis, in Prouinciæ formam redegit.

Anno 1584. Sadit Tatarorum Præcopenſium Chanus Mahumetis Cherei, à Turcis anno præcedenti ſtrangulati filius, Amutatis Turc. Imp. iuſſu patruum ſuum Islanem regno expulit, qui etiam paulo poſt anno nimirum 1587. legatos in Polonia in noui Regis electione habuit, regnumque per illos ambiit.

An. 1585. Sub initium huius anni Rigæ in Liuonia turbulenti motus ob Calendarii mutationem excitati, & restituto veteri Calendario, rursus aliquantum sedati sunt.

An. 1585. Bruxellæ & Mechlinia Brabantiæ Vrbes fame tandem domitę, prior quidem 13. Martii, posterior vero 19. Iulii, St. N. Duci Parmensi certis conditionibus se dedunt, & à Rege Hispanię ingratiam recipiuntur.

Anno 1585. Neomagum Geldriæ Metropolis & Drusoburrum (vulgo Duisburg) electis Ordinum præsidiis, ad Philippi Regis Hispaniæ obedientiam redierunt, mense Martio.

Anno 1585. Nouesium (vulgo Nussia) Collegii Ecclesię Colonienſis oppidum ad Rhenum, die 25. April. St. N. astu & industria Adolphi Comitis Morsensis, Gebhardo Archiepiscopo exuli fauentis, occupatum, direptū, ac diutius anno defensum est.

An. 1585. Bellū à Turcis æstate huius anni aduersus Maronitas & Drusos, populos bellicæ rei studiis addictos, ad montem Libanū, non procul ab vrbe Syriæ Phœnices Tripoli (qui se profitentur esse reliquias illorum Occidentaliū Christianorum, quos an. 1096. Gotfridus Bilionæus Lotharingiæ Princeps, in terrā sanctam ad eam recuperandā eduxit, & horū vsus opera, tam Hierosolymis, quā reliqua Palæstina anno 1099. potitus fuit) habitantes, gestum est. Cum enim an. 1573. hos populos Selymus sub iugum mittere, sed frustra, conatus fuisset, Turcis liberati & fortunis eorum insidiantibus, tandem vndecimo post anno ab Ibrahime Bassa, Ægypti Beglerbego, domiti ac subacti sunt, annis 489. elapsis, postquam in terram sanctam venerant. Leoncl. in Annal. Turcicis.

An. 1585. Henricus III. Rex Galliæ nouum init Fœdus cum Carolo Cardinale Borbonio, & Henrico Guisio, cæteriſq; Principibus confœderatis, contra Henricū Nauarrę regem & Hugenottos, omnibusq; reformatarū Ecclesiarū ministris mandat, vt intra mensis spatium regno excedant. Cęteris regni Galliæ subditis deliberandi tempus permittit

vsque

Digitized by Google

vsque ad Ianuarium, intra quod (iuxta edictum die 18. Iulii promulgatum) vel ad Pontificiam religionem redeant, vel Gallia excedant. Causæ huius cõfœderationis in Apologia edita extant: vnde illas Lector petere poterit.

An. 1585. Mechlinia obsessa à Duce Parmensi, fame vrgente dedit se Emanueli Lalainio die 19. Iulii.

Anno 1585. Turcæ mense Augusto anni huius, Osmane Bassa duce, cum Persis prope Taurisium prælio acerrimo toto triduo trinoctioque continuato conflixerunt, cuius hic finis fuit: vt octoginta Turcarum millibus (etsi non sine mediocri Persarum clade) cæsis, Mahumetes Bassa Carahemidanus, & Bassa Trapezuntinus, cum magno militum veteranorum Turcicorum numero, occubuerint, & Taurisium ex faucibus eorundem ereptum fuerit. Leonclau. in Annal. Turc.

Anno 1585. Antuerpia Brabantię Vrbs, Belgici ac Europæ totius Emporium splendidissimum, postquam Alexander Farnesius Dux Parmẽsis, Regis Hispaniarum Legatus, totum fere annum Scaldis fluuii nauigationem ipsi intercluserat: tandem fame coacta Duci Parmensi, die 17. Aug. St. N. tolerabilibus conditionibus sese dedidit. Post hanc victoriam, prudentiores suadebant, vt Parmensis arma sua omnia suspenderet Gradiui in templo. peruenisse ipsum ad summum.

Anno 1587. Die 22. Aug. St. N. Proceres Polonorũ post diuturnam deliberationem in partes discesserunt, quorum alii Regem designarunt Sigismundum filium Iohannis III. Regis Suecorum, Sigismundi I. Regis Poloniæ ex filia, Sigismundi vero II. Regis Poloniæ ex sorore nepotem. Altera pars Regem elegerunt Maximilianum Archiducem Austriæ, Rudolphi II. Imperatoris fratrem.

Anno 1585. Antuerpiam ingreditur Alexander Farnesius 27. Augusti cui varii generis spectacula ad luxum æque quam splendorem fabricata, per vicos exhibita.

Anno 1585. Franciscus Dracus Eques Anglus, rei naualis peritissimus, classe viginti quinque nauium (qua 2300.

milites præcipue classiarii continebantur) comparatâ, iussu & auspiciis Elisabethæ Reginæ Angliæ in Indiam Occidẽtalem, ad intercipiendã nimirũ ditissimam Hispanorum classem ex Peruanis Insulis aduenientem, vireisque illorum distrahendas, expeditionem suscepit, & Plimutho Angliæ portu soluit die 12. Septemb. St. V.

An. 1585. Sixtus V. Pontifex publico Senatus Cardinalium decreto Henricũ Regem Nauarræ & Henricũ Principem Condæum, tanquam hæreticos excommunicat, & inhabiles ad successionem Coronæ Gallicæ declarat: ac omnia eorum regna, ditiones & bona subditis à iuramento obdientiæ absolutis, prędæ exponit, & Gallię Regi ac cæteris confœderatis executionem mandat, die 21. Septembr. Cui illi rursus scriptum opposuerunt.

Anno 1585. Burdigalæ mense Octobr. Belcirius quidam ciuis Burdigalensis honestę familiæ cum de capite ei periculũ esset, & teneretur arce Tropeite, vxor eius Olympias Seguria, cui alioquin semper patuerat ad maritum aditus, vestes suas cum marito permutat, qui crepusculo per medias stationes euadit, relicta in carcere coniuge, de salute sua minime sollicita.

An. 1585. Legati Regis Suecię, inter quos erat Pontus de la Cardia, fortissimus ac præstantissimus miles, ac felix exercituum regni Sueciæ Imperator, cum in annosa nauicula Naruam fluuiũ traiicere vellent, & aliquot machinas campestres, medio fluuio iam traiecto, exploderent, nauicula ex machinarum tonitru fatiscente, naufragium passi, & 18. homines submersi sunt: inter quos etiam fuit Pontus de la Gardia, die 5. Nouemb. St. V.

An. 1585. Burdigalam adeo grauis vexat pestilentia, vt intra sex menses quatuordecim milia hominum omnis generis absumerentur.

An. 1585. Hoc anno pestis maxime grassata est Vratislauiæ Metropoli Silesiæ, Gorlicii in Lusatia, & in Bohemia. Idem accidit Basileæ, & in quibusdam Misniæ & Saxoniæ locis.

Anno

An. 1584. Induciarum prorogatio inter Rudolphum II. Imp. Rom. & Amuratem III. Turcarum Imp. ad octennium inſtituta.

An. 1585. Rhæti aduerſus exules Italicos, imminentes Volturenæ, bellum parant. quo ipſo dilabuntur.

An. 1585. Albertus Dux Saxoniæ & Luneburgi periit ex inflãmatione cum prius crus amiſiſſet ictu bombardæ vrgente obſidionem arcis Rickelingę, in quam ſe receperant militares de Mandeslo, multa ditioni eius inferentes incommoda.

An. 1585. Hoc ipſo anno Mahumetes Hodabẽdes Magnus Perſiæ Rex legatos & dona precioſiſſima miſit ad Philippum Regem Hiſpaniæ, amicitiam & fœdus contra Turcas ab eo poſtulans. Idem fecit Amurates Turc. Imp.

An. 1585. Eliſabetha Angliæ Regina in tutelã ac defenſionem ſuam Hollandos ac Seellandos recipit, iiſdem circiter decem millia Anglorum auxilio mittit, & vrbes maritimas regno ſuo oportunas præſidiis munit.

An. 1585. Virginia noui Orbis ad ſeptentriones obuerſi prouincia, nauigatione Anglorum à Richardo Greinuile Equeſtris ordinis viro eo in Coloniam deductorum, hoc anno ſumtibus Dn. Walteri Ralegh Equitis Angli, &c. ex auctoritate Eliſabethæ Reginæ Angliæ reperta & detecta eſt. Aer huius loci ſanus eſt ac temperatus: ſoli vero ea vbertas, vt arbores, fructus, frumenta, legumina, herbas & radices varii generis producat, & ſiluarum ac fluminum amænitate, & animalium quadrupedum, auium & piſcium copia & varietate abundet. Vita barbaræ huius gentis tantum conſiſtit in venatione ceruorum & vrſorum, quorum ibi magna eſt copia, & in piſcium captura. Piſcibus crati ligneæ impoſitis, & ita ad ignem aſſatis, & carne cum fructibus in vaſe figulino aqua repleto, ſimul elixa pro cibo, aqua vero pro potu vtuntur: & adeo ſobrie ac temperanter viuunt, ne aliquam repletione nimia naturæ vim inferant: & inde morbum ſibi attrahant. Ac quamuis inſtrumentis

ferreis,aut aliis noſtris ſimilibus deſtituuntur:tamen rationem norunt:qua Cymbas,arcus,ſagittas,& id genus alia ad vſum neceſſaria ſibi cõparare poſſunt. Veſtes illis ſunt chlamydes è ceruinis pellibus paratæ:quibus mediũ corpus inuoluunt:reliquis partibus nudi,magnitudine inter ſe differentes,ſicuti & in aliis regionibus. Opibus acquirẽdis nũquam inhiant:ſed ſua ſorte contenti amice ſimul viuunt, ex illis,quæ munificus Deus illis elargitur. Religionem quod attinet:Deos multos credunt, diuerſorum tamen generũ, & ordinum : vnum ſolum primarium & magnum Deum, qui ab æterno fuerit:quique (vt ipſi aſſerunt) mundum cõditurus initio creauerit alios Deos primarii ordinis:vt eſſent tanquam media & inſtrumenta ipſi ſubſeruientia, cum ad creationem,tum ad gubernationem; deinde Solem, Lunã & ſtellas,tanquã Semideos & inſtrumenta alterius ordinis præcipua. Aquas primum omniũ factas, & ex iis creaturas omnes viſibiles ac inuiſibiles conditas dicunt. Exiſtimant quoq; mulierem primum fuiſſe creatam : quæ ex vnius ex Diis congreſſu conceperit & liberos genuerit: vnde ſe originem ducere perhibent. Quot vero ſecula inde præterierint, ignorant. Cumque omnes Deos naturam humanam habere putent:imaginibus humanæ formæ illos exprimũt: & ex ligno fabricatos variis coloribus exornant.

Hęc idola lingua ſua Kewaſowor appellata pro Diis habent; & illis proprias ędes ſiue templa dicant, in quibus fiunt precationes,cantus, & per multos dies oblationes. Animam à corpore ſolutã, ſtatim transferri credunt ſecundũ opera quę fecit,vel ad Deorum ſedes,ad perpetuã felicitatẽ, vel ad ingentẽ foſſam, (quã in extremis mundi finibus verſus Occidentẽ ſitam eſſe cenſent) ad perpetuũ ignem. Principes & Sacerdotes huius regionis à plebeis ſummo habẽtur in honore: & fures quoq;, mœchi, & alii ſcelerati, vel mulcta,vel morte,aut verberibus pro delicti magnitudine, debita ſeueritate puniuntur. Ex Anglia in hanc prouinciã iter tam facile eſt, vt ter in anno quocunque tempore abſolui poſſit. Qui plura hiſce de rebus cognoſcere volent; ii conſulant

ſulant narrationem totam de commodis & ritibus incolarum Virginiæ, à Thoma Harioto Anglo deſcriptam, & Francofurti ad Mœnum editam.

Anno 1586. Die 17. Ianuarii B. Antonio ſacra, indicta eſt ſolennis ſupplicatio Antwerpię, in gratiarum actionem ob eiectum ante triennium ea luce Ducem Alenconium, dolis vrbem illam inuadentem non ſine memorabili ſuorum clade.

Anno 1586. Robertus Leyceſtrius adſumitur ab vnitis Belgiæ prouinciis in Gubernatorem ſub auſpiciis Reginæ Anglię 1. Februarii: ſed parum feliciter, dum ipſe nimium omnia agit ex ambitione; adminiſtri vero eius ex anaritia; internunciis calumnia ac dolo.

Anno 1586. Sub finem Februarii Martinus Schenckius, & Herman Fredericus Clutius inuadunt in Weſtfalia oppidum Werlam, dum incenſæ in ſuburbio domui ciues inordinate ſuccurrunt. Arcem occupare moliebantur vi: ſed audito aduentare ſubſidium Hiſpanicum, præda onuſti captiuatiſq; 30. ex primoribus ciuibus redierunt Berkam.

Anno 1586. In Iaponia ampliſſima Orientis Inſula, longe vltra Indiam & Sinarum regiones (ad Grad. long. 180. latit. 35.) & in 60. Principatus diſtributa, Franciſcus Bungi & Protaſius Arimanorum Reges, & Bartholomæus Omuranorum Princeps, ad religionem Chriſtianam ſuperioribus annis per Ieſuitas adducti ineunte an. 1582. Legatos ad Rom. Pontificem amandarunt: qui eo anno Malacam & Goam: altero circumnauigata Africa in Luſitaniam, ineunte hoc anno Romam appulerunt, vbi 23. Martii St. N. Gregorio XIII. Pontifici paulo ante ipſius obitum literas reddiderunt: & orationem quæ extat, à Caſpare Conſaluo Luſitano nomine eorum pronunciatam, habuerunt: Die vero 17. Auguſti iterum in Indiam ſeſe contulerunt.

Anno 1586. Menſe Maio Hungari recepit clericos Societatis Ieſu.

Anno 1586. Grauam (die 7 Iunii,) & Venlonam (die 28. eiuſdem menſis) oppida Geldriæ munitiſſima, Dux Parmenſis occupauit. Chron. Belg.

Anno 1586. Die 12. Iunii Pragæ mater & filius multis annis inceſtuoſi ignibus luerunt pœnas. Eadem in vrbe, alio menſe, iudicum ſententiis reus quis damnatus, ducebatur ad ſupplicium tanquam incendiarius. ſed ecce; in via lictores adducunt verum reum; qui priore mox dimiſſo ad alterius ſupplicium producitur. ita vere dicitur: Periculoſum eſt credere, & non credere.

Anno 1586. Conſtantinopoli nebula quædam obſcura menſe Iunio exorta fuit: qua deſinente locuſtis pluit, quę folia arborum, fructus & gramina vndiq; abſumpſerunt. Leonclau. in Annal. Turc.

Anno 1586 Fridericus Rex Daniæ, Chriſtianus Elector Saxoniæ, & ſocer illius Iohannes Georgius Elector Brandeburg. & huius filius Ioachimus Fridericus Adminiſtrator Archiepiſcopatus Magdeburg. Iohannes Caſimirus Adminiſtrator Elect. Palatinatus, Legati Henrici Regis Nauarræ, Eliſabethæ Reginæ Angliæ, Iacobi Regis Scotiæ, aliique Duces Saxoniæ & Pomeraniæ &c. die 18. Iulii, St. V. Lunæburgi conuenerunt. Quo conuentu finito, Iacobo Segurio Pardeliano, Regis Nauarræi Legato, poteſtas conſcribendi milites data eſt.

Anno 1586. Venlonia 28. Iulii deditur Parmæ nolentibus militibus, quos ciues ad id tantum non coegerunt.

An. 1586. Tubingæ æſtate ferme adulta, in Philoſophicis comitiis & publica Magiſterii renunciatione, vndequinquaginta candidati, numero poſt conditam ibidem Academiam maximo, laurea ſecunda inſigniti ſunt.

Anno 1586. Noueſium in ripa Rheni à Truchſeſianis antea interceptum, fruſtra ab Epiſcopo Erneſtro obſidetur: ſed nunc modo oppugnatur à Parmenſi tormentis maioribus trigin[illegible] viriliter eam defendente Hermanfriderico Clutio. ſed enim vt ignis inuadit Turrim oneratam

Digitized by Google

ratam puluere pyrio, peruaditque domos proximas; occupatur ab Hiſpano; ſatis inhumane ſuſpenſum è feneſtra ſtrangulante Clutium, qui pridie è vulnere femoris ſaucius, lecto adfixus fuerat. accidit iſtud die Diui Iacobi 26. Iulii.

Anno 1586. Octauius Farneſius, Dux Parmæ ac Placentiæ, filius Petri Aloiſii, pater Alexandri præfecti Belgici, moritur 2. Septembr. cum eodem anno in Ianuario, præmiſiſſet vxorem ſuam Margaretham Auſtriacam Caroli V. filiam notham.

An. 1586. Circa initium Septembris St. V. conſpiratio Nobilium aliquot Anglorum inſtinctu Mariæ Scoticæ aduerſus Reginam Angliæ Eliſabetham facta, detecta & literis Reginæ Scotię prolatis, cõfirmata eſt. Nobiles coniurati quatuordecim die 20. & 21. Septẽb. ſupplicio proditorib. debito, in ſuburbio Londinenſi affecti, & quadrifariam diſſecti ſunt. Regina vero Scotiæ turris Londinenſis carceri impoſita eſt, in quam Principes viri, vltimo ſupplicio afficiendi, coniici ſolent.

Anno 1586 Leyceſtrius cum imparem ſe ſciret, qui leuaret obſidionem Berkanam à Parmenſi oppugnatam, aggreditur tormentis Dousburgum; quod ſe ei dedidit 12. Septembr. St. N.

Anno 1586. Circa menſem Octobr. Comes Arraniæ & Farnhurſtius Baro, Scoti, à regni Scotiæ Senatu proſcripti, adductis ſecum 3000. ſilueſtribus Scotis, in Hyberniam irruunt, omnem illam regionem deuaſtaturi, ſed à Richardo Binghamo viro bellicoſiſſimo nobili clade affecti, & omnes fere internecione ſublati ſunt.

An. 1586. Sub finem anni huius, menſe nimirum Decẽbri, Croatinis in finibus, aliquot Turcarum millia à Chriſtianis numero longe imparib. cæſa fuere. Periit inter alios Baſſę Boſnenſis frater, cuius caput a ceruice reciſum, & cũ captiuis quibuſdam ad Erneſtum Archiducem Auſtriæ miſſum fuit. Leonclau. in Annal. Turc.

Anno 1586. Franciſcus Dracus, Anglicæ claſſis præfe-

ctus, à Regina Angliæ, anno præterito ad Hiſpaniæ litora & Americam verſus miſſus, capto menſe Nouembri Promontorio Viridi, totam S. Dominici Inſulam Hiſpaniolam ineunte Ianuario, & paulo poſt Carthagenam in terra Firma (Hiſpanis ope incolarum, quibus datis donis libertatem promiſerat, cæſis) occupauit: naues in portu plurimas pecunia & mercimoniis onuſtas intercepit: oppida ac reliqua Inſulæ caſtra & propugnacula diripuit, & tormenta bellica 242. auexit. Poſtquam vero in toto illo noui Orbis pelago aliquot menſium ſpacio libere vagatus eſſet: & ſub finem menſis Maii Arcem S. Auguſtini in terra Florida cepiſſet, die 6. Auguſti, St. V. viginti trib. nauibus prędam ingentem continentibus in Angliam reuerſus eſt. Chron. Belg.

Anno 1586. Conſenſus mutuus ſiue concordia in Religionis Chriſtianæ capitibus inter Eccleſias Maioris & Minoris Poloniæ, Ruſſię, Lithuaniæ, Samogitiæ, quæ iuxta Confeſſionem Auguſtanam, fratrum Bohemorum, & Helueticam, aliquo modo inter ſe diſſentire videbantur, facta in Synodo, & typis in publicum edita eſt.

Anno 1586. Italia hoc anno magna fame preſſa eſt. Idē accidit Vngariæ, Flandriæ, Brabantiæ, Lotharingiæ, & Sueuiæ.

An. 1586. Riga Liuoniæ, omni metu ſolvitur 2. Decemb. morte Stephani Regis Polonię, à quo mali multum formidabat, quoniam Syndicum ſuum & Taſtium, tanquam reipublicæ ſuæ proditores interfeciſſent.

Anno 1586. Peſtis hoc ipſo anno graſſata eſt in Turcia, Vngaria & Auſtria.

Anno 1587. Gulielmus Stanleius, à Leyceſtrio præfectus Dauētriæ, inuitis Ordinibus, vrbem eam pecunia corruptus prodit Hiſpano 24 Ianuarii.

Anno 1587. Rolandus Iorkius, etiam nolentibus ordinibus, præfectus caſtro Zutphaniano, ab Leyceſtrio, idem turpiter prodit Hiſpano die 25. Ian.

An. 1587. Franciſcus Dracus Eques Anglus magno natium

Digitized by Google

uium grandiorum numero inſtructus ex Anglia ſoluit menſe Aprili: & Hiſpanorum claſſem, quæ paulo poſt aduerſus Anglos & Belgas emittenda erat, ante portum Caleti vrbis Andaluſiæ (vulgo Caliz Malis) infreto Herculeo ex improuiſo adortus, circiter 36. naues commeatu, machinis bellicis, & aliis mercibus onuſtas, partim diripuit, partim ſecum abduxit, plurimaſque alias adhuc vacuas flammis exuſſit, & victoria ac præda inſigni potitus eſt, die 19. Aprilis.

An. 1587. Duces Saxoniæ cum Brandeburgenſibus & Haſſiacis, Naumburgi ad Salam renouant fœdus hereditarium die 4. Iulii, deliberantque de mittendis auxiliis Nauarræo.

An. 1587. Geldriam Vrbem, proditione Paytonis Scoti gubernatoris ibidē, Claudius Berlaymontius Hautepenni Dominus, nomine Ducis Parmenſis, circa initium Iulii occupat, & poteſtati Regis Hiſpaniarum ſubiicit. Chron. Belg.

Anno 1587. Die 4. Auguſti ſe dedidit Sluſa Parmenſi, poſt duorum menſium obſidionem, & oppugnationes ſeptem; cum ei Leyceſtrius fruſtra cum copiis ſuis ſubuenire tentaſſet. in ea obſidione perierunt Hiſpano capitanei 45.

Anno 1587. Regni Poloniæ proceres, die Perti & Pauli, St. N. Warſouiæ cōuenere ad Regis noui electionem. Miſere eo præcipui Monarchæ Orbis legatos, Pontifex Romanus, Imp. Romanus, Rex Hiſpaniæ, Rex Suecorum, Moſcouitarum Dux magnus, Imperator Turcarum, Rex Tatarorum & alii.

Anno 1587. In Germania hoc anno exercitus quinque millib. equitum, & viginti millibus peditum conſtans, auſpiciis Henrici Nauarræ Regis collectus eſt, qui tandem die 12. Aug. St. V. Roberto Guilielmo, Duce Bullionæo, Nauarræi legato, & Fabiano Burggrauio & Barone à Dhona, Iohānis Caſimiri Comitis Palatini Rheni Tribuno, Ducib. iter ingreſſis, viam ſibi per Lotharingiā, vi aperuit, & inter Sequanam ac Ligerim contendens in Galliam penetrauit,

licet Rex ab vna,& Guisiani ab altera parte sequerentur,& commeatum intercluderēt.Nauarræus obuiā illis iturus,vt excipiat, suisque coniungat, subsequentem Galliæ Amiralium Ducem Ioieusium, Regis Henrici III. Sororium, die 10.Octobr.fortiter reprimit ad oppidum Curtracium, adeo, vt Ioieusius ipse cum fratre & duodecim suorum millibus, plurimisq; præcipuorum nobilium,occubuerit.

Anno 1587.Turcę magna strage à Christianis supra Catzerolacum,ad vnum a Canysia miliare, profligati sunt, mense Augusto,cęso Bego Mohatzense, Copanensi vero & Quinqueclesiensi Begis,aliisq; vltra 1300.capris.

An.1587.Conniuente Roberto Leycestrio, seditionē mouent Vltraiectini, separantque se ab Ordinibus generalibus,ciectis ad sexaginta è Magistratu aut ciuibus in exilium.cuius rei rationem reddere nituntur scripto publicato 6.Septembr.

Anno 1587. Pugna Courtraciana, vbi Annas Dux de Ioyeuse periit cum fratre suo Claudio aliisq; multis nobilibus,vincente copias Henrici III. Galliarum regis Henrico Nauarræ Rege, accidit 20. Octobr.St.N.

Anno 1587.Die Octobris 26. decapitati publice Lugduni Batauorum Iacobus Valmarus Cosmus de Pescarengis & Ioannes Maudæus, Capitanei;quod conati essent ea aliasque ciuitates inuadere nomine Leycestrii ac Reginæ Angliæ. Ob idem factum, suspecti Adolphus Mekerchus atque Hadrianus Sarauia, clam profugere in Angliam.

An.1587.Robertus Bullionæus,nec non Fabianus Baro à Dona, iuncturi sese copiis Nauarręis in Pictonibus, dissipantur cæduntur que a Guisianis miserum in modum, peruigilio Diui Martini,13.Nouembr.in oppidulo Agneau. de qua clade,operę pretium videre libellum Gallicum, cuius clausula est,Baro redde Legiones.

Anno 1587.Die 4.& 5. Decemb. in finibus Croatiæ ad Wihitzium quasi nubes quædam anatum & anserum aliquot sane myriadum aduolauit,seq;in stagnum proximum demisit.

Digitized by Google

demiſit, vbi noctu ſtrepitus ingens pugnātium inter ſe volucrum in tota vicinia, ſeq; mutuis conficientium vulnerib. auditus fuit. Vnde poſtridie egreſſi milites, ciues & agricolę, eius loci maximam anatum & anſerum copiam repererunt. Tandem è prato quodam latiſſimo ſublatis ſuperſtites alis, auolarunt. Quam pugnam paulo poſt binę Turcarum clades ſubſecutę ſunt. Leonclau. in Pand. Turc.

Anno 1587. Robertus Dudleus Comes Leyceſtrius cogitatis ab Regina Anglię ciurare inſtrumento publico 17. Decembris gubernationem generalem vnitarum prouinciarum: quę ignorantia ſua & ambitione dilapſus erat in partes & factiones valde periculoſe. id ipſum tamen primum communicatum Ordinibus ab Henrico Killegræo 1 April. 1588.

Anno 1587. Magnum certamen in Polonia inter Proceres de rege eligendo. quidam die 9. Auguſti renunciant Sigiſmundum filium regis Suecię. alii eligunt Maximilianum Auſtrium 12. Auguſti. Proueniebat hęc diuerſitas a familia Sborouiorum, infenſiſſima Zamoſcio Cancellario regni ob ſupplicium ſumptum olim, mandato Regis Stephani, de Samuele Sborouio, qui non contentus occidiſſe inimicum ſuum, eius cadauer minutatim conciſum, porcis obiecerat.

Anno 1587. Martinus Schenckius Bonnam primo mane occupat 22. Decembr. ſtratagemate petardi: paratus eam tradere in manus Principum Imperii: ſed nullo audente opponere ſeſe virib. Hiſpani, obſeſſa fuit initio Martii 1588. per Principem Chymaium validiſſima manu equitum peditumque; dediditq; ſe demum 29. Septemb.

Anno 1587. Sententia ſuper mortem Marię Reginæ Scotiæ, pronunciata à toto Parlamento Britānico, publicatur ſub magno ſigillo Eliſabethæ 23. Decembris, Londini: ratamque eam habet ſit marque manus ſuæ ſubſcriptione Eliſabetha Regina, veſpere Purificationis D. Marię 1587. hactenus, vt diem ſupplicii nullum exprimeret; arbitrata, hiſce ſic decretis, nihil deinceps molituros contra ſe regnū q;

ſuum, eos qui hactenus carcere liberare conati erant Scotam: cum cernerent id neutiquam futurum ſine Scotæ capitali periculo. Sed enim Secretarius Dauidſonius, ea non conſulta, libellum decretorium tranſmittit Conſiliariis Parlamenti: ii vero Comiti Strasburienſi atq; Cantiano, quorum in ditione captiuabatur Maria: quæ Fodringami in caſtro, præſentibus fere ducentis hominibus, præter domeſticos Arciſque cuſtodes, percutitur ſecuri 18. Februarii; docuitque ſuo exemplo quod delinquis in alieno territorio, ea ibi repertus, puniri in loco delicti; nulla habita ratione dignitatis, honoris, aut priuilegii. Veſtes eius aliaque omnia ſanguine infecta aut aſperſa, ſtatim igne abſumpta ſunt, ne inde eo abuteretur quis ad ſuperſtitionem.

Anno 1587. Maximil. Auſtrius, iurat Polonis ſuis die 17. Septemb. die vero 19. Sigiſmundus Suecus; qui porro 27. Septembr. venit Dantiſcum, ſplendidiſſime exceptus à ciuibus. Octobris 10. venit in Poloniam. At enim Maximilianus acceſſerat fines Poloniæ circa initium eius menſis, obſederatq; Cracouiam: ſed repuſſus à Zamoſcio redierat ad fines Sileſiæ.

Anno 1587. Sigiſmundus III. Sueciæ Rex, ſolenni more ac modo corona regni Poloniæ inſignitur Cracouiæ, die 27. Decemb. St. N. in feſto S. Iohannis Euangeliſtæ.

Anno 1587. Iohannes, Comes Palatinus Rheni, Bipontinus, Eccleſiæ ſui Ducatus à reliquiis Papatus reformat.

Anno 1587. Mulhuſium Heluetiæ vrbs à maiorib. Heluetiorum pagis deuicta imperio eorundem ſubiicitur.

An. 1587. tanta fuit peſtilentia in Flandria & Brabantia, vt multi pagi, in quibus duo triaue eſſent ædium millia penitus exhauirentur; inhabitanda lupis, qui tanta frequentia increuerunt, vt circa Gandauum tantummodo centum homines occiderint aut deuorarint. Canes gregatim currebant per agros, ſæuientes nunc in ſe, nunc in pecudes, nunc in homines. Omnis prouincia obſita

obsita erat densis vepribus, excelsis arboribus; neque cuique facile erat reperire possessionem suam.

Eodem tempore, tanta erat fames, vt frumenti mensura Quadrantaria, continens farris ferè libras 120. venderetur Antverpiæ florenis 25. Multi nobiles, aliique ciues viuere sueti è reditibus annuis, distractis pro pane ceimeliis suis ac supellectili, sub vesperam Gandavi, Brugis, Bruxellis, Antuerpiæ, mendicabant frusta panis, vestiti serico, holosericoque. Cæterum anno sequenti vices rerum ita versæ sunt, vt illa mensura Quadrantaria væniret passim vno floreno. Interim vtroque anno vnum idemque pretium erat frumento in fœderatis prouinciis, ob mare apertum.

Anno 1588. die 24. Ian. St. N. Dominica tertia post Epiphania circa meridiem, cõmissum est prelium inter Polonos, Duce Iohanne Zamoiscio, regni Poloniæ Cancellario, & summo exercituum regni Imperatore, & Maximiliani Archiducis Austriæ copias ad Bitschinam oppidum Ducum Bregensium. Poloni numero vicêre: multisque nostrorum cæsis, ipsum Archiducem deditionem facere coegerunt: quẽ oppido egressum Cancellarius in Poloniam 25. Ianuarii sub exortum diei abduxit. Milites qui è pugna in oppidum profugerant, intercessione Maximiliani Archiducis salui & incolumes, sed armis & pecuniis exuti, à Zamoiscio dimissi sunt, die 26. Ianuarii. Bitschina direpta & exusta est, ciues crudeliter tractati, multi trucidati, plurimique in tristissimam seruitutem abducti.

Anno 1588. Thomas Candischius Eques Anglus, postquã duabus nauibus totius orbis terrarum ambitũ feliciter circumnauigasset, & per fretũ Magellanicum in Oceanum Australẽ traiecisset, apud promontoriũ Capitis Bonæ spei in 20. naues Hispanicas incidit, quas cũ partim dissipasset, & diripuisset, partim incensas submersisset, amplissimã nactus prędã, vna dũtaxat naui comitatus, die 18. Feb. (alii 15. Sept.) in patriæ portũ Plimuthũ, vnde prius an. 1586. die 21. Iul. exierat, cũ omnium admiratione reuersus est. Chr. Bol.

Anno 1588. Apendarii Holſatiæ oppido, matroni quinque dierum interſtitio geminos enititur menſe Februario.

Anno 1588. Legati Reginæ Angliæ miſſi ſunt Oſtendæ 21. Februarii, vt ab Parmenſi intelligerent quibus conditionibus pax conuenire poſſet inter Ordines Vnitarum prouinciarum atque Hiſpanum. Vtrinque ſuper hac re diſceptatum eſt primum Borburgii 6. Iunii, ſed cum paullo poſtea ſupercueniret terribilis illa claſſis, vtrinque diſceſſum re infecta: patuitque conuentum eum potiſſimum protractum, ne Regina ſuſpicaretur claſſem eam contra ſe venire.

Anno 1588. Theodorus Sonoius factus Gubernator Hollandiæ Septentrionalis à Leyceſtrio, cedere negat Mauricio atque Ordinibus poſt abitum Leyceſtrii: quare obſidetur Medenblicæ cum ſuis à milite Ordinum; Vixq; interceſſione legatorum Reginæ acquieſcens, exit ciuitate illa & agro menſe Aprili.

Anno 1588. Clathis Philippi II. Regis Hiſpaniarum, totum ferme triennium apparata, nauium militarium grandium 150. militibus veteranis ex Hiſpania, Italia, & aliunde collectis 20000. nautis 10000. tormentis 2650. pyrio pulnere, globis & annona ad ſex menſes inſtructiſſima, die 28. menſis Maii ex portu Vlyſſibonenſi ſoluit, & Angliam petiit. Verum ab Anglis Carolo Houuardo Thalaſſiarcho Anglico, & Franciſco Draco Inferiore Amiralio Ducibus die 1. 2. 3. 4. & ſequentibus vſque ad 8. Aug. St. N. crebertimis incurſionibus & conflictibus labefactata, pugna nauali vincitur & profligatur: exercitu Hiſpanorum numeroſiſſimo fuſo & fugato, triremibus multis captis, diſſipatis aut merſis, plurimis belli ducibus captis, & præda ingenti in Reginæ poteſtatem redacta. Diſtat hæc pugna à pugna Actiaca annis 1617.

Conuenerat inter regem Hiſpaniæ ac ducem Parmę, vt hic 300. naues inſtructas paratasq; teneret, in littore Flandrico, quæ ſe aduentanti Hiſpanicæ claſſi iungeret, ſimulq; inuado-

Digitized by Google

inuaderet Angliam. Verum nauis nulla Parmenſis portu exire aula fuit, præpedita claſſe Hollandica ac Zelandia, omnes portus vigilantiſſime cuſtodiens. Quare, exauctoratis tandem nautis, cum milite reliquo accedit ad oppugnationem Bergizomii, vbi & fortunam habuit aduerſam.

Anno 1588. 17. Septembris inuadit Parmenſis Inſulam Tholam Babantiæ obuerſam ſed ſine effectu.

Anno 1588. 24. Septembris Dux Parmæ obſidione cingit Bergam opzoom, neq; procedit; non magis quam proditio qua conabatur occupare Caſtellum poſitum in ore Schaldis, corrupto, vt putabat, donis promiſſiſque Grineſtonio Readheadioque loci illius præſidiariis Anglis. itaq; inde recedit 12. Nouembris.

An. 1588. Bonna ſexto obſidionis menſe Carolo Duci Chimæo ſeſe dedidit: & duces qui vrbem fortiſſime defenderant, & milites omnes complicatis vexillis, cum armis & bonis quæ geſtare poſſent, dimiſſi ſunt, 28. Sept. St. N.

Anno 1588. 6. Octobris, deponitur Senatus Vltraiecti nuper intruſus, delecto alio per Adolphum Comitem Meurſiæ, Ordinum ibidem præfectum; redeuntque ad ſua exules.

Anno 1588. 27. Nouembris Gertrudenberganum præſidium deficit ab Ordinibus. Et 2. Februarii 1589. tractat cum Duce Parmenſi, cui ſe vendit 10. Aprilis; intratque ſtatim oppidum Carolus Mansfeldius. Ordines contra, omnes ac ſingulos milites proſcribunt, vltimoq; damnant ſupplicio; polliciti florenos quinquaginta qui caligatum, centum qui officiarium vinctum ſtiterit.

Anno 1588. Copiæ Chriſtianorum cum Turcis in Vngaria ſuperiori prope Sixum oppidum, ſex à Caſſouia milliaribus diſtans, die 8. Oct. St. N. feliciſſime dimicarunt.

Anno 1588. Mauricius Naſſouius ſolenniter fit Marchio Veræ in Walachria, die 20. Nouembris.

An. 1588. Hoc ipſo menſe Decembri Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ Marchionatū Saluzziarū partim vi, partim deditione occupauit, eumq; Henrico Galliæ Regi eripuit.

Anno 1588. Mittitur à Parmæ Duce Petrus Ernestus Comes Mansfeldię in Octobri ad obsidionem Wachdendonkii, quam & occupat 20. Decembris.

Anno 1588. Henricus III. Gallię Rex, insidias sibi ab Henrico Duce Guisiæ structas metuens: Lutetia vna cum Regina matre in oppidum Carnutum excessit, Guisius Thesauros & armamentarium Regis & arcem Bastillã occupauit: sed paulò post intercessione Caroli Borbonii & reliquorum confœderatorum Regi reconciliatus est.

Anno 1588. Henrici III. Galliarum Regis iussu, Blesis in Comitiis regni, Henricus Princeps Guisius, Francisci filius, tanquam qui non tantum regnum turbaret, illudque occupare conaretur, verum etiam in Regis vitam manifestò conspiraret, die 23. Dec. St. N. pugionibus confossus, & sequenti die 24. Dec. Ludouicus Cardinalis Guisius, Henrici frater, strangulatus est. Horum cadauera postea igne cremata, cineres in aerem Ligerimque dispersi, & Henricus Guisius Dux Ianuillæus, Henrici filij, Dux Nemurius, aliquot Episcopi, & multi nobiles factionis Guisianæ, capti & in custodiam dati sunt.

Anno 1588. Francisco Medices magno Etruriæ Duci superiori anno defuncto, Ferdinandus Medices S. R. E. Cardinalis, petit huius anni fine à Pontifice, vt exuto ordine sacro, liceat dare operam politicis: quod & impetrat, ducta paulò post in vxorem Christina Lotharingiæ Ducis filia.

Anno 1588. erat in oppido Austriæ Bernau caupo Ioannes Waldhauser, qui cum videret famulum suum numquam ei satisfacere in rationibus vini; de cuius frugalitate alioquin nihil dubitabat, nocte quadam se in cella abscondit. Venerunt eo 17. mulieres anus, vinum hausere hilareque de more conuiuatę sunt. Rem magistratui indicat. capiuntur, cõfitenturq; se idipsum exercuisse annos 18. &c.

Anno 1588. Tigurum, Berna, & Argentina, vetustum vetus renouant, firmantque in annos 10.

Anno 1589. Mense Ianuario anni huius ineuntis cœpta

est

eſt pacis tractatio inter Imp. Romani & regni Poloniæ Commiſſarios ad Bythoniæ oppidum, in finibus Poloniæ & Sileſiæ, vbi in primis de liberatione Archiducis Maximiliani actum eſt, conſcriptæque conditiones certæ die 9. Mar. St.N.

Anno 1589. Conſtantinopoli Menſe Martio, Legionarii ex Perſia reuerſi, adiunctis ſibi Genizaris, ob non ſolutum iuſto tempore iuſti valoris ſtipendium periculoſiſſimam ſeditionem & tumultum excitarunt: ita vt non ſolum Beglerbegum Græciæ & Quæſtorem regni, Imperatori Turcico, ditis & minis extortos & poteſtati ſuæ permiſſos, crudeliter diſſecuerint: verũ etiam vico Iudæorum ignem ſubmouerint, qui tempeſtatis vi excitatus, tanta ſumpſit incrementa, vt in potiore vrbis parte vltra 12. domorum millia, vna cum magna tabernarum & officinarum copia abſorpſerit, & precioſiſſimæ merces, à militibus ſpoliis & rapinis inhiantibus deprædatæ perierint. Leoncl. in Pandect. Turc.

Anno 1589. Henricus III. Galliæ Rex Carolum Ducem Maynium & Aumalium, publicis literis rebelles, ac læſæ Maieſtatis reos declarauit & proſcripſit: cum Henrico Rege Nauarræo menſe Aprili inducias & fœdus fecit: eumq; legatum copiis ſuis cum ſummo Imperio præfecit: ipſiuſq; ope & conſilio vrbes & oppida multa occupauit, in rebellionis autores animaduertit: & confœderatorum exercitus diuerſis in locis profligauit.

Anno 1589. Eliſabetha Angliæ Regina Antonium Luſitanum exulem, in Portugalliæ regnum reductura, inſtructiſſimam 140. nauium claſſem, quindecim millibus militum repletam, Iohanne Noricio & Franciſco Draco Eqq. Anglis Ducibus Hiſpaniam & Portugalliam verſus die 27. Ap. emiſit: quæ ad portum Coronæ in Gallicia die 4. Maii appellens, ſuburbium ibidem occupauit, & naues aliquot Hiſpanicas omni genere commeatus aliiſq; rebus inſtructas cepit. Vnde Angli ſub finem Maii digreſſi, Vlyſſibonam petierunt & milite in terram expoſito 2. Iunii

Cascalim oppidum Vlyssiponæ vicinum, & quoddam eiusdem suburbium expugnarunt. Verum cum Lusitanorum nullus ad ipsos deficeret; non tam Hispanorum præsidiariorum crebris eruptionibus, quam luis pestiferę sæuitia, & aliorum incommodorum causa, numerus Anglorum in dies diminueretur, & aliquot militum millia breui temporis interuallo extinguerentur: reliqui (triduo in castris ad Vlyssiponam exacto) in naues reiecti, circa finem Iunii discesserūt, & captis in Tagi ostio 60 Hanseaticarum ciuitatum nauibus frumento onustis, & oppido Biscaiæ Viga in reditu intercepto, direpto & incenso, in Angliam mense Iulio reuersi sunt.

Anno 1589. mense Maio, obsidet oppugnatque castrum Blienbecanum Marchio Varrabonius, qui id occupat milite intus dissidente 24. Iunii.

Anno 1589. Burdigalæ quarto Iulii, visa est à meridie ad horam tertiam corona cœlestis circa Solem.

Anno 1589. Maximilianus Archidux Austriæ à Polonis, propositis certis conditionibus, hoc est, si titulo Regis Poloniæ, & omni iure deinde abstineat, liber tandem dimissus, ad Silesiæ fines à copiis equitum Cæsareanorum excipitur, die 28. Iulii, St. N.

Anno 1589. Tatari Cosaccorū impressionibus ac iniuriis irritati, magnis agminibus in Podoliam, & vicinas Poloniæ prouincias irruunt: ferro & flāmis fœdissime grassantur: & multa hominum captiuorū millia abducunt, circa mensem Iulium. Verum cum præda & captiuis ad Borysthenem redeuntes, à Cosaccis, Niflouiis impediti, acri prælio funduntur ac profligantur: & plurimis, ac in his fratre Chami, cæsis captiui liberantur.

Anno 1589. 22. Iulii, Henricus III. Galliæ Rex, à monacho Iacobino perfidiose læsus cultello venenato, sequēti die moritur; constituto prius successore Henrico Nauarræo; qui assumptis auxiliis Anglicis aliisque, Mainium prælis aliquot vincit, obsidetque Lutetiam.

Anno 1589. Henricus Rex Nauarræ vna omnium voce Hen-

Digitized by Google

ce Henricus IV. Galliæ & Nauarrę Rex proclamatur. Vnde die 3. Auguſti iuramentum fidelitatis præſtat: & ſancte teſtatur, ſe Autonomiam conceſſurum: vitam ſuam & omnia in diſcrimen pro regno & ſubditis poſiturum. Quo facto, Principes & proceres regni, vna cum nobilitate, & omni exercitus turba, ſimiliter fidem ei atque obedientiam vt ſuo Regi ac Domino ſacramẽto promittunt, & indignam Domini ſui necem vindicaturos, iureiurando confirmant.

Anno 1589. 10. Auguſti, ex inſidiis occupatur Neomagum à Martino Schenkio: ſed enim cum naues ob malaciam tardius procederent, iamque aurora aduentaret, ciuium armis repulſus, expellitur: ipſe præterea ſubmergitur naue in qua erat nimio onere depreſſa. poſtridie ſæuitum in cadauer, quod quadripertitum; caput vero impoſitum turri S. Antonii. Sed cum milites eius, ea propter in multos Neomagenſes ciues miſere trucidarentur, Marchionis Varrabonii iuſſu, ſublatum eſt; & poſt biennium illatum ſepulcris Ducum Geldriæ.

Anno 1589. Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ, Geneuam menſe Auguſto obſidione cinxit: verum Geneuenſes amicos & confœderatos ſuos inuocantes, tam fortiſſime ei reſtiterunt, vt parum abfuerit, quin omni prouincia Foſſinghana exueretur.

Anno 1589. Alexander Farneſius ab itinere Spadẽſi deflectit Aquiſgranum, vbi 20. die Septembris honorifice ſuſcipitur, viſitatisque vniuerſis ſingulisque ibidem Sanctorum reliquiis, accingitur ad expeditionem Gallicam.

Anno 1589. Mauritani ſeditione contra Turcas mota, loca quædam Africæ, quæ Imperatori Turcico antea paruerant, circa initium autumni occuparunt.

Anno 1589. dum Arnhemii die 5. Octobris viſitat inſtrumenta bellica Adolphus Comes Muerſenſis, & fax forte attingit puluerem tormentarium, lethaliter læditur, mortuus 7. Octobris ſine liberis, relicta herede vxore ſua, vidua Comitis Hornani à Duce Albano decapitati.

Anno 1589. cum Carolus Mansfeldius prius deditione occupaſſet propugnaculum Reeſanum menſe Nouembri, arctius obſidet Berkam ad Rhenum, quæ conditionibus tolerabilibus ei deditur 3. Februarii.

Anno 1589. Viennæ in Auſtria Imperatoriæ maieſtatis Conſiliarius Sebaſtianus à Plawen, ſigillum & manum Imperatoris adulterare, tabulaſque ſignatas & publica inſtrumenta falſarius corrumpere deprehenſus; poſt annuam cuſtodiam, prius decollatus, igne ad cineres redigitur pridie Kalend. Decembr.

An. 1589. Sub finem huius anni, vel ſequentis initium, Pax inter Turcas & Perſas conſtituta eſt.

Anno 1590. Sub anni huius exordium nouum & atrox inter Moſcos & Suecos bellum exardeſcere cœpit. Moſcus dum Naruam Liuoniæ obſedit, Kexholmam, Coporiam & Iuanogrodum ſiue Naruam Ruſſicam à Suecis ante nouennium occupatas, partim deditione, partim vi & armis menſe Februario recuperauit.

Anno 1590. menſe Ianuario Miles Hiſpanus ſeditioſus occupat in Flandria Cortracum, dum maxima pars ciuium excurriſſet ad ſupplicium duorum piratarum igne abſumendorum.

Anno 1590. Berka ad Rheni ripam deditione tranſit ab Ordinibus ad Colonienſem Epiſcopum, opera Caroli Mansfeldii Comitis, die Ianuarii vltima.

Anno 1590. 4. Martii Breda Brabantiæ ciuitas, naue militibus armatis fœta ingenioſiſſime occupatur ab Ordinib. fœderatis. factũ incomparabile, ſed idem fere cum fabula de equo Troiano: vt enim Phryges ipſi ſuis manib. equum illum traxere in vrbem, ſic etiam milites nauim impeditam glacie, deduxerunt in arcem. Cęterum notabilis fuit terror in ala Equitum, ac quinque vexillis peditum Italicorum: ii enim cuncti, quamuis ciues omne auxilium fidemque eis pollicerentur, veriti ſpoliari bonis ſuis, porta effracta ſe ſubduxere, nondum hoſte viſo, ſed tantum audito.

Anno



Digitized by Google

Anno 1590. Henricus IV. Galliæ & Nauarræ Rex insignem victoriam de Carolo Duce Maynio, & confœderatis in prælio ad Druidum vrbem prope pagum Iurii, die 14. Martii, St. N. reportauit, in quo Philippus Lamorali filius, Comes Egmondanus, Belgicorum auxiliorum, à Rege Hispaniæ subsidio confœderatis missorum, dux cæsus, equites profligati & dissipati, & Heluetii ac cæteræ pedestres copiæ omnes in Regis potestatem traditis vexillis & armis venerunt. Hac victoria parta Nauarræus exercitum ad vrbem Lutetiam sub finem Aprilis deduxit: quam cum totos quinque menses vsq; ad initium Septembr. vndiq; obsessam grauiter adfixisset: & commeatus importatione intercluſa, ad famem extremam (ita vt tredecim millia hominū trimestri spacio interierint) adegisset: tandem obsidionem soluere cogitur, Alexandro Farnesio Duce Parmensi cum selectis Hispanorum, Italorum & Belgarum militibus veteranis circiter 15000. ab Hispaniarum Rege in Galliam misso.

Anno 1590 Martii 20. Rex Scotiæ Iacobus VI. Tychonem Brahe mathematicum vltro inuisit in arce sua Vraniburgi.

Anno 1590. Anna, Iacobi VI. Scotiæ Regis coniunx, in magno Procerum conuentu Regina Scotiæ coronatur Lethæ 17. Maii, St. V. & biduo post Edinburgum ingressa, summo omnium Ordinum applausu excipitur.

Anno 1590. mense Augusto pompose admodum per Hannoniam tendit in Galliam Dux Parmensis, vt obsidione solueret Parisienses: quod & factum est. cum enim Rex Henricus IV. nulla ratione ipsum cogere posset ad prælium, neq; oppugnatione vlla vim faceret vrbi; destitutus pecunia enataq; penuria commeatuum, obsidionem soluit. & sic ab asinina caninaq; carne desierunt. dicuntur fame mera mortui ad 12. millia.

Anno 1590. Terræ motus ingens & horribilis Viennam Austriæ, & multa Morauiæ ac Bohemiæ loca grauiter concussit, d. 15. Sept. St. N.

Anno 1590. Mauritius Princeps Auraicus Duce Parmenſi cum exercitu ſuo in Gallia belligerante, collectis copiis, omnes pene arces & propugnacula ad Moſam & Rhenũ extructa, mẽſe Octobri facili negotio recuperauit.

An. 1590. Barnabas Briſſonius IC. magni nominis, excellentis ingenii, ſolidæq; eruditionis laude (quã ſcripta ipſius edita teſtantur) clariſſimus, Cõſiliarius regius & Præſes Senatus Pariſienſis, tempore obſidionis Lutetianę, per furores plebis, aut quorundam potius, qui in plebis fece vltimi Lutetiam Regi ſuo rebellantem tum regebant, indigniſſime ſtrangulatus in carcere, ac poſtea publice ſuſpenſus eſt 15. Nouemb. Vrbe vero tandem Anno 1594. Henrico IV. Nauarrogalliæ Regi reddita: Senatui vehementer facinus hocce diſplicuit: adeo, vt eodem patibulo, eadem hora carnifex ipſe, apparitor, & à confeſſionibus Presbyter, quod Briſſonio è viuis tollendo operam ſuam locaſſent, ſuſpenſi fuerint.

Anno 1590. Franciſcus Ladigerius regius in Delphinatu contra Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem præfectus, Gratianopolim vrbem ope Laualleti collegæ ſui ſub finem menſis Nouembris deditione captam occupauit: Viennam ad Rhodanum Galliæ Regi adiunxit, & Berray oppidum obſidione Sabaudi liberauit.

Anno 1590. Auguſtæ Treuirorum, in Sueuia, Saxonia, Dania, Marchia & multis aliis in locis magnus hoc ipſo anno Magorum & Sagarum numerus tam plebeii quam ſuperioris ordinis & ſortis hominum igne exuſtus eſt.

Anno 1591. Comitia regni Poloniæ menſe Ianuario habita ſunt Warſauiæ: in quibus iſtiuſmodi tranſactione Polonis, interceſſione Legati Reginæ Angliæ, cum Turcis & Tataris pax reſtituta eſt, & fœdera antiqua confirmata: vt Poloni damna, quæ Coſacci Niſouii in ampliſſimis inter Boriſthenis & Tyræ oſtia campis vagantes, excurſionibus, rapinis, & cædibus iiſdem intulerant, præſtarent, & priſtinam aureorum Vngaricorum pellium Zabellinarum & Ouinarum penſionem exſoluerent.

Anno

Anno 1591. Geneuenſes Ducibus Sancæo & Guitrio cũ exercitu Ducis Sabaudiæ menſe Martio feliciter bellum geſſerunt, & aliquot arces recuperarunt.

Anno 1591. Rex Nauarræus Vrbem Carnutum 6. April. & Nouiodunum in Picardia 8. Auguſt. St. V. occupauit. Interim à Pontifice Max. iterum excommunicatur, ſed ipſi Pontificii partium eius in omnibus Parlamentis excommunicationem illam pronunciant irritam, ac carnificum opera flammis exurendam curant.

Anno 1591. Mauritius Princeps Auraicus, prouinciarum in Belgico vnitarum Dux ſupremus, Zutphaniam fortitudine & ſtratagemate memorabili, hoſte fortiter etiam reſiſtente, occupat die 29. Maii, St. N. & Dauentriam 10. Iunii, St. N. recuperat: ac paulo poſt non tantum in Friſia quoq; ciuitates & munitiones quaſdam Ordinibus ſubigit: ſed etiam ſeptem turmas equitum Italorum Duci Parmenſi (qui Knodſenburgum è regione Neomagi à ſe obſeſſum ſtrenue oppugnabat) ſeruientium, exigua ſclopetariorum & equitum manu circumuentas, die 24. Iulii, St. N. cædit & profligat: atq; ita Knodſenburgũ obſidione liberat. Octauianus Comes Mansfeldius, Petri Erneſti filius, in ipſa obſidione globo ſclopeti ab erumpentibus Comitis Solmenſis militibus, traiectus occubuit: inter captiuos vero, quorum ducenti numerabantur, Petrus Franciſcus Nizellius, Parmenſis præfectus, Alphonſus Daualus Marchio Guaſti, Diomedes Carafa, & Decius Manfredus Comes &c. reperti fuerunt. Chron. Belg.

Anno 1591. Fames hoc anno maxima Lutetiam Pariſiorum, Italiam & præcipue Romam Vrbem grauiter adflixit.

Anno 1591. Henricus Rex Nauarræ Germanos, Anglos & Gallos coniungens, Rotomagum Normandiæ Metropolim arctiſſima obſidione, die 30. Sept. cingere cœpit: quam tamen ſeptem mẽſium interuallo fruſtra obſeſſam, anno ſequenti rurſus deſeruit.

Anno 1591. Christianus Princeps Anhaltinus florentissimum exercitum 8000. equitum, & 15000. peditum Germanorum, in Palatinatu, Saxonia, Thuringia, Misnia & ditionibus Brandeburgicis collectum, duxit in Gallias: ad ferendam Henrico IV. Galliæ & Nauarræ Regi contra Hispanum & reliquos confœderatos opem (quam ille annos iam aliquot apud Germaniæ Principes per Legatos suos anxie implorauerat) qui duobus infra Moguntiam miliaribus, sub initium Augusti Rhenum traiiciens, & inde per Lotharingiam, nemine admodum resistente, ad Galliæ fines penetrans 13. Septembris St. V. demum à Rege, qui Sedanum ad Mosam vsq; processerat, excipitur, & copiis eiusdem coniungitur.

Anno 1591. Circa idem tempus Mauritius Princeps Auraicus in Wasiam Flandriæ prouinciam, impressione facta, Hulstum oppidum probe munitum, die 24. Septem. St. N. deditione occupauit; & collocatis in eo præsidiis firmissimis, reliquas copias ad Neomagum Geldriæ metropolim reduxit, illamque pauciſſimorum dierum interuallo Ordinum auspiciis ad deditionem compulit 21. Octobris St. N. & Martini Schenckii membra dissecta colligi, templo primario inferri, atque in sepulchro Ducum Geldriæ solenni pompa condi curauit. Vrbis huius gubernator à Mauritio Principe Auraico Philippus Comes Nassouius, Iohannis filius, constitutus est. Chron. Belg.

Anno 1591. Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis exercitus circiter decem millium recens collectus, Ladigerii & Laualleti regiorum in Prouincia ac Delphinatu Præfectorum virtute ac felicitate, duobus à Gratianopoli miliaribus mense Septembri fusus, fugatus, & præda amplissima capta est.

Anno 1591. Abas Mirises rex Persarum Vsbegum Chamum Tataricum & Baheræ vel Bactræ Dominum hoc ipso anno repressit; & cæso cum exercitu filio ipsius, per quem bellum toto iam quadriennio contra Persas gesserat, Chorasa-

raſanem Prouinciam, proximis his ſibi per vim ereptam annis, recuperauit. Leonclau. in hiſtoria Muſelmana.

Anno 1591. Lues peſtifera Reualiæ & in aliis Liuoniæ locis acerrime graſſatur, & multa hominum millia abſumit.

Anno 1591. Iohannes rex Sueciæ nouo collecto exercitu bellum aduerſus Moſcos inſtaurat, & cum Tataris belli ſocietatem init, qui meridiana Moſcouiæ ora paſſim vaſtata, fere vſq; ad ipſam vrbem Moſcouiam penetrarunt, & pugnam acerrimam aliquot dies durantem cum Moſcis commiſerunt. Cuius exitus hic fuit: vt duobus Tatarorum Principibus captis, reliquus exercitus omnis diſſiparetur.

Anno 1591. Pax inter Polonos ac Turcos firmata, offerentibus Polonis Imperatori Turcico myriades aliquot Zabellinarum pellium, diſtributisq; 80. millibus ducatorum inter Baſſas.

Anno 1591. Cracouiæ in Polonia, diſcipuli Ieſuitarum exurunt domos in quibus exercitium fuerat confeſſionis Auguſtanæ. ii iuſſu regis inquiſiti punitiq;.

An. 1592. Iohanne Comite à Manderſcheidt Epiſcopo Argentinenſi defuncto, Iohannes Georgius, Ioachimi Friderici Adminiſtratoris Primatus & Archiepiſcop. Magdeburg. filius, à Canonicis religionem reformatam amplectentibus, & ab ipſa vrbe Epiſcopus Argentinenſis eligitur 20. Maii, St. V. Verum Canonici religionis Pontificiæ alium 30. Maii deſignant Epiſcopum, nempe Carolum, Caroli Ducis Lotharingici filium, Cardinalem & Epiſcopum Metenſem: vnde bellum exoritur: quod aliquo modo componitur 17. Februarii anno 1593.

Anno 1592. Belli inter Rudolphum II. Rom. & Amuratem Turc. Imp. initium.

Turcæ menſe Iunio ex Boſna magnis copiis progreſſi, Wihitzium ſitus amœnitate, ſoli fertilitate & incolarum opulentia celebertimum Croatiæ oppidum, vna cum arce

munitiſſima, ex inſperato aliquandiu obſeſſum & oppugnatum, die 19. Iunii, St. N. deditione occuparunt, & trucidatis duobus hominum millibus, cæteris in captiuitatem ipſa morte triſtiorem deductis, vniuerſum loci illius territorium ſibi ſubiecerunt. Hæc inopinata Turcarũ Boſnenſium in Croatiam impreſſio, initium fuit ruptarum & violatarum induciarum, quarum prorogatio anno 1584. inter vtrumque Imperatorem Romanum & Turcicum ad an. octo inſtituta fuerat, & cauſſa, cur funeſtiſſimum bellum exarſerit, & ſequentibus annis à Chriſtianis omni virium contentione contra Turcas geſtum & continuatum fuerit.

Anno 1591. Mauritius Comes Naſſouius, Steinwigam oppidum in finibus Tranſiſulanæ & Friſiæ munitiſſimum, aliquandiu grauiſſime oppugnatum, & tandem cuniculis ſuffoſſum ac fame domitum, die 4. Iulii, St. N. occupauit: Die vero 11. Septembr. St. N. Couerdam oppidum Drentiæ regionis caput, ad arcendam vim externam ita munitum, vt nulla ratione capi poſſe videretur, expugnauit, & poteſtati Ordinum reſtituit.

Anno 1592. Reformatio ſeu viſitatio Academiarum Witebergenſis & Lipſenſis, Eccleſiarumque in Saxonia & Miſnia, certis articulis, de Perſona Chriſti, de Baptiſmo, de Cœna Domini, & de Prædeſtinatione, menſe Iulio, mandato Friderici Wilhelmi Ducis & Adminiſtratoris Electoratus Saxoniæ inſtituta, & prior ſtatus religionis mutatus eſt.

Anno 1592. die 20. Decembr. St. N. viſę ſunt hora 7. veſpertina paraſelinæ, circa Lunam naturalem, varii coloris radios in orbem de ſe ſpargentes, vna cum alba cruce per paraſelinas extenſa.

Anno 1593. Chriſtophorus à Teuffenbach Baro Mayrhofiæ, Zabaticam, Filleckum, Deuinum, Seczienum, Hayniaczkum, Blauenſteinam, Hollokum, Samozkum, Dregellam, Palankam, Beſekum, Buiakum & Levvam, arces, diuerſis annorum ſuperiorum interuallis, Turca-

rum

Digitized by Google

rum imperio ſubiectas, & vltra triginta annos ab iiſdem retentas trium hebdomadarum ſpacio, vna hac expeditione recuperauit: & Deo bene aſpirante, multa Chriſtianorum millia ex ſeruitutis triſtiſſimæ, & tyrannidis immaniſſimæ iugo, multis hoſtium interfectis, & octingentis pagis tributariis ſubactis, liberauit, & præda inſigni ac opima potitus eſt.

Anno 1593. Circiter 18. Martii, incepta eſt obſideri Gertrudenberga, ciuitas per ſe inuicta, & defenſa ferè à defectoribus Ordinum, hoc eſt, deſperatis. Eam Comes Mansfeldius & Comes Fuentanus liberare niſi ſunt: ſed fruſtra. Sub eorum enim oculis dedita fuit vigeſimo quinto Iunii.

Anno 1593. Menſe Iunio, lues peſtifera in Anglia graſſari cœpit: & menſibus ſequentibus in multam vſque hyemem durauit: adeoque vehementer graſſata eſt: vt multa hominum millia ſuſtulerit.

Anno 1593. Turcæ ad Siſſekium in Croatia, vincuntur à Cæſareanis, die 22. Iunii, St. N. Siſſekium Turcis tunc quidem eripitur, ſed paulo poſt in eorum poteſtatem redit expugnatum 24. Auguſti.

Anno 1593. Henricus Borbonius IIII. Galliæ & Nauarræ Rex, cum per annos 22. religionem reformatam coluiſſet, eam deſerit, & Pontificiæ ſeſe adiungit, audito Miſſæ ſacrificio in vrbe Sandionyſiana, 25. Iulii, St. N.

Anno 1593. Narua Liuoniæ vrbs celebris, & emporium nobile, pulueris ſulfurei in armamentario ſuccenſi flammis menſe Auguſto miſere deformatum eſt: muri, valla & munitiones ruptæ ac diſturbatæ, ædificia euerſa, & vltra 70. homines interfecti.

Anno 1593. Sigiſmundus III. Sueciæ & Poloniæ Rex, ad capiendam vna cum Regina vxore regni Sueciæ coronam, ſub finem Auguſti Cracouia diſcedens, in Sueciam iter ſuſcepit.

Anno 1593. Sinanes Bassa Vezires, ducto ex Thracia milite, sub finem Septembr. Vngariam ferro & igne depopulare cœpit. Vesprimium, cui Ferdinandus de Samaria & Georgius Andreas Baro ab Hoffkirchen præerant, arctissime obsessum, die 6. Octobr. St. N. expugnauit: & Palottam circa 10. Octobr. deditione cepit, captis præfectis, reliquis præsidiariis omnibus contra fidem datam crudeliter trucidatis.

Anno 1593. Turcæ ad Albam Regalem cæsi, die 3. Nouembr. St. N.

Anno 1593. Die natali Christi, tempestas procellosa iuxta Texellam Seelandiæ Insulam exorta, ex ducētis Hollandicis & Hanseaticis nauibus frumento onustis, & in Hispaniam ac Italiam soluturis, vltra 40. naues grandiores, malis & antennis vi ventorum confractis, rudentibus ruptis, & clauis dissectis, vna cum nautarum ingenti numero euersas & fluctibus coopertas submersit.

Anno 1594. Ernestus Archidux Austriæ, ad suscipiendam amplissimæ Prouinciæ Belgicæ gubernationem, sibi à Philippo II. Hispaniarum Rege oblatam, die 30. Ianuarii, St. N. Bruxellas venit, ibiq; magna pompa ac solennitate exceptus est. Chron. Belg.

Anno 1594. Sigismundus III. Rex Poloniæ, Suecorum Rex solenni pompa coronatur in regia vrbe Vpsalia, Cal. Martii, St. N. 19. Febr. St. V. cum prius per omnia sacra iurasset se nihil moliturum contra regni priuilegia; permissurumq; ciuibus suis vnam religionem Augustanam, nihilq; concessurum Pontificiis. rediit Poloniam versus initio Septembris.

An. 1594. Henricus IV. Galliæ & Nauarræ Rex, ætat. 41. in oppido Carnutum plenario ritu à suis coronatus est, die 27. Febr. St. N.

Anno 1594. Ernestus Archidux Austriæ, prouinciarum Belgicarum Gubernator, missis ad Ordines Confœderatos Belgici, 6. Martii literis, illos relicto bello, ad pacem amplectendam & ad obedientiam Regi Hispaniarum præstandam

standam hortatur. Verum Ordines misso 27. Maii responso prolixo, & rationibus ac causis plurimis adductis, pacem omnem respuunt, seque patriæ & libertatis defendendæ gratia bellum contra Hispanos persecuturos confirmant.

Ann. 1594. Nouigradum in Vngaria superiori à Matthia Archiduce Austriæ, 10. Martii, St. N. expugnatur, & Turcis dimissis occupatur.

Anno 1594. Henricus Galliæ & Nauarræ Rex, Lutetiam Parisiorum selectissimo comitatu ingressus, hostibus Hispanis, eorumq; ducibus sese dedentibus, & libere cum impedimentis suis dimissis, & pace ac tranquillitate inter ciues restituta, absque omni seditione & cæde, die 24. Martii, St. N. occupauit.

Anno 1594. Eodem mense Lugdunum, Galliæ Narbonensis vrbs florentissima, obedientiæ & potestati Henrici IV. Nauarro-galliæ Regis se subiecit: cui & Aurelia, Bituriges, Melodunum, Laudunum, Ambianum, Cameracum, Normandia tota & aliæ regiones subinde accesserunt.

Anno 1594. Rudolphus II. Rom. Imperator Comitia celebraturus, Ratisbonam venit 18. Maii, St. N. vbi ad bellum contra Turcas persequendum ab Imperii Romani Ordinibus auxilia & sumtus decreti, & Ernesto Archiepiscopo & Electori Colonienſi, Friderico IV. Electori Palatino ad Rhenum, & quibusdam Pomeraniæ Ducibus, feuda, ceremonia & more vsitato ab Imp. Rom. collata sunt.

Anno 1594. Couerdæ obsidio à Francisco Verdugone soluitur, Mauritio Nassouio aduentante, Mense Maio.

Anno 1594. 18. Iunii supplicio affectus est Londini, Medicus Portugallensis Doctor Lopez, quem comes Fuentanus & Stephanus Diuarra emerant ad occidendam Elisabetham Angliæ Reginam, promissis 50. millibus coronatorum.

Anno 1594. in Iunii Hagæ Comitis supplicio vltimo affectus est Michael Reinchonius presbyter, tanquam qui accepisset ducētos thaleros regales, promissis vero 15.

millibus coronatorum, si sustulisset è medio Maurstium Nassouium Barneueldium, Leoninum, Aldegũdium. Paulo post etiam strangulatus Petrus Fourius similiter inductus pretio pollicitisq; ad occidendum Nassouium, deprehensus Bergizomæ.

Anno 1594. Groninga post trimestrẽ fere obsidionem dedidit se, ductu Mauricii Nassouii Ordinibus, vigesima secunda Iulii 1594. militibus inter se ciuibusque discordibus.

Anno 1594. Hollandi tentarunt, Hispania neglecta, Boreali via peruenire ad Chinæ ac Cathaiæ Indiarumq; regna; ac quatuor nauibus ex Insula Texelienſi soluerũt die 5. Iunii: quo in itinere bellum illis maximum fuit, non cum piratis, sed cum vrsis candidis. re infecta rediere Amsteroda. mum 15. Sept.

Anno 1594. Eduardus Fortunatus Marchio Badensis, cum Fuggero cuidam ditionem suam vendidisset, excitauit in se Ernestum Fridericum Marchionem Durlachensem, qui 19. Nouem. terram alienatam vi occupauit, dieq; 10. Decemb. decollauit Durlachi Paulum Pestalotium, Franciscum Muscatellum, Eduardi ministros, ob plurima scelera & insidias sibi structas; vti videre est ex libro edito.

Anno 1594. Ioannes Chastelius Parisiensis, Collegii Claremontani ~~Iesuitarum ibidem alumnus~~, natus annos 19. Henricum IIII. Galliæ & Nauarræ Regem interfecturus, dum cultro gulam Regis petit, aberrante ictu, per maxillam in illius dentes impegit, vnumque elisit, die 27. Decemb. St. N. inter horam 6. & 7. vespertinam. Sicarius ilico comprehensus, voluntatem interficiendi Regis aperte confessus est: deque eo supplicium die 29. Decemb. St. N. sumptum. Iesuitæ Claremontani, & cæteri in toto regno intra triduum ex Collegiis suis exire, & post quindecim dies toto Galliæ regno excedere iussi sunt.

Anno 1594. Hollandi nouum iter in Indiam Orientalem per Septentrionem quærunt, sed hac vice non inueniunt.

Anno

Anno 1594. Sigismundus Bathoreus, Trãsyluaniæ Regulus, deficit à Turcis, & se Cæsari Rudolpho associat.

Anno 1594. Martio mense, Bresenza, Seczinum & Segestum arces Vngariæ inferioris, non procul Canysia distantes à Comite Serinio & Francisco Nadastio expugnatæ & euersæ sunt.

Anno 1594. Tatta, Iautinum, Papa, Vngarię propugnacula, in Turcarum potestatem hoc ipso anno venerunt.

Anno 1594. Pascale Ciconia Duce Venetiarum, absoluta est dedicataque oppidum illud pulcerrimum ac munitissimum Palma, Venetæ auspiciis exædificatum in Foro Iulii.

Anno 1594. Martinus Forbisserus, Eques Anglus, rei naualis peritia clarissimus, classis Anglicanæ contra Hispanos in Britanniam Armoricam emissæ Amirallius, in oppugnatione propugnaculi Brestensis fortiter pugnando, cæsus occubuit.

Anno 1595. Circa huius initium Aaron Moldauiæ, & Michael Valachiæ Transalpinæ Reguli, Sigismundi Bathorei Principis Transyluaniæ (qui & ipse paulo ante à Turcis defecerat) suasu & conatu, à partibus & societate Turcarum recesserunt, & Turcis, Iudæis ac Græcis omnibus in ditione sua degentibus, promiscue cæsis, & fœdere literis vtrimque missis icto, Transiluanorum protectioni se submiserunt, & iisdem coniuncti, Turcis bellum inferre cœperunt.

Anno 1595. Amurathes, Turcorum Imp. moritur 8. Ianuarii. succedit Mahumetus III. qui cum paterni corporis exuuiis sepelit 18. fratres ex concubinis natos strangulatosque.

Anno 1595. Sueci cum Moschis tandem pacem faciunt, reddito eis Kexholma.

Anno 1595. Sigismundus Transiluanus fœdus init contra Turcum cum Rudolpho Imp. & despondetur ei Christina Caroli Austrii filia.

Anno 1595. 17. Ianuarii Henricus IV. Lutetiæ indicit

bellum Regi Hiſpaniarum edicto publico : cui reſpondet Hiſpanus etiam publico ſcripto Bruxellis 7. Martii.

Anno 1595. Menſe Ianuario pax perpetua inter duo ampliſſima regna, Suecorum & Moſcorum, poſt triginta ferme annorum bella, breuibus induciis ſubinde interpolata, ſingulari Dei beneficio, per Legatos Sigiſmundi Regis Suetiæ & Poloniæ, Theodori Magni Ducis Moſcouiæ, & Rudolphi II. Imp. Rom. ſancita eſt.

Anno 1595. Batauus miles irrumpit in ditionem Colonienſem, ob non reſtituta oppida & agros Comitis Meurſenſis piæ memoriæ, viduæ ipſius attribuenda.

Anno 1595. Carolus Heraugerus armata manu occupat ordinum nomine Hoium, Epiſcopi Leodiēſis domicilium, 8. Februarii, vti eo vteretur contra Hiſpanos; quemadmodum & Hiſpani Bercam Bonnáq; ſibi tenerent; licet territorium ſacri imperii. Verum res male parta male dilapſa eſt. coactus enim inde diſcedere Heraugerus 20. Martii; quamuis indicaſſet ordinibus locū vi occupari non poſſe nempe occupaturi erant ductis cūniculis.

Anno 1595. Ferdinandus Comes ab Hardeck Iaurinenſium Præfectus, ob arcem illam Sinani Baſſæ Veziri, neglecta & violata iurisiurandi religione, deditam, manu dextra ferro prius amputata, capite truncatur Viennæ Auſtriæ, vna cum Nicolao Berlinio Lotharingo, ædili & excubiarum Iaurinenſium præfecto, 15. Iunii, St. N.

Anno 1595. Emda ciuitas populoſa ad Ameſin, opponit ſe Edzardo Comiti, tanquam abutenti iure ſuo, & occupanti plenam poreſtatem erga vrbem, cuius tutor ſolummodo foret atq; protector. itaq; 29. Martii armant ciues ſuos, & impetrant præterea ab ordinibus confœderatis præſidium mille armatorum, quod admiſere 19. Iunii. Eo viſo, Comes pacificatus quidem eſt cum ipſis 15. Iulii, mileſque maxima parte remiſſus : ſed tamen animis neutra pars coiit.

Anno 1595. Hollandi denuo tentarunt iter ad Hyperboreos,

boreas, die 11. Iulii. Sed aliquot diebus progressum obstitit eis glacies ne vlterius penetrarent: certe tentatis omnibus, die 15. Septembris cursum suum verterunt, atq; 18. Nouembris Mosam subiere, saluis omnibus, præterquam duobus quos vrsus occiderat.

Anno 1595. Babotzca 5. Sigetho miliaribus distans, à Cæsareanis militibus capta & expugnata est, 30. Iulii, St. N.

Anno 1595. Strigonium deditione occupatur à Matthia Archiduce Austriæ Cal. Sept. St. N.

Anno 1595. Henricus IV. Nauarrogalliæ Rex absolutionem à fulmine excommunicationis, an. 1593. per Ludouicum Gonzagam Niuerniæ Ducem petitam, tandem missis Romam legatis suis, à Clemente VIII. Pontifice Romano, die 17. Septem. St. N. obtinuit, & in gremium Romanæ Ecclesiæ receptus est. Ad cuius rei memoriam postmodum anno 1596. 3. Maii Romæ Columna marmorea ad ædem S. Antonii erecta est.

Anno 1595. Lira oppidum tribus Antuerpia miliaribus dissitum, noctu occupatur sui parte à Batauis: sed dum ei auxilia veniunt ab Antuerpia à Mechlinia, post octauam horam eiiciuntur 15. Octob.

Anno 1595. 20. Decembris dedit se Wachtendonkium Petro Ernesto Mansfeldio.

Anno 1595. Lutetiam aduectus homo qui fronte media cornu satis protensum gestabat; is vltimæ alioquin sortis, belluinæ deformitatis pudore siluis locisq; inuiis obtrauerat. Erutum è latebris Marescallus Lauardinus ad Regem duxit: relictus inde circularibus, qui icone adumbrata pretio conspiciendum proposuerunt.

Anno 1595. Romam venit ad limina Apostolorum, eorumque Præsulem salutandum Archiepiscopus Liuoniæ, primus eius gentis qui sedis Apostolicæ auctoritatem agnouit.

Anno 1595. Stephanus Rosvvanus Moldauia exutus, dum perditorum adiutus colluuie eam recuperare nititur, à Ieremia Mogila Præfecto eius & Cosacis paucis ante

Christi natalem superatus, viuus impalatur; vtputa qui cum Amurate Turca opprimendæ Poloniæ inhiaret.

Anno 1595. Florentiæ mulier enixa est monstrum horridum. nam præter ceruicem Simiæ & caput, gerebat barbam promissam, vnguesque manuum pedumque aquilinos. vix editum fuit, cum exspirauit.

Anno 1595. Cracouiæ, die 6. Febr. St. N. incoata sunt Comitia regni Poloniæ, in quibus Imperatoris Romani, Ordinum Vngariæ, Principis Transiluaniæ, & Michaelis Valachiæ Transalpinæ Principis Legati in solenni Procerum & Senatorum regni consessu à Sigismundo Rege Poloniæ copias auxiliares contra Turcas petierunt. Verum nihil in his Comitiis certi constitutum: quin potius ea, quę implicata hęsêre, ad nouas deliberationes reiecta sunt.

Anno 1595. quatuor naues Hollandorum Austrum versus nauigarunt ad Indias, die 2. Aprilis. peruentumque est ad S. Mariæ insulam tertio Idus Ian. 1596. ad Bantam vero 10. Kalend. Iu[illegible] vbi fraudulenta hominum ingenia multifariam expertæ sunt; sed interim tamen negotiationes, aliaque omnia accurate eruerunt. quare diminuti numero nauium hominumque, reditum capessunt: àque die quinto Nonarum Martii ad vsque octauum Kalend. Iunias, non sine maximis periculis & difficultatibus continenter nauigant, cursu directo ad S. Helenæ insulam. exinde adspirante vento, Idibus Augusti in Hollandiam rediere; vno tantum ex classiariis corporis ægritudine toto reditus tempore absumpto. Ex omnibus qui domo abierant ducentis ac quinquaginta, tantum nonaginta numerati superstites, cæteris morbo ferroue amissis. Etsi autem societati isthæc nauigatio non fuit quæstuosa; tamen sequenti anno supra 80 naues grandiores in Indias tam Orientales quam Occiduas deproperatæ.

Anno 1595. incunte Aprili, ordinatum est ergasterium pro maribus, vt & sequenti anno feminarum Amsterodami: vbi hæ nere & fila lanea conficere, retia texere, aliaque lanificia exercere solent; illi vero lignum Brasi-

lianum

lianum in ſcobem tenuiſſimam redigere, aut pannos bombaſios contexere, aliaque agere atque elaborare coguntur, prout vel ingeniū vel artus cuiuſq; ac robur ſuadere videntur. Occaſionem vtriuſque conſtituendi prębuit præcipue erronum atque æruſcatorum, non in oppidis tantum, ſed vicis quoque ſub egenorum ac mendicorum perſona quacunque vagantium populus ac multitudo. Dum enim hi, quod non eſſent, ſe eſſe ſimularent, rapinis aſſiduæ domuumque deprædationibus incūbere curæ ſuæ ducebant.

Eſt & iuxta hoc ipſum anno 1603 aliud inſuper ergaſterium, in quo ii præſertim detinentur quos parentes ſecreto cicurari edomarique cupiunt, ſibi alioqui aut immorigeros, aut dedecoroſos. cur non imitantur cæteræ vrbes, cæteræ regiones?

Anno 1595. Carolus Comes Mansfeldiæ, Petri Erneſti filius, Pragæ ab Imper. Rom. conſuetis ceremoniis Equitis Aurati dignitate, & titulo Principis Rom. Imperii, die 28. Aprilis, St. N. inſignitus, & Vicarius Archiducis Matthiæ (ſupremi exercitus Cæſarei aduerſus Turcas Imperatoris) creatus eſt.

Anno 1595. Vere & æſtate anni huius in Hollandia, Geldria, tractu Rhenano, Auſtria, Bohemia, Saxonia, Miſnia, Luſatia, Sileſia, aliisque Germaniæ locis, ſtupenda & inſolita extitit aquarum inundatio: quæ non tantum vicos pagosque plurimos deſtruxit: verum etiam homines, & magnam pecorum multitudinem abſorpſit & ſuffocauit.

Anno 1595. Aaron Moldauiæ Princeps & Vaiuoda, ob proditionis ſuſpicionem, literis interceptis, aliisque indiciis confirmatam, iuſſu Sigiſmundi Tranſiluaniæ Principis captus, & Albam Iuliam, die 24. Maii, adductus, eique Stephanus Roſuuanus Tranſiluanus in Moldauiæ dominatu ſubſtitutus eſt.

Anno 1595. Carolus Princeps & Comes Mansfeldiæ, exercitus Cæſarei præfectus, Strigonium arcem Vngariæ

ad Danubium munitissimã exercitu viginti millibus militum instructo, ipsis Calendis Iulii, St. N, obsidere cœpit. 23. Augusti auxiliares Turcas Budã profectos cædit, paulo q; post moritur.

Anno 1595. Hanum & Castilletum, Picardiæ oppida non ignobilia, Petrus Comes Fontanus Hispanus mense Iunio expugnauit & occupauit.

Anno 1595, in obsidione Dorlanensi in Picardia, occisus est dum noctu clam mœnibus lustrandis occupatur, globo sclopeti maioris, Valentinus de Pardiu, Dominus de Lamotte, qui de militari fere caliga ad magnam peruenit potentiam apud Hispanum, creatus demum ab ipso Comes Eckelbeccius.

Anno 1595. Galli Dorlentio in confinibus Picardiæ ab Hispanis obsesso succurrere cupientes, ab Hispanis Duce Petro Comite Fontano 24. Iulii St. N. prælio victi & superati sunt: in quo ipse Villerius Rotomag. præfectus, Galliæ Amiralius, vna cum aliis quibusdã proceribus, plurimisq; nobilibus cæsus occubuit. Vnde oppidum ipsum arte & natura loci munitissimum vna cum arce, die 31. Iulii, St, N. vi expugnatum, incolis & præsidiariis Gallis vltra 1500. Tribunis, Centurionibus, aliisq; militum præfectis 40. ibidem partim cæsis partim vulneratis & captis, in Hispanorum potestatem peruenit, id potissimum contigit, quod gubernator loci absens esset, ac præsidiarii vrbis arcisq; non conspirarent in vnum.

Anno 1595. Franciscus Dracus & Iohannes Hauukius, Equites Anglici, subinitium Augusti in Americam siue Indiam Occidentalem, nauigant, Hauanam, amplissimum Cubæ Insulæ, auri & cupri fodinis abundantis, Emporium, expugnaturi. Sed vtroq; Duce dysenteria exstincto, nihil memorabile gestum est.

Anno 1595. Amplissima Theodori Magni Moscorum & Russorum Ducis Legatio, die 16. Augusti, St, N. Pragam aduenit: & die 30. eiusdem mensis à Rudolpho II. Imperator. primum audita est, eidemque loco auxilii contra

Turcas

Turcas precioſiſſimum theſaurum obtulit, & fœdus ac perpetuam amicitiam Principis ſui nomine expetiuit.

Anno 1595. In Valachia Tranſalpina, die 23. Auguſti St. N. Sinanem Baſſam Vezirem profligant Tranſſyluani, ductore Sigiſmundo Batoreo.

An. 1595. 28. Auguſti ex improuiſo carceri mancipat bonam partem cognatorum ſuorum atque nobilium Sigiſmundus Batorius, eoſque ſine cauſſæ dictione paullo poſt diuerſis vicibus in cuſtodia ſtrangulat.

An. 1595. die 2. Septembr. obiit Luxemburgi, non ſine veneni ſuſpicione Franciſcus Verdugo, Gubernator Friſiç, vnus ex præcipuis Hiſpaniæ Regis Ducibus.

Anno 1595. Vizzegradum (Germanice Plindenburg) ſupra Budam arx (quæ olim theca Coronæ regni Vngariæ habita eſt) in altiſſima rupe ſita, & foſſa 12. pedum ſaxis inciſa, cincta, probeque munita, à copiis Cæſareanis, die 21. Septembr. St. N. expugnata: & Petrinia quoque caſtellum Croatiæ ad fluu. Colapim non ignobile, vna cum Hraſtouizia die 24. menſis eiuſdem St. N. in Chriſtianorum poteſtatem conceſſit.

Anno 1595. Cameracum Vrbs in finibus Picardiç Hannoniam verſus celebertima, poſt grauiſſimam duorum menſium obſidionem, vna cum caſtello ſitu & opere inexpugnabili, à Balygnio præfecto Gallico, poſtquam annos 14. eam tenuiſſet, Petro Comiti Fontano Hiſpano, die 9. Octobr. deditum, & præſidiarii Galli ac Heluetii cum armis, vexillis & impedimentis ſuis, incolumes dimiſſi ſunt.

An. 1595. Genoa ſuperioris Vngariæ propugnaculum, non procul à Gyula, à Tranſſyluanis & Varadienſium copiis, die 23. Octob. St. N. deditione captum. Vnde & paulo poſt Vilagozuar, Panckota, Feltot, Warſocz, Beczkerek Siry, Lagk, Eperyes, Arad, Solymos & Totuuaradya arces in eorundem poteſtatem peruenerunt.

Anno 1595, obiit Chriſtophorus Mondragonius, Caſtellanus Arcis Antuerpienſis, Dux partium Hiſpanicarum plane eximius.

Anno 1595. Mahumetes Græciæ Beglerbegus, Sinanis Veziris Baſſæ filius, ad Strigonium à Carolo Mansfeldio profligatur.

Anno 1595. Maximilianus Archidux Auſtriæ, Caſtellum S. Nicolai, Saruuaſcham, Bekeſcham, Erdeckum & Czongradum, arces infra Solnockum verſus Gyulam ſitas, occupat.

Anno 1595. Moldauia à Polonis occupatur trucidato exercitu Sigiſmundi Tranſiluani, qui eam prouinciam eripuerat Turcis.

Anno 1595. Rudolphus II. Imp. Rom. cum Sigiſmundo Bathoreo Chriſtophori filio, Tranſſyluaniæ Principe & adiunctis ipſi Moldauis & Valachis, ſocietatem & fœdus aduerſus Turcas certis conditionibus iniit hoc ipſo menſe Februario.

Anno 1595. Valachia Tranſalpina à Tranſſyluano recuperatur.

Anno 1596. Hoc ipſo anno tertium completur Cyclus magnus annorum 532. videlicet à nato Chriſto. Sicuti enim à condito mundo, ad natum Moſen decurrerunt anni 1596. ita viciſſim à nato Chriſto ad hunc annum decurrerunt anni 1596.

Anno 1596. Sub finem menſis Ianuarii, Achmetes Baſſa Temeſuarienſis, cum ſuo comitatu à Tranſſyluanis cæſus, occubuit.

Anno 1596. Albertus, Archidux Auſtriæ, & Vice Rex Portugalliæ, gubernator prouinciarum Belgicarum à Philippo II. Rege Hiſpaniarum conſtitutus, vna cum Philippo Wilhelmo, Wilhelmi filio, Principe Auraico & Comite Burano, Bruxellas, die 11. Febr. St. N. intra horam 3. & 4. ingreſſus, & magnifice exceptus eſt.

An. 1596. Maſſilia Vrbs in finibus Prouinciæ maritima, ſplendida & populoſa, quæ hactenus Regi Hiſpaniarū paruerat, ab Henrico Guiſio Duce Ianuillæo, Henrici filio, die 27. Febr. St. N. deditione capta, & expulſis Hiſpanis obedientiæ Henrici Nauarrogalliæ Regis ſubiecta eſt.

Anno

Anno 1596. Ioannes Philippus Baro Altoſaxius, in ipſa merenda à fratris filio, Hulricho Georgio, huius patro ſpectante, nefarie impetitus & lethalibus vulneribus confectus, octauo poſt die 12. Aprilis obiit. Hic Cainus anno 1601. eodem menſe Viennæ ob varias cædes ἀμισταφόντος, iuſſu Cæſaris ita decollatus eſt, vt humerum vna cum capite vno ictu carnifex præſcinderet.

An. 1596. Cliſſa arx Dalmatiæ, & ſitu & opere munitiſſima, à Zenganis & Croatinis militibus (quos Vskochos vocant) ſtratagemate militari Turcis erepta, & occupata eſt, die 7. April. St. N. quam poſtea, die 31. Maii, St. N. Turcę cæſi Zenganorum & Croatorum copiis, proditione cuiuſdam Dalmatæ recuperarunt.

Anno 1596. Albertus Archidux Auſtriæ & Belgici gubernator, Caletum vrbem maritimam & portum celeberrimum in Gallia Belgica, die 17. Aprilis occupat.

Anno 1596. Senatus Amſterodamen[illegible]nſtructis binis nauigiis tertio tentat itinere Boreali Indias: vni præfectus Iacobus Heemskerchius, alteri Cornelius Ripius; Solueruntque 18. Maii. Ripius impeditus glacie ac frigore paulo poſt rediit. at alter dum Zemblam nouã ſuperare conatur, circumretitus glacie progredi nõ potuit, quę tanta ibi erat infra aquam, vt haberet craſſitudinem 20 vlnarũ, extra vero 12. itaq; eo in loco hibernatum; vbi eis perpetuum prælium cum vrſis & vulpibus. aduerſus vrſos velut in hoſtẽ aſſiduo agebant excubias. Vulpes decipulis ſuperabant, eorumque haud paucos aſſatos in cibum ſuum conuertere. Cereuiſia in fruſta congelata, non niſi igne admoto bibebatur. ea deficiente vtebantur liquefacta niue. Circiter 4. Decembris hæmiſpherium ipſorum in totum Sol deſtituit, nec viſus eſt ante 24 Ianuarii. toto eo tempore, quo Solem non videbant nec vrſos ſenſerunt; ſed loco eorum vulpeculas multo quam antea frequentius. Die decimoquarto Iunii aptarunt ſe reditui, ac tandem ærumnabiliſſimo labore Kalendis Nouembris redierunt Amſterodamum.

Anno 1596. Fera Vrbs Galliæ in Veromanduis fortissima, 7. mensium obsidione pressa, tandem die 16. Maii, St. N. ab Henrico Nauarrogalliæ Rege ad deditionem certis conditionibus coacta, ciuibus vita donata & præsidiarii Hispani dimissi sunt, die 22. Maii, St. N.

An. 1596. Arda oppidum situ & opere munitissimum, & Caleto vicinum, ab Alberto Archiduce Austriæ deditione, die 23. Maii, occupatum est.

An. 1596. Classis Elisabethæ Reginæ Angliæ, Roberto Essexiæ Comite & Carolo Houuardo supremo Amiralio ducibus, die 28. Iunii, St. N. Caletum Andalusiæ expugnat, diripit, incendit.

An. 1596. Vaciam arcem infra Nouigradum non procul à ripis Danubii, copiæ Cæsareanæ, Turcis expulsis, vna cum arce, die 22. Iulii, St. N. expugnarunt & occuparunt.

Anno 1596. Massilia periclitatur, quibusdam inclinantibus in Hispanos: Sed præfectus oppidi Guisius nonnullis occisis eiectisue rem omnem componit.

Anno 1596. Hulstum oppidum in Flandriæ prouincia Wasia fossis & propugnaculis egregie firmatum, post grauem & cruentam aliquot septimanarum oppugnationem, & plurimorum præfectorum ac militum ab vtraque parte internecionem, Albertus Archidux Austriæ, Belgici gubernator, die 18. Augusti, St. N. deditione cepit.

Anno 1596. Christianus IIII. Rex Daniæ, Friderici II. filius, in magna Principum & procerum frequentia, die 29. Aug. St. V. solenni pompa Hafniæ inauguratus, & regni corona insignitus est.

Anno 1596. Agria arx & propugnaculum Vngariæ superioris fortissimum, & Episcopali sede nobilitatum, Mahumeti III. Turcarum Imperatori die 12. Octob. St. N. deditum est: cum in tempore non subueniret Maximilianus. quo cum in patentibus campis post aliquot dierum velitationes congreditur Sultanus 26. Octobris. sed in fugam actus à nostris, tandem vincit, dum victores Austriaci spoliis legendis occupantur, hostis immemores. Tartaris enim

enim Turciſq; ſubito reuertentibus equitatus totus fugit: caſtra & impedimenta relicta aduerſariis.

Anno 1596. Die 26. Oct. St. N. Maximilianus Auſtriacus cum Mahumete III. ad Agriam dimicauit, & pene victor victus eſt.

Anno 1596. exeunte Burdigalenſe palatium fortuito incendio conflagrat, totumq; inſtrumentorum litiumque armarium: in ſinu ridentibus qui cauſſæ ſuæ vitium nouerant: è cõtra ingementib. qui ſe iure optimo fultos ſciebãt.

Anno 1596. Principes Anhaltini, Hanouicus item & Iſenburgicus Comites, Eccleſias ditionum ſuarum à reliquiis Papiſticis repurgant, imagines Sanctorum deſtruunt: & ritus Eccleſiaſticos Palatinis Eccleſiis conformant.

An. 1596. In Boruſſia quædam templa Lutheranis eripiuntur ab Epiſcopis. Mandat præterea Sigiſmundus rex Poloniæ, vt Dantiſcani cedant templum D. Virginis Mariæ Ieſuitis.

Anno 1596. Inter captiuos Pannoniæ ſeruituti deſtinatos Conſtantinopolim adductos, inuenta eſt fœmina Chriſtiana, quæ annos plures virili habitu gregarii militis munus geſſerat. Spectaculum aliquandiu facta ceſſit honorarii loco Imperatoris coniugi.

Anno 1596. Italia crebris aquarum diluuiis inæſtimabile patitur damnum; quibus ſucceſſit triſtiſſima fames; quæ vt leuaretur, ab exteris vndique frumentum petitum miſeruntque eo etiam ſuas naues Hollandi.

Anno 1596. Marchio Marignanus, à populo furente, quod inſueta vectigalia indignis modis extorquentur, trucidatur.

Anno 1597. Mauritius Princeps Auraicus, lectiſſimas quatuor veteranorum Germanorum & Hiſpanorum peditum legiones, & quinque equitum turmas, ſub ductu Comitis Varraſii, Domini de Balanzon, die 24. Ianuarii, St. N. ſub ipſum crepuſculi tempus prope Turnhoutum in Campinia ad Siluam Thyllenſem oppreſſit, fugauit atque diſſipauit: cæſis cum Comite Varraſio, copiarum duce ſu-

premo, circiter bis mille militibus, ducentis (inter quos multi Tribuni militares & Centuriones) captis, vexillis peditum circiter 38. hostibus ereptis, victoriam cum præda non contemnenda consecutus est : ipsamque arcem Turnhoutanam die sequenti deditam occupat.

An. 1597. Carolus Sigismundi Regis Poloniæ patruus, die 18. Febr. Comitia regni edicit Suecis, adsumpto Gubernatoris titulo. At Rex vetat vlla fieri comitia se absente. Carol⁹ cõtra vrget institutũ, munitionesq; regni præcipuas occupat; scripto publicato, quo docet lege id fieri ac more.

Anno 1597. In Comitiis Imperii Ratisbonæ celebratis non nisi de bello Turcico continuando agitur. Eo. An. 1597. Tatta & Papa in Vngaria à Cæsarianis recuperãtur.

Anno 1597. Sigismundus Princeps Transsyluaniæ dignitatem ordinis aurei velleris, sibi à Rudolpho II. Rom. Imp. beneficio Philippi II. Regis Hispaniarum consuetis ceremoniis collatam, Pragæ die 6. Martii, St. N. accepit.

Anno 1597. Ambianum metropolis Picardiæ, non tam situs opportunitate, quam propugnaculorũ firmitate munitissima & amplissima, ab Hernantello Portocarera Hispano, Dorlentii gubernatore & Duce Aumalio, stratagemate militari, die 11. Mart. St. N. ex insperato occupata est.

Anno 1597. Ambianum, vt nuper vulpinis artibus per insidias Gallo surreptum fuit, ita virtute Leonina, per tormentorum fulmina recipitur 27. Septembris.

Anno 1598. adornata est classis in Orientalis Solis regiones Hollandicarum nauium octo. Milites classiariosq; habuit 560. bellicis munitionibus egregie instructos, Admiralio Iacobo Neccio. Viceadmiralius Wibrãdus Warvicus vocabatur. adiuncti erant Consiliarii 7. inter quos eminebat Iacobus Heemskerchius, qui Boreale ad Chinã & Moluccas iter iã iterato tentarat. Soluerunt è portu Texeliano die 1. Maii, ac quidam 26. Nouemb. nonnulli sub ipsum anni exitum appulerunt Bantam. & statim Insulanorum ciuiumq; gratia sibi conciliata, commercia cum iis exercere se velle demonstrant; quamuis initio tergiuersari videban-

videbãtur Iauani, dictitantes piratas eſſe, illos ipſos qui nuper deceſſerant, interea per mare volitaſſe, & iã ad prædam faciendã regreſſos. Verũ ea ſe ſuſpicione liberarunt noſtri exhibitis Indis & Chinenſe quodã, prima expeditione ſecũ abductis: eos adiunctis aliquot ſuorũ cum donis ad regẽ mittunt, quæ erant poculum argenteum deauratũ cum operculo adfabre elaborato; multa veſtis purpurea & ſerica; itẽ ſpecula vitrea, inaurata aliaq; id genus; cum quibus diplomata Ordinũ ac Principis Mauricii ſigillis munita exhibebãt. ea ab humi reptantibus in ſignũ reuerentiæ, accepta, publice prælecta per interpretẽ. Atque inde Rege totoq; Senatu cõſentiente negotia ſua Bataui inſtituere cœperunt; tãto cum lucro, vt cochleari ſtanneo victum hebdomadalem facile quis pararet, quinquaginta vero quinque libras pipetis tribus, atque inde quatuor, Regalibus Philippicis, quos nummos tantum crepabant.

Anno 1598. Carolus Guntaldus Baro Bironiæ creatur in Ducem & Parem Franciæ 18. Iun. qui ea propter conuiuium inſtituit ſplendidiſſimum Lutetiæ, ad quod & ipſe rex venit, profectus S. Germani fano. Exinde demandata ei fuit legatio ad Archiducem Albertum, vbi videtur alieniore animo factus ab Gallo.

Anno 1598. Infeliciter pugnatur ab exercitu Anglicano contra Hibernos in Auguſto. quibus compeſcendis mittitur ſubſidio Robertus Ereuſius Comes Eſſexiæ.

An. 1598. 13. Sept. St. N. paulo ante 6. veſpertinam, obiit Philippus II. Rex Hiſpanię & Indiarũ, in monaſterio Eſcuriali à ſe ædificato multis auri millionibus, ætatis 71. ad quem nullus peruenit Auſtriacorum. Symbolum ei erat, *Nec Spe, nec Metu.* Sæpe dicere ſolitus erat, *Vitam Regis non abſimilẽ eſſe textori.* Labor in ea opera negotioſiſſimus, quiq; totum hominem perpetuo requirat, manibus pedibus nunquã quieſcentibus; oculis etiã ſemper tel æaffixis, attentione diſtracta in tot fila; quorũ vno rupto, altero intricato, oportet illico & lumẽ adhit & manus ambę. Si quis forte forficula prælcindit filũ trãſuerſum, quicquid orſum eſt, laxatur & retexendũ eſt, &c. Haud aliter regis manus

oculique occupantur circa imperii ſui corbem, varia ac multiplicia ſortitū filamenta, iſtud Hiſpania ſignificat, alterum Italia, tertium Peru, quartum Belgium, quorum vnumquodque ſummam requirit intentionem. Rumpitur filum in Italia? reſarciendum eſt. in India? nodo iugandum, &c. quodque moleſtiſſimum eſt nunquam talis tela detexitur. ſemper habet hæres quod in ea agat.

Anno 1597. 1. Octobris, Henrici IV. arreſto iniunctum eſt Comiti Turnonio, vt Ieſuitas ex limitibus ciuitatis, ditionisque Turnonienſis eiiceret intra duorum menſium ſpatium. Huic edicto obſtitit Parlamentum Tholoſanum, interdicto Comiti Turnonenſi, ne obediret arreſto illi Pariſienſi.

Anno 1597. Mauritius Princeps Auraicus Bergam ad Rhenum, vel Rhenobergam, Mœrſiam, Alpenum, Grollam, Bredefortum, Enſchedam, Oldenſelam, Oetmarſum, Goeram & Lingam Ordinum poteſtati ſubiicit.

Anno 1597. Peſtilentis luis contagia hoc anno in Palatinatu, Haſſia, Thuringia & Saxonia inferiori, Lubecæ, Hamburgi, Brunſuigæ, Magdeburgi, Erfordiæ, & paſſim alibi atrociter graſſata ſunt, multaque hominum millia è medio ſuſtulerunt.

Anno 1598. 9. Kalend. Ianuar. anno 7. Pontificatus Clementis VIII. Tibris Romæ extra alueum elatus, tantam vrbi ſtragem dedit, vt nullam poſt hominum memoriam maiorem.

Anno 1598. Bellum inter Clementem VIII. Pontificem Romanum, & Cæſarem Eſtenſem propter Ducatum Ferrarienſem anno præcedēti exortum, amica tranſactione die 31. Ianuar. St. N. componitur. Pontifex Romanus Ferrariam obtinet: Cæſar vero Eſtenſis Regium Lepidi, Mutinam & alias vrbes retinet: & à Rudolpho II. Imper. Romani Imperii Princeps & Dux Regii, Mutinæ & Carpi creatur.

Anno 1598. appulere Veruinum Gallię Hiſpaniæq; Regū delegati pacis cōſtituendæ cauſa. A Gallo erat Pōponius Belle-

Belleuræus primus Consiliarius Regius, & Nicolaus Brulardus itidem Consiliarius & Curiæ Parlamenti Præses. Ab Hispano & Archiduce Richardotus, Præses consilii Regis priuati, Joan. Baptista Taxius Ordinis S. Jacobi Senator bellicus, & Lud. Vereikius Audientiarius, Secretarius & Thesaurarius. Cardinalis Medicæus, Apostolicæ Sedis Legatus, comitatus Episcopo Mantuano, erat quasi sequester & difficultatum enodator. Altercatum diu de prærogatiua sessionis; sed ea demum, vt debebat, cessit Gallo.

Anno 1598. Henricus IV. Galliarum Rex Ærarium suum quod à plutibus antea administrabatur vni commisit; Maximiliano de Bethune.

Anno 1598. Jautinum Vngariæ propugnaculum auspiciis Adolphi Baronis Schvvartzenbergii, adminiculo Petardæ recuperatur, 29. Martii, St. N.

Anno 1598. mense Aprili Henricus IV. Nannetibus obsignat vltimũ edictum de pace religionis inuiolabiliter seruanda per Galliam inter Catholicos ac Protestantes. publicaturq; Parisiis mane ipso Quadragesimorum auspicio 1599.

Anno 1598. Sigismundus Transyluaniæ Princeps, mutato vitæ instituto, Rudolpho II. Rom. Imp. regionem suam Transiluaniam occupandam, possidendam & contra Turcas defendendam Albæ Juliæ in conuentu Ordinum Transiluaniæ præsentibus Imp. Legatis, die 4. Aprilis, St. N. tradit. Ducatus Silesiæ Oppolienſem & Ratisborienſem ex pacto occupat, cum annua quinquaginta millium Joachimicorum pensione: sed facti pœnitentia ductus post menses duos per Poloniam Claudiopolim redit. Transiluanorum exemplum secutus Michael Valach ę Transalpinæ Vaiuoda, vnà cum suis subditis mense Junio Legatis Imp. similiter homagium præstitit.

Anno 1598. è Zelandia duæ naues Indiam versus tendunt adornatæ ab Balthasaro Moucheronio & Cornelio monacho; qui appulerunt quidem Summatræ, sed succes-

ſu patum felici. eorum præfectus Petrus Holdmannus, dum ſe minus gerit prudenter, à Regis Secretario cum aliquot ſuorum in vna nauium interficitur: altera verò diffiſa ſibi retro abiit ſine vectura. At enim iidem mercatores anno ſequenti 3. Maii tres naues eodem dirigunt ſub præſidio Georgii Spilenbergii, qui inde rediit probè onuſtus 1602. 24. Martii, comitatus Legatis duobus eiuſdem Regis, quorum vnus obiit Middelburgi.

Anno 1598. 8. Iunii Henricus IV. profeſſus eſt publico edicto, ſe remittere generaliter omnes exactiones, tributa, vectigaliaq; reliquata; exemplo Conſtantini & Theodoſii, etiam Juliani, cuius extat vox: Vobis remittimus quidquid præterito tempore deſideratur. Miſit etiam in omnes regni partes Conſiliarios, qui inquirerent in onera pauperibus impoſita contra licentiam violentiamq; eorum q toto bello ciuili, aliud lumen Iuſtitiæ non viderant quam bombardarum.

Anno 1598. Sigiſmundus III. Rex Sueciæ & Poloniæ infelici ſucceſſu in Sueciam nauigat.

Anno 1598. Pax publica inter Philippum II. Hiſpaniæ, Henricum IV. Nauarrogalliæ Reges, adiuncto vicino Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce, die 2. Maii ſancita Veruini; & poſtea menſe Junio Lutetiæ Pariſiorum & in aliis Galliæ locis, in Hiſpania, Belgio & Subaudia magna ſolennitate & incredibili penè omnium lætitia promulgata eſt: in quam tamen Regina Anglię & vnitę Belgici Prouinciæ non conſenſerunt.

Anno 1598. Pace inter Hiſpanos & Gallos ſancita & confirmata ad formulam Pacis Cameracenſis anni 1559. Henricus Rex Galliæ, Caletum, Ardam, Dorlentium, Caſtilletum, Capellam, Monthulinum & Blauetum, Britanniæ Armoricæ arcem munitiſſimam, ab Hiſpanis, vigore tranſactionis recipit.

Anno 1598. Pax Religionis inter Pontificios & Reformatos in Gallia, edicto Henrici IV. Nauarrogalliæ Regis eodem menſe Junio ſancita & publicata.

Anno

Anno 1598. Aquisgranenses à Rudolpho Imp. Rom. decreto publicè edito mense Julio proscribuntur.

An. 1598. Sigetum arx Vngariæ munitissima, fortitudine ac cæde Nicolai Comitis Setinii notissima, incendio die 6. Augusti St. N. circa meridiem diuersis in locis repente exorto, vnà cum tribus oppidis tota ferè conflagrat.

An. 1598. 13. Augusti publicatū est Lutetiæ Henrici IV. edictum quo vetat gestari bōbardulas manuales sub pœna confiscationis armorum & equorum, & mulcta ducentorum liliatorum, prima vice: at secunda sub pœna mortis & amissione omnium bonorum, irremissibiliter. Sic obuiam itum latrociniis, & impotentium petulantiæ.

Anno 1598. Cæsareani in Vngaria inferiori arces aliquot occupant, mense Augusto.

Anno 1598. Hispani, Duce Francisco de Mendoza, Admirante Arragoniæ, mense Septembri, magnis copiis in Ducatum Juliacensem irruperunt; ac inde in terram Cliuensem Comitatum Marchiæ, & Episcopatum Monasterienſem progressi, vltra & cis Rhenum plurima oppida & arces partim vi partim deditione, mensib. Octobri, Nouembri & Decembri occuparunt.

Anno 1598. Wiricus à Dhaun, Comes in Falckenstein & Oberstain, crudeliter ab Hispanis interfectus, ac mortuus crematus est, die 10. Octobris.

An. 1598. Mense Octobri Turcæ Budam contra Christianos, Christiani Varadinum in finibus superioris Vngariæ propugnaculum, contra Turcas defendunt.

An. 1598. Romæ tanta tāq; insolita die 23. Decemb. St. N. extitit fluuii Tyberis eluuio & inundatio: vt plerasq; ædes in ipsius vrbis meditullio sitas ad medietatem vsq; eluerit; & fundamenta illarum ita conuulserit, vt nulla ferè vrbis alias amplissimæ pars reperta fuerit: quā tignis ac tibicinibus suffulcire & sustentari non oportuerit: multis ædibus iam collapsis, reliquis casum & ruinam in horas minitantib. In hac eluuione, prēter magnā pecorū in campis hinc inde suffocatorum multitudinem, mille & quingenti

circiter homines perierunt. Damnum verò vrbi illatum multis aureorum miriadibus æstimatur.

Anno 1599. Vesaliæ religio Pontificia restituitur, quæ post abitum Mendozæ rursum exterminatur.

Anno 1599. Edictum pacificationis, quo rex religionis libertatem concessit, hoc anno per totam Galliam, Commissariis ad id deputatis, publicatum fuit.

Anno 1599. 15. Februarii Joanna Balama virgo 14. annorum, à morbo, incidit in eum affectum, vt nec ederet nec biberet per annos quatuor.

Anno 1599. 17. Martii apoplexia moritur Dn. Schombergius, rediens Confluantia vbi Villeregius exceperat regem eiusque consilium, nullo prolato verbo Gallico vel Germanico.

Anno 1599. Germani, Comite Lippiensi Duce, infeliciter obsident Resam.

Anno 1599. Henrici IV. Regis amica, Ducissa Beaufortia initio hebdomadæ sanctæ discedens Fontaneblæo Parisios versus, vt hæret die Mercurii in Ecclesia D. Antonii auscultandæ Musicæ ergo, tantis inuaditur doloribus, vt ei os ipsum retorqueretur in occipitium, moriturq; intra tres horas cum embrione.

Anno 1599. in Martio Rex Henricus quartus infinitis debitis oppignoratus ipse eiusq; fiscus imposuit populo ad duos annos tributum, quo soluerent de libra quaque solidum. id vocabat populus Pancartam, admisitq; post querelas infinitas invitissima.

Anno 1599. 8. Martii Henricus Dux Joyeusius Mareschallus regni Galliæ, secundo se coniecit in conuentum Capucinorum Parisiis vrgente conscientia & pelliciente matre. volebat prius rectè cognoscere mundum, quàm relinquere.

Anno 1599. sub ver Italia discedit Hispaniam versus sponsa Philippi III. Hispaniæ regis, celebratq; nuptias Valledoleti: post quas regni consilia consilio suo committens, secessit è medio, paucis se communicans Principibus.

præter-

præterquam Marchioni Deniæ, quem creauerat Lermiæ Ducem; eiuſq; occaſione experimentum dedit indolis minimè, vti antea habebatur, ſegnis. nam libellis plurifariam famoſis impetitus, tanquam qui penderet à Lermia, eos minimè reuocauit ad animum: ne tum quidem cum reperiret in menſa literas tali inſcriptione: Philippo III. Regi Hiſpaniæ, nunc operam danti clientelæ Ducis Lermiæ. quin cum morio diſcurreret inter Regem & Lermęum, huncq; ita pulſaret vt ferè rueret, adderetq;: Suſtine te; nam ſi ſemel cecideris, nunquam reſurges; ſubiecit Rex: ergo ambo cademus.

Anno 1599. Querente rege Hiſpaniæ, infringi à Gallo pacem Veruinam; Noæo, aliisq; è nobilitate Gallica militantibus apud Belgas; Gallus eos reuocat intra ſextam ſeptimanam; emanentem damnat vita & bonis.

Anno 1599. initio menſe Maii deprehenditur quidam Lutetiæ, qui conſpirabat in necem Henrici Regis Galliæ; idq; indiciis, epiſtolæ commiſſis per P. Honorium Capuccinum Mediolanenſem.

Anno 1599. Sabaudiæ Dux Regem Galliæ inuiſit, vt cum eo de Marchionatu Saluſſiæ tractaret, re tamen infecta domum reuerſus eſt, exaſperato etiam magis Regis animo.

Anno 1599. Michael Walachus cum magna militum manu Tranſiluaniam ingreſſus, eam Cæſari vendicat. plurimum enim in ea turbarum dederat Sigiſmundus Batoreus; initio ſtare paratus tranſactioni initæ cum legatis Cæſareis; ſed poſtea illam donat Andreæ Batoreo Cardinali, conſpiratq; cum Turca de eo tuendo.

Anno 1599. Crequius, Ladigeri gener, D. Philippinum, Ducis Sabaudiæ fratrem nothum, monomachia ſeu duello, vt vocant, enecat, 2. die Junii.

Anno 1599. quatuor naues, qui ſuperiore anno Texelia abierant Indiam verſus, reuertuntur eodem die 19. Julii. hę quadringenta onera, laſtas vocant vulgo, piperis, cętum gariophyllorum libras portabant, præter magnam

vim nucum myristicarum ac macidis. Nempe nõ totis 15. mens. ierant redierantq; 8. millia leucatũ Germanicarum.

An. 1599. Carolus Dux Sueciæ Calmariam tota hyeme obsessam deditione occupat 12. Maii. Mense Iulio comitia celebrat, quibus regnũ Sueciæ abrogatur Sigismundo Polonię regi. Finnonensib. eiurare nolentib. Sigismundum, bellũ infertur. iis deuictis mense Nou. redit domũ Carol⁹.

Anno 1599. Batavi reperiunt insulas Salis.

Anno 1599. Philippus Auraicus patrio principatui inauguratur.

An. 1599. initio Octobr. Bellis ciuilib. in Gallia exstinctis, Dux Mercurius in Vngariam proficiscitur, vt arma, quibus aduersus Principem infeliciter erat vsus, in Turcam conuerteret.

Anno 1599. Marchionis Bellæ-insulæ vidua, è familia Longeuillana, renunciatis mundi huius vanitatibus se recipit in monasterium Fueilliantium Tolosæ; nullis Episcopi Baionensis, nullis fratrum adfiniumq; id dissuadentium dimota precibus rationibusve.

Anno 1599. Enno Comes Frisiæ solenniter inauguratur Embdæ 6. Octobris.

An. 1599. 20. Octob. D. Cæciliæ corpus Romæ datur publicè conspiciendũ, ac 22. Nouemb. cũ capsa sua priore cupressina ab Clemente VIII. includitur argenteæ.

An. 1599. Albertus & Isabella Austriaci nuptias faciunt 8. April. festo Paschatis, veniuntq; in Belgium 26. August. dantq; atq; accipiunt Sacramentum fidelitatis mense Nouembri: Louanii inaugurantur die Catharinæ sacro.

Anno 1599. Franciscus Schoricmannus, Ecclesiastes, finitis sacris in ipso templo à iuuene quodam interfectus, Dauentriæ 22. Decembris.

An. 1599. Hispanicus exercitus Duce Francisco Mendoza Arragoniæ Admiralio hiberna sua statuit in ditione Ducis Cliuiæ, non sine summa incolarum iniuria. Itaq; tẽ mali exempli vlturi Principes Germaniæ, varios indicunt conuentus, Francfurti, Erfurdiæ, Coloniæ, Confluentiæ,

Mag-

Magdeburgi; ac tandem decernitur vi eiiciendum tam nigrum hoſpitem: ſed parum cordatè hanc rem exſequuntur, ob plura Ducum capita.

An. 1599. Andreas Battori Cardinalis, cum inuito Cæſare Tranſiluaniæ dominatum arripuiſſet, à Walacho victus, & in fuga à ruſticis occiſus. 14. Decemb.

An. 1599. Papa creat IX. Cardinales, inter quos Bellarminus & Baronius, duo velut ſidera primæ magnitudinis.

Anno 1599. Detegitur impoſtura virginis Romorantinæ, Marthæ Broſſeriæ, dæmoniacam ſe ſimulantis induſtria Epiſcopi Andegauenſis, vt & deinde Officialis Aurelianenſis. Verùm cum ne ſic quidem pater eius quieſceret, quin eã oſtẽtare vellet theatro Gallię Pariſiis, popul⁹ ſtatim clamat ad exorciſtas. Ducitur ad Epiſcopũ Pariſienſ. quęritur ſentẽtia medicorũ. Arbitrãtur ipſi omnia eſſe ficta. Populus & Capuccini aliquot negant: quia q multa viderunt ſciuntq; nõ facilè qd admirantur; q nihil, ſtupẽt ad omnia. Tandem contradicentibus eccleſiaſticis, eam afferentibus vt iurisdictionis ſuæ, includitur cum parente cuſtodiæ, iubeturq; exulare cum ſuis Romorantinæ in patria. ſic Diabolus condemnatur arreſto.

An. 1599. Erneſtus Fridericus Marchio Badenſis, publico ſcripto cauſas exponit, cur Formulæ concordiæ patrum Bergenſium nec ſubſcripſerit nec ſubſcripturus ſit.

An. 1599. Hac ęſtate nihil ferè actum in Vngaria, niſi q Turcus Imp interceſſione Tartari egerit de pace. Etiã Moſchi Legatus ad Imp. miſit conſtituendæ amicitiæ ergo. Turcicus verò Legatus Gabriel quidam Judæus, cum literas fidei teſtes oſtendere nõ poſſet, captiuus detentus eſt, comitesq; eius damnati ad laxifodinas.

An. 1600. Pariſiis 17. Ian. pręſẽte rege Henrico IV. ac principe Sabaudię ſententia lata eſt ſuper iudicio admodũ perplexo. Quidam Ioan. Proſtus cęſus fuerat Pariſiis, nec cõſtabat de auctore cędis. Mater ſuſpectũ habens hoſpitẽ filii q erat piſtor, quibuſdã coniecturis ac pręſumptionib. eum grauat apud Iudices; qui pronuntiant accuſatum omnino

quæſtioni ſubiiciendum, quod factum eſt, paulò poſt, ecce duo deprehenduntur latrones, qui adiudicati ſummo ſupplicio, inter alia multa ſcelera vltrò confitentur etiam cædem Proſti. Prodita hac ratione innocentia Piſtoris, conuenit matrem interfecti tortus, & agit contra eam pro reſtitutione expenſarum atq; honoris &c. Mater econtra oſtendit accuſationem ſuam calumniæ expertem; proq; ſe pronuntiatum eſſe. Orationes hac in cauſa habitas, videre eſt egregias planè, in hiſtoria Petri Matthæi huius anni. Rei enim cauſam ſuſceperat Antonius Arnaldus; Accuſatoris verò Annas Robertus: quibus tacentibus & nutante tota concione; ſurrexit Ludouicus Seruinus, & veluti agina trutinæ rationis ac veritatis prodidit momenta. Legat illa qui cupit paſcere animum memoria antiquitatis, & inueniet quo ſaturetur: Legat, inquam Linguâ ſuâ, hoc eſt, Gallica: nam Latina verſio, vix digna eſt quæ ſuibus apponatur.

An. 1600. in Quadrageſima incidit examen libri Philippi Mornæi quem ſcripſerat de Euchariſtia, ac quingentis mendaciis ſcatere dixerat Dauid Peronius Epiſcopus Ebroicenſis. initium factum eſt Fontanobliii in Palatio Balneano, die Jouis 4. die Martii.

Anno 1600. duæ aliæ naues quæ prioribus illis quatuor redeuntibus domum, ad Moluccas ſe accinxerant, ſub Aprilis 20. diem in Hollandiam peruenere poſt nouē menſium nauigationem nam 5. Julii 1599. Banda ſoluerunt littoreq; Jauæ relecto ſuis ſalui incolumesq; redditi. Binæ aũt naues q̃ milliaria circiter 24. vlterius Bandam perrexerant, Amboinam verſus, etiam paulò poſt cum onere iuſto redierunt ad ſuos. vnde factum vt homines vndiquaque ſe accingerent ad illam tam tutam tam lucroſam nauigationem.

Anno 1600. menſe Aprili fœmina Lutetiæ combuſta eſt, quæ Regem veneno tollere moliebatur.

Anno 1600. Mauricius Naſſouius 8. Maii Caſtellum Sanct-andreanum deditione capit, ædificiisq; variis ornat:

nat: & sic omnium superioris biennii victoriarum fructum Hispanis extorquet.

Anno 1600. Mauricius Comes Nassouiæ, inter Ostendam & Neoportum commisso prælio, de Hispanis victoriam reportat. 2. Julii. St. N. admodum cruentam. cecidere enim ex vtraq; parte nouem ferè pugnatorum millia. plurimi Austriacorum capti, interq; eos, superbum illud caput, Admiralius Atragoniæ, qui Batauis exinde dulce sui præbuit spectaculum.

Anno 1600. appulit Massiliam Genua, Maria Medices sponsa Henrici IV. Regis Galliæ die 3. Nouembr. excepitq; eleganti oratione G. Du Vair. C. S. E. Gallica, primus Præses Parlamenti Aquensis.

Anno 1600. die 5. Augusti Comites Gaurii fratres, Jacobo VI. Scotorum Regi insidiati, pessimè pereunt. specie quippe ostentandi ei thesaurum, pellexerant in arcem suam, ibidem trucidaturi per sicarios. Deo aliter visum.

Anno 1600. Rex Galliæ cum videret Sabaudum pactis non stare, 11. Augusti bellum ei indicit, & in Gallia proclamari iubet: & intra 3. mensium spacium totam ferè Sabaudiam occupat, præcipuis arcibus deditione partim, partim vi captis.

Anno 1600. 13. Augusti, Biromius vix comitatus 800. militibus occupat per petardum ciuitatem Burgum, vnam ex præcipuis Ducis Sabaudi.

An. 1600. Conflans 28. Augusti deditione capitur Charbonnieres 10. Septembr. Montmeillianum, arx munitissima, 16. Nouembris.

Anno 1600. in Septembri, sparguntur libelli per Regis cubile, Chazeulum & Burgium conspirasse in necem eius. Erant hi duo ipsi in pretio ob virtutem bellicam, quamuis antea fuissent Ligarii. Verùm tantum abfuit vt rex calumniis istis attenderit, vt contra dignitatem eorum auxerit. In alio regno, sub alio rege, vix satis fuisset Judicum ad hos calculo suo condemnandos.

An. 10 1600. Princeps Mauricius 10. Nouembris obsi-

dione cingit Siluam-ducis, ſed ſuperueniente extraordinario frigore, recedit 27. Decembris.

Anno 1600. 16. Decembris dedit ſe fortalitium S. Catharinæ, vltimũ propugnaculum Ducis Sabaudiæ, quodq; etiam ſtatim poſt fundit⁹ diruitur. Quo in bello notandũ, nullam vim eſſe q̃ non cedat auctoritati inueteratæ: item Sabaudum erraſſe in electione Ducum arcib. ſuis impoſitorum: nec n. vllus fuit, qui non plus præſtare potuiſſet, quàm præſtitit, omnes pacti ſunt ſalutem, antequam audiiſſent Muſicam tormentorum, antequam vidiſſent guttulam ſanguinis.

Anno 1600. occupatur Caniſium, die 22. Octobris à Turca quod citius id dedidiſſet quam par erat, capite mulctatur præfectus eius Paradiſius. Poſt eius amiſſionẽ exercitus Turcicus hibernauit circa vrbem cum 50. hominũ millibus. Obſeruatumque in hoc bello, Ottomannicos migraſſe mores antiquos, ac crudelitate omiſſa, cœpiſſe blanditiis atque humanitate trahere in ſuas partes victos vincendosque.

Anno 1600. appulerunt Summatræ nauigia duo Amſtelodamica ſub ductu Pauli Cardeni, qui cum rege pactus eſt 28. Decembris, vt liceret naues onerare pipere; ſed interuentu Luſitanorum res minimè ſuccedit. vnde vi meta idipſum aufert, & ſic redit domum.

Anno 1600. Michael Walachus Sigiſmundum Bathorium & Jeremiam Moldauiæ Regulum profligat, ſed propter crudelitatem à ſuis paulo poſt deſertus, & à Georgio Baſta oppreſſus, Pragam profi iſcitur, cõram Imperatore ad obiecta ſibi crimina reſponſurus.

Anno 1600. Turcæ Caniſcham obſidione cingunt. Dux Mercurius obſeſſis ſuppetias ferre conatur, ſed re infecta recedere cogitur, vnde deditio Caniſchæ ſequitur.

Anno 1600. obiit Florimundus Ræmundus Burdigalenſis Senator, qui ſcripto oratorum coloribus lito oſtendit nunquam occupatam Romanam ſedem à Joanna puerpera.

Anno

Anno 1600. Mercurius Dux ſecunda vice in Hungariam proficiſcitur, eique ab Imperatore totus exercitus committitur.

An. 1600. Fuldæ editus monſtrifera forma partus: vnica ei auris, os quale gallinæ Calecutræ; duodeni manibus pedibusq; digiti: ſexus fœmina. Brouuer⁹ in Antiq. Fulden.

An. 1600. Ferdinandus Archidux Auſtriæ in Styria, omnes ditione ſua eiicit qui ſe dicunt religionis reformatæ.

An. 1601. 21. Januar. exhibētur articuli pacis Chamberiani, ad exitū deducti per Legatū Pontificis, duci Sabaudię & comiti Fontano Somæ ad Padum. qui ei acquieſcere omnino nolunt: freti copiis ſuis & proditione Bironiana.

Anno 1601. menſe Januarii moritur Loiſa Lotharingica vidua Henrici III. Regis Galliæ.

An. 1601. cum ducentis ferè aut nobilibus, aut eorum miniſtris, armati tantum pugione ac gladio intrat Londinum Robertus Eurenſius Comes Eſſexiæ, ea ſpe, tanquam in ſui tuitionem aduocaturus populum eius ciuitatis, à quibus tenerè alioquin amabatur. Sed eis ignaris huius ſui periculi, cum nemo ipſi accederetur: deprenſus à Reginæ præfectis, ad quos vniuerſus ciuis adcurrerat, 18. Februarii ducitur in arcem, vnà cum Comite Zuthamptoniæ cæterisq; adſeclis.

Anno 1601. menſe Februarii moritur Magnus Magiſter Equitum Melitenſium; cuius in locum inauguratur Vignacurtius Gallus, magnus Hoſpitalarius, qui egregiè ſe geſſit contra Turcam.

Anno 1601. 23. April. Texelia ſoluerunt in Indiam tredecim naues Amſterodamenſium ſub imperio Jacobi Heemskerchi, Joannis Grenierii & Volfardi Harminio; quorum iter Rex Hiſpaniarum integra claſſe impedire non potuit &c. videatur Hiſtoria Meterani.

Anno 1601. Pax inter Gallum & Sabaudum ſancitur: hoc Saluſſiæ Marchionatum retinente: illo Breſſam, totumq; tractum Geneuam vſq; obtinente.

An. 1601. die 10. Julii obſidetur Berka ad Rhenū à Mau-

ritio Auriaco, cui se post aliquot ærumnas perpessas die 31. Julii, optimis planè conditionibus; quod iam scilicet esset in procinctu Bucoius & Basta cum 2000. equitibus peditibusq; 5000. vt eis succurreret, præter alios qui mox aduentaturi fuerint.

Anno 1601. Melitenses, nouum castrum, dictum Turcis Passanam, petardo feliciter occupant 7. Augusti hora ante Auroram.

Anno 1601. Carolus Sueciæ Dux Liuoniam prætetita die, & hac æstate occupare conatur, accersito Nassouio cum copiis: sed incassum.

Anno 1601. Austriaci Archiduces: Albertus quidem Ostendam, mense Julio, magno cum exercitu: Ferdinandus verò Canisiam in Hungaria obsederunt. Sed hic tandem re infecta post magnas molestias obsidionem soluit, die 21. Nouemb.

Anno 1601. Mercurii Ducis miles Gallus datus prȩsidio ciuitati Pappæ, seditione excitata ob non soluta stipendia, vrbem vendit Turcæ pro 100. millibus thalerorum: sed quo minus etiam traderent obstitit Svvartzenburgius proditoribus obsessis, vbi tamen globo sclopeti ictus caput perit, 28. Julii. cui succedit Melchior Rhederus, & Collinitius; qui ipsos 8. Augusti fame fatigatos clam exeuntes insecutus omnes maxima parte crudeliter quidem sed meritò interfecit.

An. 1601. 3. Augusti Henricus IV. tollit ius commercii Gallorum cum Hispanis, ob violatam domum legati sui Rochepotii, è quibus cognatum eius aliosq; nobiles vi extraxerant, quoniam aliquot Hispanos occiderant læserantq;, qui eorum vestes proiecerant in flumen ipsis ibidem natantibus. Conuenit tamen deinde inter vtrumq; Regem, sequestrante Hispano captiuos Domino Papæ, qui eos reddit Legato Regio Romæ versanti Maximiliano de Bethunes.

Anno 1601. Michael Walachus, cum de coniuratione noua suspectus, vocatus ad Georgium Bastam venire renueret,

nueret, à Walone quodam confossus & capite truncatus, periit 18. Augusti.

An. 1601. 26. Augusti in Hollandiam reuersus est Oliuerius de Noort Vltraiectinus, qui superato Magellanico freto, terrarum orbem triennii ferè spatio vniuersum circumnauigarat, multa aduersa passus qua ab hoste qua ab tempestatibus.

Anno 1601. Ingens fuit terræmotus, hoc est, qui maximam Orbis partem peruasit, & qui multa loca concussit, præsertim in Heluetia. 8. Septembr. St. V.

Anno 1601. mense Septembri die Mauricii, Margaretha Hispaniæ Regina enititur filiolam.

An. 1601. Cum Lucernates, Vrii, Suicii & Vndervvaldii, gaudium publicum, ob natam Philippo regi Hispaniarum sobolem, testari vellent, igne arte accenso, primiq; Vrii duabus nauibus arcem ligneam imposuissent, ignibus excitatis pridie ascensionis Christi, comœdia in tragœdiam versa, arx illa ardere cœpit, inflammato ἀνεξοδοκήτως puluere tormentario. Vriorum Stratocles Lyssius, edens in sublimi, & Regis personam referens, in ignem prolapsus ex alto, cruribus, brachio vtroque, capite ambustus, periit. Vnus ex tragœdis amissus: alii læsi.

An. 1601. Mercurius Dux, cum copiis Cęsareanis Albam Regalem occupat in Hungaria, die 9. Octobris.

An. 1601. Christianus II. Dux Saxoniæ, completo anno ætatis 18. suscipit gebernationem Electoratus, 9. Cal. Octobris.

Anno 1601. Montoius Prorex Hiberniæ, Hispanos & Hibernos rebelles profligauit in Hibernia.

An. 1601. Colloquium Ratisbonense inter Euangelicos & Pontificios, præsentib. Duce Bauariæ & Palatino Neoburgico, inchoatum 28. Nouemb. Collocutores ex parte Euangelicorum D. Hunnius & D. Heilbrunner: ex parte Pontificiorum D. Hungerus & D. Gretserus, Jesuita.

An. 1601. Mauricius Nassouius Bercam & Mörsam per deditionẽ cepit: Syluam Ducis verò irrito conatu obsedit.

Anno 1601. Rex Hiſpaniæ claſſem Duce Doria emiſit aduerſus Turcas, quæ tamen re infecta domum rediit.

Anno 1601. Joſephus Donatus Senator Venetus, præficiendus Cremæ oppido publicè decapitatur in patria, vtcunq; conuictus contra eius vtilitatem conſpiraſſe cum Hiſpano. Eodemq; tempore proditionum varię erant ſuſpiciones contra eoſdem Hiſpanos Maſſiliæ & Metis.

Anno 1601. Equites Rhodii quinque triremibus Lybiam ingreſſi, propugnaculum Turcicum quod Paſſana vocant, improuiſa nocte expugnant: abductis captiuis, incenſaq; arce incolumes ad ſuos redeunt.

An. 1601. In agro Tarraconenſium tintinnabulum vltrò claſſicum ſonuit nullo impellente. neq; ſolum hoc anno, ſed retro actis ſæculis ſæpius tale quid accidit. eo regum funera regnique metamorphoſes portendi, incolæ affirmant.

An. 1601. Impoſtor quis exortus eſt in Italia qui multis paſſim perſuadebat ſe eſſe regem Sebaſtianum Luſitaniæ, deſideratum in prælio contra Sarracenos 1578. ſed à Venetis primum detentus, deinde Neapolim miſſus, poſteaque in Hiſpaniam, fabulæ ſuæ tragicum ſortitur finem, damnatus perpetuo ad remos.

An. 1601. Piadenæ in Italia Germanus quidam Daniel Burchamer Hermaphrodytus peperit puellam, natam ex admiſſione vnica militis Hiſpani in Belgico, vbi idem Daniel militem egerat, quemadmodum & prius ſeptennium in Vngaria. antea fuerat ſartor.

Anno 1601. Franciſcus Mendoza, Anmiralius Arragoniæ dimittitur à Belgis.

Anno 1601. 3. Nouembri per literas Archidux Albertus expediit ad Henricum IV. Galliæ regem accipitrum aliquot genera qualia reperiuntur in Campinia Brabantiæ.

Anno 1601. Princeps Doria miſſus à Rege Hiſpaniæ cum claſſe in Turcam, aduerſo vento diu detentus, quominus eo pergere poſſet, re tandem infecta reuertitur Genuam. Principe autem Parmenſe inſtante, ne tantum

Digitized by Goog

tum exercitum nulla re gesta reducat; respondit: tibi ratio tantum est reddenda vnius lanceæ tuæ; at mihi totius exercitus. itaque destitutus à fortuna, cætera vtique me non destituent.

Anno 1601. Henricus IV. Rex Galliæ, cum videret auri argentiq; incredibilem vim perire in prætextis vestium; seriò vetuit ne in veste quisquã vsurparet fila aurea aut argentea; ne excepto quidem principe aliquo sanguinis sui.

An. 1601. Henricus IV. pretium certum imponit pecuniæ peregrinæ; iustè quidem, sed non sine grandi damno ciuium suorum, ad quos mercatores merces suas deinde non deferebant, neq; à Gallis petebant quibus carere posse non videbantur. Quę peti solebant Lugduno, petebantur Geneua, vbi pretium.

An. 1601. Henricus IV. vetat grandiores vsuras quam sex aureos & 15. solidos de aureis centum, cum antea inualuissent centesimæ, imo adhuc grandiores, non solum cum ruina nobilitatis, sed etiam agri culturæ; quorum heri malebant in vrbibus otiari, ac viuere ex illo fœnore, quam colere suas terras.

An. 1601. Philippus Canaius, Dominus de Fresnes mittitur legatus ab Henrico IV. ad Venetos, eiq; nominatim iniungitur, ne migret morem veterẽ, h. e. ne quemquam legatorum ibidem residentium inuisat, priusquam eũ domi suæ venerint salutatum. Accidit istud ob Huraltium Messæum, quem cum rex Gallię bis ter eo misisset, Nunci⁹ Papæ postremò negabat salutare loco priore, vtpote legatum minimè nouum. Legatus autem Gallus rebus sic tum ferentibus non refugit primò conuenire Nuncium. quod dum Nuncius arripit pro lege ac more, factum est vt anni aliquot præterierint sine mutua salute.

Anno 1602. Ostenda 7. Ianuarii frustra oppugnatur, multis Hispanis cæsis aut vulneratis. Inter cæsos reperta fuit Hispana iuuencula, quæ in primis ordinibus pugnans occubuit, aureo torque nudum corpus redimita, aliisque incincta ceimeliis. Videtur amore belli operam dedisse militiæ: quemadmodum & accidit

in Frisia Septentrionali. Ibi enim virgo quædam, nomine Margaretha, à parentibus suis transfuga, septem per annos Ordinibus militarat, pro viro, & talis habita ab omnibus. detecta tandem à contubernali, cum mundum forte indueret sibi indusium, protuberantibus vberibus magis quàm soleant iuuenibus. cui ea propter se prodere necesse habuit, nupsitq; eidem dedita Groninga; in qua etiamnum habitant, famæ bonæ, nominisq; honesti.

Anno 1602. Henricus Comes à Berga 5. Martii stratagemate egregio occupat arcem Wachtendoncæ ciuitatis, sed statim exinde obsessus ab oppidanis eam restituere cogitur.

Anno 1602. 20. Martii conuenit inter navigationis Indicæ societates, vt omnes in vnam conflarentur, neque quisquam præter illam intra XXI. annos Indos frequentaret. hoc ideo factum, quod cum è diuersis portubus alii aliiq; eodē quotidie adspirarent, ideoq; sæpenumero eundem in portum eandemq; apud Indos insulam adnauigarent; non dispendia modo, sed & simultates hinc maximę inter negotiatores exoriretur.

Anno 1602. Carolus Gontaldus, Dux Bironius, Marescallus Galliæ, Ord. Franciæ Eques auratus, & Gubernator Burgundiæ, ob perfidiæ & conspirationis crimen iussu Henrici IV. Galliæ Regis decollatus, 31. Julii, Lutetiæ Parisiorum. coniurarat nempe de occidendo rege, regina, & Delphino, cuius nutricem iam veneno necarat, quo item arbitrabatur periturum alumnum eius.

Anno 1602. Ordines confœderatarum Prouinciarum Belgii, cum bonis verbis impetrare non possent ab Ennone Comite, vt ex æquo ac bono ageret cum Embdensibus, eisdem submittunt 19. vexilla militum, Duce Wernero Boisio Brabanto; qui castella Comitis quibus obsederat Embdam intra tres septimanas statim expugnat. tanto maiori curæ erat Ordinibus ciuitas hæc, quod portum haberet totius Belgicæ profundissimum; inclinaretq; Comes in partes Hispani.

Anno

Anno 1602. Grauia à Mauritio 19. Septembr. deditione capitur.

An. 1602. Geneua diuinitus seruata, cum Sabaudus per Albignium 2000. noctu ad vrbem adduxisset, & scalis admotis circiter 200. introduxisset, qui à ciuibus expergefactis partim interfecti, partim in fossas vrbis deturbati, partim etiam viui capti, quorum 13. sequenti 12. Decembr. patibulo intra mœnia erecto suspensi.

Anno 1602. Filia prima Henrici IV. Regis Galliarum nascitur 22. Nouembr.

Anno 1602. 21. Decemb. inter eos nobiles qui strangulabantur & inde capita sua contis habuere imposita, in exemplum; erat Sonasius quidam, qui moriturus, non tam veniam rogabat pro se, quam pro vxore sua iam septem liberorum matre, & præterea grauida. quæ nimirum in ipso etiam occideretur; vt & accidit. nam intellecta nece mariti misit ad Senatum vrbis, petiitque supplex cedi sibi caput mariti, vt id ante obitum videret oscularetur que: ipsamque se interemit inedia.

Anno 1602. Brunsuicenses pagos aliquot Henrici Ducis Brunsuicensis diripiunt, propter iniurias ab ipso sibi factas. Hos motus Imp. edicto quidem sopire nititur: Sed frustra.

Anno 1602. Renouatur fœdus inter Regem Galliæ & Heluetios, ad cuius confirmationē Rex ad Heluetios Marescallum Bironium mittit, & vicissim Heluetii ad Regem 42. legatos.

Anno 1602. Turcicus Imp. Albam regalem recuperaturus, eam obsidet 9. Aug. per Serdarem Bassam. Expugnatur autē 29. eius mensis, non sine clade Turcica; vtpote amissis 10. pugnatorum millibus. Nostri hanc cladem vlturi Budā obsident, Pestum expugnant, nequiquam tumultuantibus auxiliariis Turcis.

Anno 1602. Moses Zecklorum Dux, Bathorio fauens, à Basta profligatur. Sigismundus Bathorius ad Bastam venit, seque totum Cæsaris potestati permittit.

An. 1602. Exeunte, Leodii inter magistratum & plebem

grauiſſimus exortus tumultus, obſeſſa à turbidis Curia, & Senatoribus delectis carcere dānatis; quod alimentaria vectigalia, à paucis annis aſſenſu populi decreta protraherentur. Principis tamen ſolertia, qui magiſtratum accepti rationem reddere imperauit, ipſo in ortu diſſenſio corruit.

An. 1602. Miles Italus Burgunduſq; Hiſpano militās, ſeditionem mouet ob non ſoluta ſtipendia, & aliquot oppidulis occupatis vicina loca plus quā vllus hoſtis igni ferroque depopulātur; magno Ordinum confœderatorū bono.

An. 1602. Fames adeo extrema inuaſit Boruſſiam ac Liuoniam, vt homines inuaderent roras ac patibula, paſcerenturque cadaueribus reorum.

An. 1603. Comitia Imperii menſe Martio Ratisbonæ habita, Matthia Archiduce Auſtriæ præſidente.

An. 1603. Londini peſtilentię lues abſtulit, intra annum vertentem, mortalium 38. millia. Eodem quoq; anno baptizati infantes ibidem numero 4789. At Venetiis obiere eadem lue homines 5586. ex quibus 92. Turcæ ac Iudæi.

Anno 603. Cal. Apr. Henricus IV. Galliarū rex in quatuor Gallię metropoles, Lutetiam, Aureliam, Turonum, & Lugdunum ſemina bombycū diſtribui curat; iuſſis paſſim per ditionē ſuā ſeri inocularive moros albas; initio facto in Regiis paſſim viridariis. ſic ſerici holoſericiq; officinæ prouenere nō vno loco certe Narbonenſes, Prouinciales Delphinateſq; intra paucos annos aliquot plus ſenſere lucri ex reditu talis lanificii, quam ex glaſto, oleo frumentoque, quorum illic tamen ingens vbertas.

Anno 1603. Eliſabetha, Anglię Regina, paulo ante mortem, Jacobum VI. Scotiæ Regem, ſucceſſorem ſuum deſignat, & regni proceribus hac de re eam interpellātibus declarat, Angliæ coronam iure hæreditario ad Iacobum VI. Scotiæ Regem pertinere. Hæc Reginę declaratio effecit, vt poſt eius mortē die 4. Aprił. regnum pacatum & tranquillū maneret: eo ipſo enim die quo exſpirauit Regina, omnes Angliæ proceres vnanimi conſenſu Iacobum VI. Angliæ Regem proclamant.

Anno

Anno 1603. Iacobus VI. Scotiæ Rex, eius nominis in Anglia I. coronatur Londini 25. Iulii.

Anno 1603. Catholici in Anglia liberum religionis exercitium petunt: eoque non impetrato, contra Regem nonnulli conspirant.

An. 1603. Circa Septembré indulget Henricus IV. Ordini Iesuitarum redire in Galliam ad sua: sed huius rei publicatio dilata in auspicium anni sequentis.

An. 1603. 15. Nouemb. Pater Cotton à Nobilis alicuius pedisequo satis periculose vulneratur, quod rhedarius eius ipsum forte læserat transitu rotæ.

An. 1603. 31. Decemb. non leue damnum Turcis intulit Christianum mancipium, admouendo furtim ignem arci Canisiæ, quem vt puluis sulphureus concepit, totam pene vrbem euertit.

An. 1603. Asiæ præfectus cum Mahumetem III. totum delitiis deditum videret, ex contemptu ipsius iugum excutit & rebellat, ac permultos in suas trahit partes: vnde Ianizari magnam Constantinopoli suscitant seditionem, quæ sedari non potuit nisi supplicio duorum Imperatoris Turcarum Cubiculariorum, in quos reiiciebatur culpa malæ administratæ reipublicæ.

An. 1603. Comes Isolanus captus in Alba Regali cui præerat, Byzantiumq; deductus, intercedente Gallico legato libertate donatur, hac lege, vt vrgeat apud Cæsarem negotium pacis.

An. 1603. Vappincii, in Delphinatu Galliæ, Synodus Reformatorum celebratur, mense Octob. quæ Confessioné fidei ecclesiæ Gallicanæ repetit, eique inserit assertionem hanc: Romanum Episcopum esse ipsissimū Antichristum.

An. 1603. Equites Cruciferi, qui Maltā insulā obtinent, arcē Lepanto dictā occupant, magna cū Turcarum strage.

Anno 1603. Mahumetes III. Coniugem in aquis suffocari, & filium strangulari curat, eo quod coniunx imprudenter quæsiuisset: An non filius Mahumeti in imperio esset successurus.

Anno 1603. Veneti cum Rhœtis seu Grisonibus fœdus sanciunt ad decennium: quod Regem Hispaniæ maxime offendit.

Anno 1603. Hollandi & Seelandi de Hispanis in conflictu maritimo triumphant, Friderico Spinola classis Hispanicæ præfecto, & multis aliis interfectis.

Anno 1603. Rex Henricus IV. è Belgio aliisque prouinciis accersit bombycini velleris textores; item eos qui aurum lenta vi extendunt & aptant texturę.

Anno 1604. Insula Cassand: propugnaculum Isendick: vrbs Ardenburgum: & Schlusa in Flandria, à Mauritio Nassouio occupantur. 20. Aug. St. N.

An. 1604. Ostenda post obsidionem trium annorum, & ferme trium mẽsium, ab Ambrosio Spinola deditione capitur. 21. Septemb. St. N.

Anno 1604. Annus hic in Gallia percelebris extitit, accitis Serici velleris textoribus aliisq; qui aurum lentescens vi extensum ductile facerent; quo stragula & aulæa pretiosissima intexuntur. Accessere etiã opifices qui pelles vario emblematum genere inaurarent, pingerent, discriminarentque, quibus obducerentur triclinia.

An. 1604. Comes Aluernię in Gallia, in infidelitate & in Regem conspiratione perseuerant, iussu Regis capitur, & Lutetiam deducitur, vbi ad perpetuos carceres relegatur, & arci quã Bastille vocant, prope armamentariũ, includitur.

An. 1604. Pesta in Hungaria à præsidiariis Christianis militibus vano metu perculsis deserta, in Turcarum potestatem redit.

An. 1604. Rex Hispaniæ & Rex Anglię pacem, ad Cõmercii mutui libertatem spectantem, inter se faciunt.

An. 1604. Rex Anglię Iesuitas, simulq; omnes Põtificię religionis ecclesiasticos, edicto publ. toto regno exire iubet.

An. 1605. Demetrius quidam, Theodori Moscorũ Ducis, vt præ se tulit, frater, inauguratur regno Moscouico: Sponsam è Polonia petit: in ipsis gaudiis nuptialibus interficitur. Suskius 20. Maii nouus Dux eligitur.

Anno

An. 1605. Marpurgi in Hassia 16. Aug. rituũ quorũdam aliarumq, rerum in sacris mutatio magnũ excitauit tumultũ, qui Principis Mauricii prouida cura statim fuit sopitus.

Anno 1605. Theologi Electoralis Palatinatus Ecclesias Euangelicas in Germania edito scripto hortãtur, vt fraternitatẽ mutuo alant, stantibus & manentibus locis controuersis, quod pie fieri posse, multis demonstrant.

An. 1605. 9. Octob. prope Mulhemium in prælio contra Mauricianos trucidatur Magister equitum Theodorus Triuultius.

Anno 1605. Brunsuiga, aduersus Henricum Iulium Ducem Brunsuicensem, ex inopinato eam 16. Octobr. inuadentem, fortiter à ciuibus defensa.

An. 1605. 20. Septemb. iterum obsidetur Bergizomium auspiciis Alberti Archiducis, ductu Terrailii Comitis, qui iam sperabat se felicius rem tentaturum quam nuper, quo noctis beneficio ac petardorũ, militem iam intra clatros ac sepia deductum, Panicus terror eiecerat. & quidẽ fossas silentio ingressus quinq; locis impetũ facit in muros. Sed vigilantia Præfecti Pauli Baxii, ciuiũq; metus totã noctẽ eos occupauit, iãq; albescẽte Aurora multis desideratis abierũt.

An. 1605. Strigonium 24. Septem. à Turcis recuperatur.

An. 1605. Coniuratio Thomæ Percii, nobilis Angli, in necem Regis Iacobi I. Reginæ, liberorum, & Parlamenti, detegitur 15. Nouembr.

An. 1605. Spinola Lingam & Oldenselium: Comes Busquoius Wachtenduncum & Cracouicam occupat.

An. 1605. Padebornã occupat Episcopus Theodoricus Furstenbergius: & Liborium Vichardum Consulem post varios cruciatus viuum in quatuor partes dissecari iubet.

An. 1605. Quidam Scotus, Duglassiorum stirpe editus, ementito legationis titulo, passim apud Archiepiscopos Electores, se Britanniæ regis Oratorem ementitus, deprehẽditur Heidelbergę in aula Electoris Palatini per quẽ deductus in Angliã, ibi publice in Augusto strãgulatus, quatuor in partes diuiditur, aliis in exemplum.

Anno 1605. Venetus Senatus consulto vetat ne tota sua regione quocunque prætextu, vendatur quid doneturve aut alienetur ordini Ecclesiastico sine permissu Senatus. Sin contra, ratum non fore, Sed bona ipsa cõfiscanda, puniendosque Notarios.

An. 1605. Rex Galliarum Henricus IV. Iesuitas ante decennium à se eiectos certis cõditionibus restituit, pyramide, in eorum ignominiam ante erecta, Lutetiæ deiecta.

An. 1605. Stephanus Botzkaius Hungarus, Iohannis Iacobi Barbiani Belgiosæ Comitis tyrannide compulsus, à Cæsare deficit: patriæ libertatem religionis restituit: hostes feliciter vincit: aurea corona Vladislai olim Hungariæ Regis à Turcarum Sultano donatur.

An. 1606. Die Veneris 10. Febr. nascitur Henrico IV. Galliarum altera filia Parisiis in Luparo.

An. 1606. Brunsuigæ obsidio 17. Mart. soluitur, quam secuta est Principis fuga.

An. 1606. Robertus de Bethune Dominus de Rosni Quæstor Franciæ, creatur ab Henrico IV. Rege Galliarum Franciæ Par, ac Dux de Sully 9. Mart.

Anno 1606. 27. Martii feria 2. Paschæ ipso meridie in Germania ac Belgia maxima ventorũ procella derepente exorta est cum imbre & grandine, quæ arbores annosas, ædium culmina, templorum fastigia ac fenestras, vt & turres tuguriaque villarum mire conuelleret.

An. 1606. Henricus Garnetus Iesuita, ætatis 70. [illegible] in Anglia, 28. Martii supplicio affectus est, cum pro eo redimendo 30000. floreni ab Hispano Legato oblata essent. Londini.

Anno 1606. die 10. April. Iacobus Britanniarum Rex societatibus duabus indulsit nauigare Virginiam versus, ibidemque domicilia sua collocare, hanc quidem circa gradum 31. & 41. illam vero circa gradum 38. & 45. possessum terram, syluas, portus, flumina, lacus, mineriasque per millia 50. in littore, cũ omnibus insulis è regione positis, spatio 100. milliarium item per 50. millia introrsum versum Eu-

rum

rum & Septentrionem: hactenus vt vtraque colonia minimum à se inuicem absit milliaria Anglica centum.

An. 1606. Henricus Turrius, Dux Bullionęus submittit se Henrico IV. Galliarum Regi Sedanumque eius permittit arbitratui, die 11. Apr. quo sine armis vllis vrbe exiit ad castra regia Doncheriæ.

Anno 1606. Initio mensis Maii, in superiore Vngaria in vico Sagmaria duo enata sunt monstra: vnum vacca peperit cum duobus capitibus & octo pedibus; caput vnum erat simile vrso, alterum cani. pedes partim erant leonis, partim vituli. Secundum monstrum prouenit ab oue, humano capite; pedibus anterioribus humanis, posterioribꝰ veruecis.

Anno 1606. Vltimo Maii ignis inuasit Budæ turrim stipatā puluere tormentario; cuius ruina periere viri fere 800.

Anno 1606. 12. Iunii minimo minus occupatur oppidum Sluſa, de nocte, per petardum Teralii, qui iam omnes portas quibus irrumpendum erat in ciuitatem aperuerat: adeo vt nihil aliud restaret quam intrare & occupare. casus & metus quibus res ea non successit egregie describitur à Meterano.

An. 1606. Ambrosius Spinola Reinbercam, Grollam, Lochenum, occupat: Mauritius Nassouius Holdiam aduersus Spinolæ impressiones fortiter & prudēter defendit.

Anno 1606. Schlusa per insidias tentatur, magno cum Hispanorum damno.

Anno 1606. Iacobus Rex magnæ Britanniæ conformat ecclesias Scotiæ cum Anglicanis, pręficiendo iis Episcopos: contranitentibus plerisque Scotorum Theologis, quorum alii cum Iohanne Forbesio in exsilium missi, alii aliter mulctati sunt. Andreas Meluinus in arce Londinensi diu detentus fuit.

Anno 1606. Sub Autumnum obiit Philippus de Portes in Abbatia sua Bonport in Normandia, poeta venæ non coactæ sed admodum venustæ.

An. 1606. Cōstantinopoli incēditur vicus Iudæorū, vbi consumptis 800. amplius ædibus periere hominū 1500. da-

mnum rerum igne consumptarum æstimabatur 4. millionibus auri.

An. 1606. 3. Septemb. in obsidione Berkana, dum caput ostentat supra muros Colonellus Edmundus, vetus experiensq; miles, quiq; cum milite Scotico diu Ordinibus inseruierat, traiicitur globo slopeti.

An. 1606. 14. Septemb. simul baptizantur tres Henrici IV. Gallorum Regis liberi, Delphinus nempe, & filiæ duæ. quorum hic nomen tulit Ludouici, illa vero Christina, ista Isabellæ.

An. 1606. Pax inter Imperatores, Rudolphum & Turcam, in annos 20. sancitur, 14. Septemb. prope Comorram in Hungaria.

Anno 1606. Veneti, quod legem, quam anno 1337. 21. Maii in maiori Concilio tulerant (ne quis inconsultis Patribus, cuiuscunque ordinis exsistat, Venetiis noua monasteria, Xenodochia, templa erigat, vel quæuis alia sacella, quo hominibus pateat concursus.) anno 1603. 10. Ianuar. ad omnes prouincias & ciuitates ditionis suæ extendissent: hoc anno à Paulo V. Papa excommunicantur: qui causam suam aduersus Pontificem publicis scriptis editis acerrime defendunt.

Anno 1606. Hungari, Transyluani, Walachiæ & Moldauiæ Reguli, Stephanum Botzcaium principem agnoscunt, & in eius verba iurant.

Anno 1606. In bruma obiit Genuæ Andreas Doria, Andreæ nepos, Princeps Melphitanus, ætatis 93. relictis filiis suis quatuor diuitiis inæstimabilibus.

An. 1606. In Indiæ Orientalis parte quæ Mahometum colit, supplicium tulit Dubalæ Vincentius Aluarus nobilis Lusitanus, quod templum ingressus ad vsque aram Mahometis temerario ausu penetrasset.

An. 1607. Fine Ianuarii increscens Oceanus frequēti diluuio per omnes agros circa littoralia Angliæ effrenata decurrit licentia; ac municipia, oppida, villas, armenta validis

validis fluctibus auulsit, omnibus superatis repagulis: æstimabatur damnum millione librarum Sterlinar.

Anno 1607. 17. die Februarii, Iesuita quidam eiicitur a Duce Parmæ, quod Principe celebrante nuptias Matronę cuiusdam, effusaq; grandi pecunia in pompam hastiludiorum, palam pro concione dixisset, potuisse vtilius seruari eã impensam ad bellum pro Papa contra Venetos.

Anno 1607. Donawerda Ciuitas Imperialis in Sueuia, à Rudolpho II. Imperatore Rom. proscripta, à copiis Maximiliani Bauariæ Ducis m. Decembri occupatur.

Anno 1607. 17. Martii Cardinalis Ioyeusius Romam reuersus, adiutus opera Cardinalis Peronii, tandem eò rem deducunt, vt pax conueneritinter Papam & Venetos; quæ publice edicto indicata est Venetiis 21. Aprilis.

An. 1607. ipso vere seditio exorta in regione Northamptonia & viciniis rusticorum contra nobilitatem, abutentem satis ad pascua ouium; item septis intercipiendo communes agros. sed prudentia Regis, modum præscribentis vtrique parti, res pacificata est, sed non sine plebeiorum grandi cæde.

Anno 1607. 16. Aprilis die Lunæ post Pascha natus est Reginæ Galliæ Fontanebleo filius, titulo Ducis Aurelianensis.

Anno 1607. die 25. Aprilis classis Ordinum confœderatorum prædatoria, duce Iacobo Hemskerkio, aggressa est 21. naues Hispanicas, quarum decem erant galeones, stabulantes in portu Gribalterræ; omnesque aut incenderunt aut depresserunt; nullo tamen commodo; amissis 100. viris fortissimis, & duce suo, impeditaque vlterius expeditione.

Anno 1607. Biblia sacra in Italicam linguam iterum versa prodeunt, auctore Iohanne Deodato.

Anno 1607. 26. Iunii Mechliniæ inchoata est tertia Synodus Prouincialis, Præsidente Matthia Houio Archiepiscopo. finis ei impositus 20. Iulii, decretaque eius sedis A-

poſtolicæ calculo 4. Calend. Maii 1608. vna cum primæ Synodi ante annos 36. celebratæ ſententiis confirmata.

An. 1607. 5. Septembris obiit Cancellarius Regni Galliæ Pomponius Belleuræus Lugdunenſis, ætatis 78. Succeſſit ei Nicolaus Brulardus Sillerius, qui iam ante ob morbum eius 14. Martii 1605. creatus erat cuſtos ſigilli.

An. 1607. Hugo Tironius Comes, ex Hybernia profugus cum vxore ac liberis, excipitur munifice Romæ à ſummo Pontifice: tanquam ob orthodoxam fidem patria exul. Sed Rex Britanniæ id plane negat, aſſerens factum, quod ſceleribus obrutus ſe tueri non poſſet contra eos quibus auare crudeliterq; præfuerat.

Anno 1607. Paulus ille Seruita qui pro Venetis ſcripſerat contra Papæ excommunicationẽ, die Veneris 5. Octob. 23. hora in platea publica Venetiis inuaditur à duob. ſicariis, qui tribus vulneribus gulam ei caputq; impetunt, ſed non lethalibus.

An. 1607. Bruma fuit in Europa ſæuiſſima, quæ infinitã hominum multitudinem congelauit, arborum enecauit, amnes omnes altiſſima glacie vinxit: in Germania vniuerſę fere nuces emortuæ.

Anno 1607. Archidux Albertus Ordinib. Belgii confœderatis inducias octo menſium offert, intra quos cum iis de pace ſit acturus, tanquam cum libera republica.

Anno 1607. Ruſticus quidam inter Aloſtum & Teneramundam Flandriæ, vico Meſpelaria, ſarculo terram ſuffodiens reperit mille & quingenta numiſmata aurea pondere ducati duplicis, inſignita imagine M. Antonini Veri Imp. eiuſq; coniugis.

Anno 1607. Metis anteſignanus Prętoriæ cohortis, nomine Mothæus, cum deperiret filiam ciuis virginem neque illecebris quidquam proficit, vſus ingenio vetulæ, perducitur in militis domum, ibidemq; ſtuprata pluribus hæret diebus. Parentes vt inſtant apud Senatum, edicto cauetur ne quis eam deinceps tecto retineat ſub grauiſſima pœna. adſtabat & raptor dum iſtud publicatur. quare, vt antea pudorem

dorem ſic mox vitam ei eripit, & fruſtillatim conciſam, peraque viatoriæ incluſam abiicit in profluentem proximum. Verum vt vetula ea aliam adhuc puellam ei præparat ad ſtuprum, & forte iurgia miſcet cum calone centurionis, res detegitur; luitq; raptor capite.

Anno 1608. 8. Ianuarii Philippus III. Hiſpaniarum Rex Caſtellæ regni Principes euocat Madritum, vt iurent in filii ſui vix dum trimi verba: itaq; volente patre renuntiatur ritu ſolenni Rex Caſtellæ.

Anno 1608. 25. Aprilis die D. Marci naſcitur Fontanoblæi tertius filius Henrico IV. Andegauenſis ducatus titulo inſignitus.

Anno 1608. Paulus V. P. M. die 29. Maii cælitum albo adſcribit Franciſcam Pontianam, viduam Romanam.

Anno 1608. Siluius Piccolominus Archithalaſſus Magni Ducis Etruriæ feliciter, ſed temerarie admodum, occupat pleno meridie Hipponam Africæ ciuitatem: quam tamen ſtatim incendit deſeritq;, quod nullus in vicinia eſſet locus quin ſubeſſet Turcis circiter 4. Auguſti diem.

Anno 1608. Ferdinandus Magnus Etruriæ Dux curat celebrari nuptias Florentiæ, die S. Lucæ Euangeliſtæ, natu maximi filii Coſmi Principis cum Magdalena Auſtria Caroli Archiducis filia.

Anno 1608. In Heluetia Martin de Beuſſon Gallus, ciuis Baſilienſis, cum in itinere Lucernenſi liberius contra Mariæ inuocationem ad ſocios diſſeruiſſet, Zurzceæ ad Magiſtratum eo nomine delatus, ſtatimq; capite truncatus eſt menſ. Octob.

Anno 1608. Matthias Archidux Auſtriæ Poſonii Rex Hungariæ publice declaratur, 14. Nouemb. Coronatur ibidem 19. Nou.

Anno 1608. In Gallia, menſe Nouembri, Bartholomæus Burgeſius, quod ſe Pauli V. Pontificis Roman. filium conſtanter profiteretur, iuſſu Papæ Lutetiæ in crucem actus, deinde flammis fuit conſumptus.

Anno 1608. Antonius Emanuel à Rege Gongi ad

ſummum Pontificem exhibendi obſequii cauſſa miſſus legatus, Romæ paucis ab aduentu diebus moritur, & in baſilica S. Mariæ maioris regio honore tumulatur.

Anno 1608. In Belgio totus hic annus Conſultationib. ſuper induciis impenſus eſt.

An. 1608. Venetiis cum medio oppido latrocinia & rapinæ fierent, edixit Senatus ne quis piſtoleto cinctus incederet, nec vagabundus vltra triduum in vrbe aut territorio eius ſubſiſteret.

Anno 1608. Carolus Gonzaga Dux Mantuæ, inſtituit Ordinem Equiteſq; S. Sanguinis Chriſti.

An. 1608. Presburgi triſte exortum eſt incendium, dum Heidducus ſclopetũ exonerat: tumultu enim exorto multi Vngari, multi Germani ibidem conciſi, occiſiq;.

An. 1608. hieme exeunte argentifodinam in Scotia, decimo ab Edimburgo miliari, quam ante 80. annos Germani repererant, exinde per bella ciuilia derelictam, carbonarius reperit. cuius ea perhibetur opulentia, vt centum pondo materiæ rudioris, reddant argenti probati libras octoginta.

Anno 1608. In Morinis Valerianus Muſſardus, miles ſtrenuus, occiſo nobili accola; ne a Regiis comprehenderetur, abdit ſe Moiencortii arce munitiſſima. Monitus à Quæſitore ſiſtere ſe Regi, negat, niſi præſtita fide incolumitatis. Quæſitor dum vim & arma admouet caſtello, quibus impar erat; mutuis ſe glandibus ipſe & amica ſua, ſclopis in ſe verſis conficiunt. cadauera tamen publice ſuſpenſa è patibulo.

An. 1609. Induciæ inter Hiſpanos & Ordines confœderatos in 12. annos factæ, & 14. Aprilis Antuerpię publica voce præconis & tubarum clangore promulgatæ ſunt.

An. 1609. Tremoniæ Brandeburgicus & Neoburgicus Principes, auctore & ſuaſore Mauritio Haſſiæ Landgrauio, in amicam tractationem conſenſerunt, vt coniunctis animis & viribus in defenſionem Iuliacenſium ditionum incũberent: poſt quam Duſſeldorpium intromiſſi, & à ciuibus honorifice excepti fuere.

Anno

Anno 1609. Erfurdiæ vt celebrabantur 6. Februarii Pellionis nuptiæ, menſis numero 12. inter tertiam ac quartam hypocauſta bina quibus ſtabulabantur conciderunt lacrimabili ruina. perieruntq; 21. inter quos & ſponſę, mutilati vero ſunt omnino 20.

An. 1609. In Hollandia viciniſque Belgii locis fœda ingruit inundatio maris: adeo quidem vt Harlemum totum tegeretur aqua.

Anno 1609. Matthias Rex Hungariæ Auſtriacis religionis libertatem permittit. 21. Martii.

Anno 1609. Rodolphus Imperator literas Maieſtaticas, quas ſic vocãt, Bohemis 13. Iulii, Sileſiis, 26. Auguſti impertit: quibus de religionis libertatè vtriuſq; cauet.

Anno 1609. Ferdinandus Medices Florentiæ Dux obiit menſe Martio.

Anno 1609. Legati præcipuorum Germaniæ Principum & ſtatuum vnitorum, quorum caput erat Princeps Chriſtianus Anhaldinus, Pragæ ad Imperatorem grauiter conqueruntur de mala Reipub. adminiſtratione: rogant vt Imperator officii ſui rationem habeat: ni faciat, prædicunt euentura eſſe ea, quæ paulo poſt euenerunt.

An. 1609. Ludouicus Cõbourſius, Dominus du Terrail capite plectitur Geneuæ 20. Aprilis, quod petardo eam nocte inuadere deſtinaſſet & dedere Sabaudo. Socius eius Baſtidius Burdegallenſis, laqueo ſuffocatus biduo poſt.

Anno 1609. Duella prohibentur in Gallia edicto Regio mire rigido, & pœnis incredibilibus 26. Iunii.

Anno 1609. 25. Auguſti Henrico IV. Galliarum Regi, Medicæa ſua enititur filiolam.

An. 1609. menſe Auguſti venit Romam legatio Perſica ad ſummum Pontificem. qui decreuit pro ſuo erga infidelium ad Deum conuerſionem zelo, vt in religioſorum ordinum ſtudiis, eſſent Hebraicæ, Arabicæ, Græcę latinæque linguarum profeſſores.

An. 1609. Maximilianus de Bethune ſummus Theſaurarius Galliæ, comparata a Niuernenſi Principe, in agro

Biturigum, Dynastia, eam adsensu Regis non paruacuitate decorare intendit, diuisaq; struendis ædificiis arearum superficie, omnes Galliæ Quæstores precibus eo inducit, vt ibidem domum vnam exstruant.

An. 1609. Petrus Areas Bordæus Hispanus, Augustinianus, S. Theologiæ Professor publicus, & Franciscus Gairaldus Consiliarius & Magistratus Præsidialis in Senatu Tolosano, capitis subeunt supplicium quod tacti lenociniis Violantæ Castellanæ, peregrinæ Lusitanæ, cui vterq; antea consueuerat, maritum eius, quem ipsi conciliarant, per sicarios sustulerant, quod is in patriam concesserat cum vxore; atque ita reis copiam eius subduxerat.

An. 1609. nouellæ aliquot Academiæ exortæ sunt Parisiis; non vbi artibus ac linguis litaretur, sed vbi iuuentus alea luderet, patriasque opes deperderet. Ita autem vocabantur domus, vbi publice priuatimq; conueniebant Aduocatorum, Vsurariorum, Mercatorum, nedum Nobilium filii. eæ nundinarum tempore adeo care conducebantur, vt pro vna soluerentur 1400. Franci per 15. dies quibus durabat mercatus in suburbio S. Germani. Ludebatur ibi tantum aurea moneta. sed & in eis ædibus erant cubilia interiora quæ locarentur in horas vno epistoleto.

An. 1610. Bellum Alsaticum ardet: in quo Dachsteniũ, Motsiga & Moltzhemium occupantur à Principib. vnitis.

An. 1610. Pragæ conueniunt Electores, Moguntinus, Colonienſis, Saxo: Princeps item Brunsuicensis, & Ludouicus ac Philippus Landgrauii; itẽq; Maximilianus & Ferdinandus Archiduces Austriæ: reconciliaturi Matthiam Regem Imperatori, & motus Iuliacenses composituri.

An. 1610. In Austria religionis exercitium quarto etiam seu plebeio statui à Rege Matthia permittitur mẽse Martio.

Anno 1610. Circa initium Maii Christianus Princeps Anhaltinus, a Rege Galliæ secundum iam in Hollandiam adueniens, cum Dusseldorpium inde profecturus esset, incredibili celeritate, vna cum Henrico Friderico Nassouio, Leopoldi Archiducis copias ad Mosam oppressit: victorq; à Marco-

Marcoduranis primum, deinde à Principibus Dusseldorpii honorifice fuit exceptus.

An. 1610. 14. Maii St. N. Henricus IV. Galliarum Rex a ficario patricidialiter trucidatur, velut alter Philippus Macedo in altissimo gaudio Lutetiæ, postridie coronationis Mariæ vxoris.

Anno 1610. Iacobus Rex Britanniarum, audita morte Henrici IV. Galliarum Regis, edictum publicat 2. Iunii, quo iubentur primum omnes religionis Catholicæ Romanæ cedere Londino ante vltimum Iunii & redire ad possessiones suas, neq; vnquam comparere intra decẽ milliaria eorum locorũ, vbi Rex, vxor eius filiusve maior natu versabuntur. II. Ne iidem arma vlla retineant in ædibus suis, præter gladios. III. vt ante 4. diem Iulii excedant Anglia, Iesuitæ, Presbyteri, Monachi, cuiuscunque Ordinis, sub pœna vitæ. IV. Vt Episcopi Magistratusque dent operam vt vniuersi Religionis Romanæ subditi præstent iuramentum fidelitatis.

An. 1610. Ludouicus, Henrici IV Galliarum Regis filius, anno 9. ætat. Rex Galliæ declaratur, summa regni procuratione ad Mariam Reginam viduam delata.

Anno 1610. Hoc anno plurima à Pontificiis scripta in Gallos sunt edita, quib. Iesuitæ cædis regiæ rei postulantur.

Anno 1610. Christianus II. Elector Saxoniæ certis conditionibus feudum Ducatus Iuliacensis pro se & tota domo Saxonica accipit ab Imperatore 7. Iul. Pragæ.

Anno 1610. Carolus Borbonius, Princeps Condæus post mortem Regis Henrici IV. Galliarum, Mediolano discedit, reditq; Lutetiæ 15. Iulii.

Anno 1610. Iuliacum à Christiano Principe Anhaltino & Mauritio Comite Nassouio sub finem Iulii St. N. obsessum, vltim. Augusti deditionis consilia init. Memorabilis fuit hæc obsidio, non solũ copiarum splendore, & actorum cuniculorum artificio: sed & quod toto illius tẽpore obsidentes nulla vel cœli iniuria, vel morborum violentia, vel victus penuria, vel animorum (quamuis diuer-

Digitized by Google

ſæ gentes, Galli, Angli, Scoti, Belgæ, Germani, ſub vno Imperatore Chriſtiano Principe Anhaltino militarent) diſtractio afflixit: quodque ipſos Principes glorioſiſſimos, duo belli fulmina, Chriſtianum Anhaltinum & Mauritium Naſſouium, nulla incendit æmulatio, neutro alterius gloriam in ſui imminutionem accipiente.

An. 1610. Rex Hiſpaniarum Philippus III. expedit Ducē Feriæ in Galliam, fœderis renouandi cauſſa cum Lodouico XIII. Francorum Rege, venitque Lutetiæ 8. Septembris.

An. 1610. Suſpendio vitam finiunt die Sabbathi quarto Septemb. conuicti crimine læſæ Maieſtatis tres nobiles, Iarrigius Pictauienſis, Chefbobinus natione Scotus, qui 35. annis Pictauii habitauerat, filiuſque eius Champmartinus; qui ſparſis libellis ad res nouas ſollicitarant Pictauienſes, tanquam melius ciuitas regeretur oligarchiæ via, quā nunc monarchica.

An. 1610. ipſis Calendis Nouembr. canonizatur a Paulo V. Pont. Max. Carolus Borromæus ciuis & Archiepiſcopus Mediolanenſis; impellente S. P. Q. eius vrbis, & ſe in eius laudes laxatis effundente habenis.

An. 1610. Lutetiæ 26. Nouembris Parlamentum damnat librum Roberti Bellarmini de poteſtate ſummi Pontificis in temporalibus.

An. 1610. menſe Nouembri Rex Hiſpaniarum potitur Alarchia, firmiſſimo Mauritaniæ propugnaculo; quod Marocci Reges in littore excitarant ex aduerſum columnas Herculis, infeſtum admodum in illa freti anguſtia Hiſpanicę claſſi. accidit iſtud proditione fratris Regis Mauritaniæ. pulſus enim a germano ſuo, acceptis ab Hiſpano 100. aureorum millibus, corrupit auro aliquot cuſtodes, qui Hiſpanicum exercitum aduentantem amice excepere.

Anno 1610. Iohannes Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, mortuo Friderico IV. Electore Palatino, vi teſtamenti a Frider. Electore conditi adminiſtrationem Electoratus Palatini adit: Neoburgico auream bullam fruſtra teſtamentariæ conſtitutioni opponente.

An.

Anno 1610. Duisburgi Cliuorum mens. Septemb. celebratur Synodus Ecclesiarum reformatarum in Ducatu Iuliacensi, Cliuensi, Bergensi.

Anno 1611. mense Decembri in Parlamento Parisiensi pessimè habiti Iesuitæ, ab Vniuersitatis Aduocato Martillerio, & Regio, Seruino: ignorantia, improbitas, impietas eis obiecta, miracula exsibilata: eorum doctrina bella excitata, cæsos Reges. Cumq; se recipi in corpus Vniuersitatis peterent: se idem docturos promiserunt quod Sorbona docet: Senatus causa ad consilium reiecta, pronunciauit, intra præscriptum tempus scripto subsignato declararent, quod hodie ore profiterentur; se doctrinam Sorbonæ amplecti:

Concilium supra Papam esse.

Papæ in temporalibus potestatem nullam esse.

Non licere ei Reges nostros excommunicare.

Nec Sacramento subditos soluere.

Clericos crimen læsæ maiestatis incurrere.

Quæ in confessione ad Rempub. spectantia cognoscuntur, omninò deferenda esse.

Abstinerent interim ab omni actu scholaritatis publicè & priuatim.

Adfuit actioni Condæus, & Episcopi Belluacensis & Laudanensis, Pares Regni.

Anno 1610. Philippus III. expellit Hispania inermes Mauros, dictos Nouos Christianos, deprensa eorum in regnum conspiratione: numerata sunt eiectorum capita ad nouies centena millia. sexaginta millia fauore Francorũ, Agatha vrbe Galliæ Narbonens. traiecere in Africam.

An. 1611. exercit⁹ in Episcopatu Passauiẽsi anno superiore in gratiã Leopoldi Austriaci (vt ferebatur) collectus, prid. Non. Febr. in ipsis Bacchanalibus, conniuente Cæsare, impressione subita & cruenta vrbem minorem Pragensem, Duce Philippo Ramæo Belga occupat. Contra Ordines regni veterem vrbem firmo præsidio muniunt, vim hostilem actiter repellunt, tandemq; Passauienses minori

Praga excedere cogunt. Cumque in his turbis omnia ipsis suspecta essent, Matthiam Hungariæ Regem in auxilium aduocant, eundemque declaratum Bohemiæ Regem, viuente adhuc & publicæ tranquillitatis causa assensum præbente Augusto Rege Rudolpho, solenni Coronatione inaugurant. 3. Idus Maii.

An. 1611. Coloniæ Reformati duriter tractantur: multi vrbe eiiciuntur: pecunia plurimi mulctantur.

An. 1611. Pacificatio domus Saxonicæ & Brandeburgicæ in causa successionis Juliacensis Inttreboci facta, 18. Martii.

Anno 1611. In Senatu Aquensi in Gallia Gaufridus quidam Sacerdos, infinitis adulteriis, & magicæ artis longo nefarioq; vsu inquinatissimus, condigno affectus supplicio, prolata in eum sententia vltimo Aprilis.

Anno 1611. Bellum Danicum & Suecicum ardet: in quo Calmaria Dano prodita.

Anno 1611. Vilnæ in Lithuania, Jesuita Scarga classicum canente, 2. Julii St. N. Pontificii cœtum Protestantium inuadunt, Crosnouicium Theologiæ Doctorem ex æditiore templi loco præcipitem agunt, in quo præcipitio ille & ctus fregit, & totum corpus miserè labefactauit. Rectorem Scholæ & alios verbi ministros ita tractant, vt se miuiui è cœtu efferrentur.

Anno 1611. 2. Junii stilo nouo expugnatur à Polo Smolensko Moscouiæ vrbs princeps, post duorum ferè annorum obsidionem, in qua volunt occubuisse Moscouitarum bis centena millia. Ductus in Poloniam Chutsqui impius Demetrii percussor, imperiiq; raptor.

Anno 1611. Sigismundus Rex Poloniæ Smolensko occupat: Vilnam ingreditur victor. 24. Iulii St. N.

Anno 1611. Johannes Comes Palatinus Rheni, Administrator Electoralis Palatinatus, confirmatur ab Imperatore in possessorio, dum aliter vel lege vel transactione res componatur 30. Julii St. N. Pragæ.

Anno 1611. Rotemburgi ad Tubarim Principes vniti con-

congregantur mense Augusto. Mittit & eo legatos suos Cæsar.

Anno 1611. Matthias Rex Hungariæ & Bohemiæ literas Maiestaticas, Bohemis & Silesiis ab Imperat. Rudolpho datas, confirmat. Vi huius confirmationis Vratislauiæ 24. Octobr. St. N. in concilio Principum & statuum Augustanæ Confessionis ciuibus vrbis Nissensis (quæ Episcopi sedes est) permissum, vt ministros Euangelicos vocent, & sacro cultui in priuatis ædibus vacent, vsq; dum templum in suburbio ædificetur: promissa etiam defensio aduersus Episcopum, si quid contra moliatur.

Anno 1611. Norinbergæ Electores Imperii mense Octobri de salute Imperii consultant, missisq; Legatis Pragam, Cæsarem officii commonefaciunt.

Anno 1611. Salmuri in Gallia conuentus reformatarum Ecclesiarum celebratur.

Anno 1611. Andreas Meluinus Scotus ad petitionem Ducis Bullionæi liberatur è custodia Londinensi, & fit Professor Theologiæ Sedani.

Anno 1611. Philippus Mornayus, Plessiaci Marliani Dominus edit librum, quem inscripsit *Mysterium iniquitatis*, siue, *Papatus historiam*: qui à Sorbona statim Parisiis damnatur.

Anno 1611. sub initium Nouembris obiit Margaretha Austriaca, vxor Philippi III. Hispaniarum Reges.

Anno 1611. Aquenses, mense Julio Jesuitarum Collegium inuadunt: claues vrbis ad se recipiunt: eligunt ex ciuibus qui vices Magistratus tantisper subeant, dum aliter Reipub. prospiciatur.

Anno 1611. Sigismundus Rex Poloniæ Joh. Sigismundo Electori Brandeburgico, & Joh. Georgio, Ernesto, & Christiano Wilhelmo fratribus, eorundemque posteris masculis ius feudi Ducatus Borussiæ solenniter confert: Elector ipso suo nomine, fratrum verò ipsius nomine. Abrahamo Burggranio & Barone à Dhona, iuramentum fidelitatis Regi præstantibus Warsauiæ 17. Nouembr.

Anno 1611. 17. Nouembris obiit Dux Aurelianenſis, frater Ludouici XIII. regis Galliarum, adhuc puer: cum paulo prius obiiſſet Dux Mainius, nempe 3. Octobris: eo inſignis, quod nulla bellorum ciuilium, quæ gerebat, aut temporum difficultate adduci potuerit, vt pateretur regnum, cuius magnam regebat partem, diuelli in dominationes Ducatusq; minores.

Anno 1611. Antonius Lalaignius Gulielmi ex Maria Chriſtiana Egmontia filius, Hoogſtrati Comes, duxit Mariam Margaretham Barlamontiam.

Anno 1611. Parmæ in Italia detecta nobilium quorundam in Ducem, vxorem, Principisq; filium coniuratio. ſumptum de perduellibus ſupplicium, bonis fiſco adiudicatis.

Anno 1612. Ludouicus XIII. Galliarum Rex ſponſalia iniit cum Anna Maria infante Hiſpaniarum; viciſſimq; Hiſpaniæ Princeps deſponſatur Ludouici Germanæ ſorori. Delecti ad nuptiales ritus, è Gallia Dux Mainius, ex Hiſpania Dux Paſtranus.

Anno 1612. menſe Martio obiit Vincentius Gonzaga Dux Mantuæ: & mox acerbo funere patrem ſequuntur liberi ſuperſtites. ex his Dux Franciſcus diem clauſit 22. Decembris, relicta vxore, filia Sabaudiæ Ducis grauida. Mater eius mortua erat 1610. 10. Septemb. de domo Medicæa.

Anno 1612. menſe Maio renuntiatur Francfurti ab Electorib. omnibus Imperator Auguſtus Matthias Auſtrius, Bohemiæ iam antea & Vngariæ Rex.

Anno 1612. 16. Iulii St. N. obiit diem ſuum Leonardus Donatus Dux Venetiarum, anno Ducatus 6. ſupra totidem menſes. Electus ſucceſſor Antonius Memmius 24. eiuſdem menſis.

Anno 1612. Comes Sueſſionum Borbonii ſanguinis Princeps obiit die 1. Nouembr.

Anno 1612. ſub initium Septembris rediit vna nauium quæ tertiam, ad Aquilonem ſupra nouam Zemblam, inſtituc-

ſtituerat nauigationem. Scilicet, quamuis omnibus conſtaret iis in locis nullum exoriri hyeme Solem; reliquo autem tempore terram ipſam obliquioribus illuſtrare radiis; non pauci tamẽ homines, inducti argumentis Petri Plancii Belgæ, & Heliſæi Roslinii Germani, inſtare apud Ordines rerumq; matitimarum præfectos, vt ſibi liceret tertio tentare fortunam. Eo impetrato, veris ſtatim in infantia, Texelia ſoluerunt, ne à glacie, magnorum fluuiorum oſtiis exeunte per æſtatem impedirentur. Verum vt peruentum fuit ad Oceanum Septentrionaliorem, mare & ibi præter opinionem inuenere prorſus glaciatum. Quare nihil geſto memorabile, volentes nolentes, nouæ Zemblæ littora legere, indeque accepto non leui detrimento Childûnam Lappiæ inſulam petere reſarciendæ ruinæ cauſa coacti ſunt. Inde rurſus digreſſi hibernatum ad Nouæ Franciæ littora profecti ſunt, vbi quidam eorum præfectus cum in terram deſcendiſſet, barbarorum ſagittis vnà cum aliis quinque confectus eſt.

Præter Hollandos Angli quoque multo iam tempore laborarunt in inueſtigando ad Occidentem, Chinam atque Japponiam verſus tranſitu ſiue freto, idque relicto ad ſiniſtram ſeptentrionali Americæ littore, occupataque iam illic & coloniis inſeſſa Virginia, Viam vero quam eorum plerique in freto iſto indagando ingreſſi ſunt, ſecutus fuit ſuperioribus annis etiam Georgius Vinvodus, qui in freto iſto ſurſum deorſum vagatus, cum inuenire tranſitum glacie impeditus non poſſet, & vero vulgus nauticum itineris moleſtia iam pene attritum eſſet, pedem re infecta retulit. Inde Henricus Hudſonus in quærendo ſupra nouam Zemblam tranſitu operam itidem impendens, cum ad ortum nihil profeciſſet, ad occaſum recta deflexit, denuo tentaturus illum à Vinvodo quæſitum delineatumque meatum, poſt centum plus minus leucarum anguſtias, in amplum tandem pelagus deſineatem, quod peruium quidem fore fruſtra ſperauerat. Cæterum cumne hoc quidem itinere quic-

quam memoria dignum gessisset, anno supra millesimum sexcentesimum decimo à popularibus suis iterum emissus est, vbi secutus illum à Georgio Vinvodo sibi calcatum ex parte tramitem, post multas tandem molestias fretum istud superauit, & ad gradus quinquaginta pauloque amplius progressus est. Atque hic demum, cum alioqui nullos toto itinere obuios vsquam habuisset homines, accessit ad eum vir quidam, bestiam aliquam & nescio quid præterea in commeatum afferens, pugione Mexicano siue Japponensi accinctus, vnde se non procul à terris Mexicanis abesse illico suspicatus est. Vir autem ille parum comiter tunc exceptus, nunquam postea rediit. Quare Angli cum præter octimestrem illum, quem secum aduexerant commeatum, nihil aliunde nanciscerentur, è sinu quem ingressi erant, occidentale legentes littus. Septentrionem versus ad gradus sexaginta duos & tres excurrerunt, vbi & mare inuenerunt late diffusum, & grandiores à vento impulsos fluctus. Hudsonus igitur & Senatus nauticus amplius procedendum, transitumque ibi inquirendum putarunt, sed refragantes nauales socii, quod bimestri iam spacio, vltra quam de annona prospectum esset, domo abfuissent, in præfectos tandem suos insurrexerunt, Hudsonumque vna cum suis in scapham expoluerunt, marisque fluctibus, quo vellent rapiendos permiserunt, ipsi verò qua venerant naui domum reuersi sunt, vbi in carcerem eam ob causam compacti, tantisper asseruantur, donec inueniatur præfectus, quem requirere iussæ sunt tres naues, quas serenissimus Valliæ Princeps & Mercatores Angli postmodum emiserunt, transitum plenè perlustraturas, nunciumq; de eo optatum domum tandem relaturas, qui indies quidem iam expectatur.

Anno 1612. die 1. Maii Legatio Belgica Ordinum Fœderatorum Constantinopoli admissa fuit apud Sultanum. quæ quoniam solenniter admodum excepta fuit, libet

heic prolixius rem totam ob oculos ponere; quei omnibus conſtet qua pompa Turca legatos exteros honorare ſoleat. Scilicet Batauicæ Vnionis Ordines, cum à piratis Turcicis damni non parum nauibus ſuis illatum hactenus, & multos ex ſuis captiuos detineri in regionibus Turcicis cognoſcerent, vt propulſo à ſe omni periculo, & tutum nauibus ſuis commeatum præſtarent, & libertatem captiuis compararent, fœdus cum Sultano Turcico inire decreuerunt, ablegato ad eum Cornelio Haga, qui non ſolum legationis iſtud munus lubens in ſe recepit, ſed ita etiam perfecit, vt laudem inde ſibi, & emolumentum confœderatis Prouinciis maximum acquiſierit & comparatit. Decreuerat ille ab Hollandia digreſſus, per Hungariam iter facere, cum vero remoras ſibi ab aliquibus Romano Pontifici & Hiſpaniarum Regi addictis obiectas cerneret, variis vti ambagibus coactus eſt. Incidit autem primo in manus Ferdinandi Archiducis, qui & examinari eum & abſterreri à propoſito modis omnibus fruſtra curauit. Inde in mari variè iactatus, ſuperatis tandem & exantlatis laboribus periculisque plurimis Conſtantinopolim poſt ſemeſtre iter aduenit, & 1. Maii die ad Sultanum Turcicum admiſſus eſt. Adducebant eum in aulam Aga Spachiorum & Chiauſiorum Baſſa, qui ſunt Equitum & Nobilium Aulicorum Præfecti, nobiles ſecum Equites centum plus minus habentes, quæ potentiſſimorum Regum & Principum legatos in aulam adducendi ratio eſt. Ipſe verò legatus ad comitatum ſuum, Belgas & Hollandos aliquot, qui cum nauibus quibuſdam in portu, commercia exercendi gratia tum fortè hærebant, itemque familiares quoſdam alios, in vrbe habitantes adiunxerat. Chiauſiorum Baſſa equum ei ſuum præſtantiſſimum, quo ipſemet plerunque vehi ſolet, honoris & amoris ergo conceſſerat, eratq; equus iſte ephippio & phaleris precioſiſſimis, in quibus Turcæ potentiam & Maieſtatem ſuam oſtentare præ cæteris nationi-

bus ſolent, elegantiſſimè exornatus, Sicque nobilib iſtis Turcis, qui bini & bini habitu ex panno Attalico holoſerico conſtante induti, equites incedebant; Janitſaris item & miniſtris eorum peditibus, cum duobu Dragomannis ſiue interpretibus, qui & ipſi equis vehebantur, præmiſſis, ipſe deinde legatus, inter Agam Spathiorum & Chiauſiorum Baſſam intermedius, ad aulam Sultani, accurrente & inſpectante ingenti hominum multitudine vectus eſt. Vt peruentum autem ad primam portam eſt, Chiauſiorum Baſſa deſerto legato, paululum vt de aduentu eius Baſſas reliquos certiores faceret, præcurrit, erantque in porta illa conſtituti ad ſexaginta Capitſirii, qui portitores ſunt, excubias ibi ſub peculiari præfecto agentes. Ad alteram portam vt peruentum, legatus equo deſcendit, pedibusque porro progreſſus eſt, ſub brachiis eum comprehendente & ducente Peichiſorum Baſſa, ſeu eorum qui à pedibus Sultano ſunt præfecti, cuius officium eſt, munera Imperatori Turcico repræſentare. Ad portam iſtam excubitores centum, cum quatuor præfectis excubias agentes conſiſtebant, Sub ipſa porta trecenti circiter Sub Baſſæ verſabantur, qui Janitſarorum præfecti ſunt, criſtas præaltas candidas inſtar pauonum in pileis geſtantes, Ad iſtam autem portam equis deſcendunt, & pedites in Senaculum porro proficiſcuntur, vbi omnes Baſſæ, vna cum ſupremo Vetzire, perſonam Imperatoris ſui repræſentante, quatuor per ſingulas ſeptimanas diebus conuenientes cognoſcendis cauſis variis, rebusque imperii conſtituendis operam dare conſueuerunt. Poſtquam per hanc portam tranſierant, ſtabat ſub porticu columnis marmoreis conſpicua ab altera parte Aga Janitſarorum ſeu peditum per vniuerſum imperium, cum decem millibus Janitſaris, ab altera parte Spachiorum Aga ſeu Magiſter Equitum, cum bis mille Equitibus conſiſtebant, inclinato omnes capite prætereuntem Legatum ſalutantes, & honorem ei vſitato ipſis more declarantes. Eo autem loco,

co, Legatus, à Chiaia seu tribuno Capitsirorum siue excubitorum, & à Chiaussiorum Bassa, magnæ auctoritatis & potentiæ viris, quam humanissimè exceptus in Senaculum porro ducebatur, ipsis eum præcedentibus & baculum oblongum argenteum inauratum manu gestantibus, qui honor quidem maximus est, quem in aula ista peregrinis exhibere solent. Sedebat in Senaculo isto Cachimachan cum omnibus Bassis, primariisque Proceribus & Senatoribus Imperatoris Turcici, è regione Cachimachanis, sedes pro Legato constituta erat, à dextris eius (qui locus inferior Turcis habetur) sedebant Mahometes Bassa, Admiralis siue Præfectus maris vxorem habens maiorem natu Sultani sororem, Josephus Bassa, Cheliles Bassa, & Nisantes Bassa, vxorem habens sanguine Sultano quam proximè iunctam, cuius officium est, nomen Sultani edictis quibusque subscribere. A sinistris Cachimanis benè longo ab eo interuallo, duo Cadilesii siue supremi totius Imperii iudices, & iuxta eos in peculiari subsellio supremus Thesaurarius, qui & ipse Vetziris est sedebant, trecentis circiter Secretariis & Scribis Prouincialibus, in peculiari quodam conclaui sedentibus. Post habitos inuicem cum Bassis sermones varios, mensæ rotundæ argenteæ quatuor allatæ & vna coram Cachimachane & legato, altera coram Bassis reliquis, tertia coram Cadilesiis, quarta vero coram Nisante Bassa dispositæ sunt, ferculis dapibusque variis appositis, vbi Legatus quidem cum Cachimachane cibum simul ex valis porcellinis & aureis ceperunt, Sorbetta ipsis sub prandii medium, qui potus est ex aqua & saccharo, Lemoniorum liquore & ambra moscoque admixtis confectus, in poculis aureis (cum potu alioqui parcissime Turcæ vtantur, vino verò plane abstineant) ministrata. Mensæ Mutpates Eminius, Culinæ Imperatoris præfectus, qui ministros sibi subiectos bis mille & amplius habet, ipsemet ministrabat, aderantque prægustatores & pocillatores centum & am-

plius, panno attalico inaurato omnes elegantissime induti, ex quibus Begæ postmodum, hoc est vrbium Præfecti & Barones eliguntur, Cachimachan Legato ex singulis patinis optimum quodque proponi curabat. Interim verò nobilibus etiam eorumque ministris, Janitsaris item & Spachiis eorumque ministris fercula ad trecenta, sub porticu siue circuitu quodam apponebantur, tantoque cum apparatu omnia peragebantur, vt sex florenorum millia in prandio isto, quemadmodum ex thesaurarii rationibus colligere erat, insumpta fuerint. Finito prandio, quod ad horam ferè integram protractum fuit, legatus statim surrexit, salutatisque more ipsis vsitato Bassis & proceribus omnibus, Senaculo egressus est, ad locum vbi Sultanum conueniret porro processurus. Præstolabantur autem eum coram Senaculo Præfecti excubitorum & Chiaussiorum Bassa, comitatum secum trecentorum Capitsiriorum & quingentorum Chiaussiorum habentes, qui omnes aduentum eius auide expectabant. A sinistris Cancellarius Regni sedebat cum centum Secretariis siue Scribis, qui omnes legato assurgebant. Accedebat autem statim Peichesiorum Subbassa, honorificeque exceptum eum, manu ad tapetibus precioſissimis condecoratum subsellium ducebat. Aderat mox Chasnaderes Bassa, vestimenta quatuordecim, Turcico more ex panno attalico siue aurato confecta afferens, quæ Legato eiusque sociis ministri Thesaurarii induebant. Postmodo Cachimachan cum omnibus Vetziriis Bassis, pulchro ordine ad conclaue, in quo Legatum auditurus Imperator consederat processerunt. Hos legatus salutatos cum comitatu suo ad portam Palatii vsque secutus est, vbi sub porticu columnis marmoreis superimposita & marmore item constrata, ab vna parte ducenti prægustatores vna cum Tsesnegriorum Bassa, ab altera verò parte centum Eunuchi siue cubicularii Imperatoris, qui in magna sunt auctoritate, vestitu attalico candido induti consistebant, Munera autem Sultano

tano offerenda, à diuerſis Capitſiriis ſiue excubitoribus, quorum ſinguli ſingula augendæ dignitatis ſiue oſtentationis potius gratia more Turcis vſitato præferri ſolent, geſtabantur. In veſtibulo Palatii duodecim Capitſiriorum Baſſæ ſeu præfecti excubitorum erant, baculos argenteos & inauratos manibus tenentes, qui bini legatum primo ipſum, deinde Dragomannum ſiue Interpretem reliquoſque ſocios eius, ſub brachiis apprehenſos ad Imperatorem, manus eius deoſculaturos duxerunt, qui ſub precioſiſſimo tentorio, quod quatuor columnis marmoreis nonnihil à pauimento eleuatum inſiſtebat, eratq; tapetibus attalicis ſiue inauratis, gemmis & margaritis tam copioſis nitentibus, vt cœlum ſtellatum æmularentur, conſtratum, in eleuato maximeque conſpicuo ſolio ſedebat, thecam calamariam multis gemmis nitentem iuxta ſe poſitam habens, eratque conclaue ipſum præſtantiſſimis vndique tapetibus conſtratum ratique artificii opere tam pulchre exornatum, vt ad millies millena Scutatorum Hungaricorum millia precium eius æſtimaretur. Poſtquam ad Sultanum legatus veniſſet, Baſſa quidam Capitſiriorum extremitatem veſtimenti eius nonnihil eleuauit, quam Legatus flexis genibus deoſculatus eſt, cumque honorem ei conſuetum exhibuiſſet, accedentes ſtatim duo Capitſiriorum Baſſæ, eum retrorſum ad parietem, in quo ſedes puluinaribus & tapetibus elegantiſſime pro Legato parata cernebatur, duxerunt. Cum verò moris non ſit, vt Legati in aula iſta ſedeant, Baſſæ iſti iuxta eum ſubſtiterunt, donec Interpres eius itidem ad Imperatorem, & ab eo retrorſum ad Legatum duceretur, quem duodecim illi, quos ſecum Legatus habebat nobiles, ordine ſecuti ſunt. Lectus eſt deinde coram Sultano à Cachimachane ſeu primo Vetziere libellus ſupplex, quo petebatur vt aures legato præbere beneuolas ne grauaretur. Habita eſt poſtmodum à Legato latino

ſermone oratio, quam Interpres Turcico idiomate repetiit, cumque deſcriptam eam vna cum traditis ſibi ab Ordinibus literis in ſacculo ex panno aurato conſtante Cachimachani obtuliſſet, ſalutato Imperatore retrogreſſus ex palatio, cum omnibus ſuis Legatus abiit, nec Imperatore nec Baſſarum aliquo verbum vllum, more in aula iſta recepto, facientibus. Tranſiens itaque per infinitam aulicorum & ſpectatorum multitudinem, ſalutando ab vtraque parte Janitſarorum Spachiorumque Agam, ab eiſque ſalutem iterum accipiendo, ad portam vſque proceſſit, vbi admiratione dignum eſt, quod in aula iſta quotieſcunque vel conſilia habentur, vel iudicia exercentur, (quod quidem quater ſingulis ſeptimanis fieri ſolet) ad triginta hominum millia qui omnes in miniſterio Sultani ſunt conueniant, & Baſſis tam quieti tacitique adſiſtant, vt muta idola & ſtatuæ quaſi eſſe videantur. Cæterum vt equum iterum conſcendit Legatus, ad latus nonnihil, more conſueto ſeductus eſt, vt aulam Imperatoris Turcici rectius perluſtrare poſſet, vbi in honorem eius, & ad magnificentiam potentiamque Imperatoris oſtentandam, omnes primo Janitſari, quorum ad decem millia numerabantur, inermes præterire coacti ſunt, ſequentibus eos quingentis Solachiis & Bulugbaſſis, quadringentis item Subbaſſis & miniſtris proceribuſque magno numero aliis, qui cum præteriiſſent, Legatus tandem ad hoſpitium ſuum vectus eſt, duobus Peicheſiis, qui ſoli Sultano à pedibus ſunt, honoris ergo, præter comitatum alium ei adiunctis. Ingens autem ex amicitia iſta & confœderatione cum Sultano facta inter Turcas lætitia exorta eſt, viſique ſunt triumphum ferè omnes agere, & mox ab eo die ſermones tam de captiuis Hollandis dimittendis, quam de commerciis cum eis exercendis varii habiti & ſparſi ſunt, miſſis ſtatim in Africam & Mauritaniam ab Imperatore mandatis, quibus & pacem cum Hollandis ſeruare, & pro amicis Sultani eos

ni eos impoſterum habere omnes iubebantur. Cæterum conſtituta cum Turcis pace, tractatio omnis deſcripta & iureiurando à Sultano confirmata eſt, traditis ſexto Julii die Legato, quas iam ante perlegerat & ad placitum ſuum conformarat, literis, quibus ampliſſima Hollandis & maiora quam vel Gallis, vel Anglis, vel Venetis olim data fuerunt, priuilegia conceſſa ſunt, mancipiis ſimul etiam Hollandis abſque vlla numeratæ pro eis pecuniæ refuſione, in libertatem adſertis atque reſtitutis.

De tota hac tractatione miſſæ ſunt poſtmodum, Sultani Turcici, itemque Cachimachanis & aliorum Baſſarum nomine ad Comitem Mauritium & vnitarum prouinciarum Ordines literæ, quibus & ob ſtudium illud ineundæ cum domo Ottomannica cõſœderationis commendantur, & vt illud inuiolatum ſemper conſeruent monentur, addita breui commoditatis quæ ad eos inde peruentura ſit commemoratione, & Legati, quem relinqui in aula ſua, Oratoris ordinarii nomine, Sultanus cupiat, ob benè adminiſtratam prouinciam, & peractum rite legationis munus, honorifica commendatione. Cæterum munera Sultano ab Ordinibus per Legatum oblata, tres Paradiſi, quas vocant, volucres, quarum precium ad duo Joachimicorum millia æſtimatum eſt; duo pocula cryſtallina; quatuor pocula ex piſcium oſſibus artificioſe cælata; quadraginta panni attalici varii coloris; quinque panni holoſerici; quinque panni Damaſceni; quinque panni Serico-bombycini vndulati, & totidem non vndulati; baculus Elephantinus miro artificio cælatus; Pſittacus Cryſtallo tam exquiſito artificio incluſus, vt eius nullibi appareret ingreſſus; & mantilia aliquot vndulata floribusque eleganter intertextis picta fuerunt, quæ omnia Sultanus magna cum admiratione accepit, & gratiſſima habuit.

Anno 1612. 21. Auguſti Northuſium Thuringiæ op-

pidum ingenti incendio fortuito nocte orto, totum pene deletum fuit; vento ei præbente vires.

An. 1612. 11. Septembris Colonienſium legati impetrarunt Pragæ à Cæſarea Maieſtate edictum, quo ſeuerè interdicitur Mulhemenſibus ne pergant in exædificando oppido. item iubetur Wolfgangus Gulielmus Comes Palatinus abrogare vectigal nouum in Rheni flumine ab ipſo exercitum.

An. 1612. menſe Septembri regis Poloni exercitus multitudo, inita, ob non ſoluta ſibi conuenienti tempore ſtipendia, confœderatione, ex Moſcouia in Poloniam reuerſa, officinas monetarias, tolonia & Salinarias domos, nec non præfecturas aliquot inuaſerunt, & retinere omnino quoad ſolutionem plenariam acciperent, ſtatuerunt, hoſtiles inſuper literas ad vrbes & oppida mittentes, & pecuniam non exiguam à nobilib. paſſim & plebeis exigentes.

Anno 1612. Sub finem Septembris atrox habitum fuit prælium inter Polonos & Moſcos, nõ procul à Moſcua ciuitate; vbi fortuna fauit Moſcis. Exinde etiam Moſcorum plurimi, q ad Sigiſmundum regem deſciuerant; cum viderent eum potius in hoc eſſe vt Moſcos in ſeruitutem redigeret domitos, quàm ipſis filium ſuum præficeret Regem, ad Suecorum partes tranſiere, regis Caroli filium, Carolum itidem dictum, in magnum Ducem expetentes, moti inter alia & hac ratione, quod duos principatus, cum munitiſſima arce Ivanogrodo in Suecorum iam poteſtate eſſe ſcirent, qui mente Moſcorum cognita, ſigna ſua vlterius proferre modis omnibus adlaborarunt.

An. 1612. initio Octobris funus factum fuit Pragæ Rudolpho II. ſepultusq; eſt in templo S. Viti: præſentibus Matthia Imp. Auguſto, Maximiliano Archiduce Auſtriæ, Landgrauio Leuchtenbergio, & Ambroſio Spinola, aurei Velleris honore inſignitis. Funus ipſum delatum eſt in templum humeris Camerariorum Cæſareanorum; niſi, quod & Henricus Julius Dux Brunſuicenſis operam ſuam eidem impendit.

Anno

Anno 1612. 4. Octobris Ioachimus Ernestus Marchio Brandeburgicus nuptias celebrauit Onoltzbaci cum Sophia de stirpe Comitum Solmensium.

An. 1612. 6. Octob. Dani summo mane aëre nebuloso, inopinatè aggressi sunt classem 20. onerariarum nauium hærentem in portu & circa portum Trauæ Lubecensium, soluendam mox in Sueciam. quam certè haud difficulter omnem auertissent in Daniam, milite omni & nauta hærente in vrbe; nisi ad primum rumorem inusitata alacritate oppido prorupissent, & vi Danos cedere coëgissent. Ex iis sub finem Octobris naues nouem abiere in Sueciam, totidemq; initio Nouembris.

Anno 1612. 16. Octobris aduenit Pragam legatio Persica, cum defuncti Cæsaris Rudolphi legato, ante quinquennium in Persiam misso. Fuerant initio numero octoginta circiter; sed plerisque in itinere defunctis vix supererant 14. Petebant maximè vt Imp. Matthias bellum perseueraret contra Turcam; aut etiam cogendum Persam ad fœdus. Admissa fuit legatio 21. Octobr. eodemque item tempore audita legatio Moscouica, quæ à Cæsare Ducem sibi dari expetebat.

An. 1612. 29. Octob. vento secundo appulit in Angliã Fridericus V. Elector Palatinus, sexdecim annorũ adolescens, petiturus in matrimonium Jacobi Regis filiam vnicam, eiusdem cum ipso ætatis. diuertit autem in Essexii Comitis aulam.

Anno 1612. sub initium Nouembris appulit feliciter in Hispaniam classis Americana, cum thesauro vndecim millionum. Aduenerat eodem quoque tempore Vlyssibonam classis Lusitanica ex India Orientali, sed ferè vacua, quod iustum onus accipere non potuerat Goæ, & superioti anno nauis vna capacissima è China redux, cum duobus hominum millibus submersa fuisset, iactura cuius æstimabatur quatuor auri millionibus.

An. 1612. 7. Nouembr. horam circiter 4. matutinam

Bielsfeldia Marchię Comitatus oppidum terræmotu concussa fuit, sono emergente è terra non dissimili bombardarum: qui rursus exauditus fuit 9. Nouembris sub horam vespertinam 9. subsequente tremore tanto vt tota ciuitas deformaretur ædificiorum ruinis. Incubuit idem malum & aliquot Westphaliæ vicinis locis, præcipuè Sparenbergi.

Anno 1612. Fridericus Henricus, Primogenitus Britanniarum Regis filius, regni futurus hæres summæq; exspectationis iuuenis; vt ostenderet mortem æquè pulsare regum turres, quemadmodum & vilissimas pauperum tabernas, morbo quodam interno, (Apostema quidam fuisse dicunt) correptus; vitam cum morte 6. Nouembr. horam circiter matutinam octauam commutans, naturaline morbo an vero violento aliquo veneni exhibiti telo extinctus fuerit, dubitandi ansam non paucis reliquit. Ei funus magnificum regiumq; 7. postmodum Decembr. die, comitantibus illud bis mille & amplius personis, habitu lugubri indutis, factum est. Erat processio ista latis luctuosa, præmissis enim centenis aliquot tenuioris fortunæ hominibus, quos vestiri Rex curauerat, tympanistæ & tibicines incedebant, lugubre carmen canentes, Medio loco viginti quatuor Cantores habitu clericali indúti procedebant, cantum itidem funebrem alta voce canentes, Ducebantur sex equi, totidem vexillis præmissis. Sequebantur porro aliqui arma defuncti Principis cum diademate gestantes. Funus ipsum curru nigro à sex equis nigro panno obuelatis vehebatur. Erat aũt corpus defuncti Principis Sarcophagó incluſũ, superimposita ei statua, ex cera ad similitudinem viuentis artificiosè facta & pulcherrimè exornata, diadema inauratum in capite habens, thorace ex panno argenteo candido, intertextis varii coloris floribus, & tunica ex holoserico rubro, aureis lacinis fimbriata, caligis ex holoserico nigro, tibialibus flammeis siue rubris, & niueis calceis induta, nec non tunica talari ex holoserico cæruleo constante pellibusque hermelinis,

melinis, Electoralis instar suffulta amicta. A collo torquis seu catenula aurea pendebat, manu altera chirothecas acu eleganter pictas & gemmis exornatas, altera sceptrum inauratum tenebat. Supra statuam istam siue effigiem Principis, tegmen atro colore infectum, cristisque varii coloris ornatum, sex nobilibus personis gestabatur. Currum proxime defuncti frater, nouem annorum Princeps, itemque Elector Heidelbergensis soli sequebantur. Postmodo Comites aliique proceres longo agmine incedebant. Ducebatur & equus candidus generosissimus, ephippio & phaleris gemmis margaritisque nitentibus ornatus, Principi defuncto à Sabaudiæ Duce dono missus, multis denique nobilibus agmen claudentibus. Rex vero cum Regina, Electorique desponsata Principe, domi sese, more consueto, continuerunt.

Eodem anno, Gallia gemino coniugii vinculo annexa fuit Hispaniæ, Ludouici XIII. Regis Christianissimi cum Anna Maria Hispaniarum Infante; & vicissim Hispaniæ Principis cum Ludouici sorore. Delecti ad sponsalia peragẽda, è Gallia Menius Dux, ex Hispania Paternianæ Dux seu Pastranus. Menius sub Augusti initium Madritum adueniens, munera secum Regis nomine distribuenda, quorum pretium centum millium coronatorum summam excedere æstimatum est, ferens, splendide admodum & magnifice à Rege exceptus est, Duce Lermæo prandium ipsi in hotto parante, in quo fontes aliqui vino per horas aliquot profluere & salire visi sunt. Pacta dotalia in San-Ludouici templo, prædictis duobus Ducibus, Pontificis item, Florentino & aliis Legatis præsentibus, confirmata fuerunt; ea quidem adiecta conditione, vt infans, si eam viduam fieri cõtingat, cum dote sua in Hispaniam iterum reuertatur. Dos autem vtrinque quingentorum millium coronatorum numeratæ pecuniæ, & quinquaginta millium coronatorum ornatus muliebris, cum duobus millibus pensionis annuæ dicta est. Ceterum, pactorum ad Sponsos transmissio dilata, donec & Reges adolescant, &

desponsatæ Reginæ matureſcant viro. Faxit Deus vt fiat bono publico. In Gallia, infinita vis pecuniarum profusa fuit circa ludos ignesque geniales; in Hiſpania proceſſionibus magis certatum & ſupplicationibus. iam enim ea terra nouit, quam res ſit pretioſa aurum & argentum, neque impendenda ſpectaculis inanibus, quæ tantum impleant muliercularum ac puerorum aures oculosque ad paucos dies, imo horas.

Anno 1611. Aquiſgranum 28. Nouemb. Commiſſarii à Cæſare, controuerſiam quæ hactenus inter magiſtratum & ciues interceſſit, compoſituri aduenerunt, quos Conſules & reliqui in muneribus publicis conſtituti, cum duodecim ciuium, & duabus militum vexillationibus, in occurſum eis profecti, honorifice exceperunt. Commiſſionis autem ſuæ articulos ſequentes eis poſtmodum exhibuerunt: Cæſarem nempe Conſules exauctoratos, & Ieſuitas, cognitis eorum querelis, in fidem & clientelam ſuſcepiſſe, nulla igitur impoſterum moleſtia afficiendos iubere. Cæterum cum ſupremus controuerſiæ iſtius Iudex ſit, totam eam à ſenatu & ciuibus ſibi diiudicandam relinqui, reſponſumque de ea ſuum expectari velle, iubere interim, vt officia omnia abrogentur militesque præſidiarii omnes dimittantur, iuſtitiam adminiſtrandi poteſtate Scabinis relicta. Addita erat pœnarum aduerſus inobedientes comminatio, itaque qui magiſtratum hoc tempore gerunt, miſſis ad proteſtantes plerosque Electores & Principes, itemque ad vnitarum Belgii prouinciarum Ordines literis, conſilium ea de re ab ipſis expetierunt; Commiſſariis vero interim factam ab adminiſtratoris Electoratus Palatini Legatis tranſactionem oppoſuerunt.

Anno 1612. Sub finem Decemb. & Ianuarii initium, ingens admodum ventorum tempeſtas extitit, loca paſſim omnia peruadens, & ædificiis nauibusque, arboribus item & hominibus detrimentum maximum inferens. Quibuſdam enim in regionibus & locis ædificia quaſi à

terræmo-

terræmotu concussa ruinam minitabantur, alibi tonitrua audita & fulgura ingentia visa sunt. Ad Olyssiponem naues variarum nationum, Gallicæ nempe, Lusitaniæ, Anglicæ & Hollandicæ sexaginta quatuor submersæ perierunt. Ilendica & Ardenburgum Flandriæ, vndis fere obruta fuerunt. Slusæ mœnia mari obuersa vndis soluta corruerunt. Vlissinga & Gratia incomparabile damnum ab aquis, antemuralibus & munitionibus passim distractis & dissipatis acceperunt. Naues aliquæ Hollandicę ad Amstelrodamum in portu hærentes, quæ ex China & India Orientali aduenerant, cum multis opibus aromatibusque perierunt. In littore maris Gallici ad mille hominum cadauera, qui passim à submersione naulum in mari perierant, totidemque in littoribus Anglicis. In Hollandia vero & in freto Texeliæ mille & ducenta à mari eiecta & sepulta fuerunt. Tempestate hac coacta nauis quædam piratica ad Veram Selandiæ appulit, piratas viginti duos vehens, qui agniti statim comprehensi, & Mittelburgum delati inque crucem acti sunt. Agricola quidam in agro ad Pragam constitutus vento per indignationem maledicere præsumpsit, terra igitur mox eleuatus, & longo internallo abreptus est, colapho ei tam vehementi in aere inflicto, vt vestigium eius ad dies aliquot in facie hæserit, & non aliter quam viuum se in infernum à Cacodæmone abreptum ibi miser putarit.

Anno 1612. subsinẽ Decemb. Comitia Cæsar Ratisbonam indixit, datis ad Ordines Ciuitatesque Imperii in hãc sententiam literis. Postquam, inquit, per diuinam prouidentiam ad Imperialem dignitatem promotus fuerit, id statim (requirente ita officii ratione) agere se & cogitare cœpisse, quomodo communis Germanicæ nationis patria, de consilio & auxilio Electorum Principumque Imperii ad pacem & tranquillitatem perduceretur, iustitia tanquam fundamentum omnis tranquillitatis, qua laborante odia passim & dissidia excitata præparationes-que bellicæ factæ hactenus passim sint, nitori suo restitue-

retur, visitationes Cameræ Imperialis instaurarentur, iudicia & requisitæ reuisiones promouerentur, Adsessorum Camerę numerus & stipendia augerentur, sublata Calendarii differentia & varietate, feriis multiplicibus modus suus statueretur, Calendariique conformitas per vniuersum Imperium constitueretur, controuersiæ omnes componerentur, grauamina tollerentur, & optata per Imperium concordia, exoptatusque, sublata omni diffidentia consensus inter Ordines Imperii constitueretur, atque ita confirmaretur, vt ad resistẽdum coniunctis viribus Christiani nominis hosti iurato, requirente ita forte necessitate parati omnes essent. Cum præsertim aduersus pacem & inducias cum eo pactas, varia iam, Moldauia Valachiaque occupatis, in Transyluania, qua amissa extrema Hungariæ & Imperio pernicies immineat, moliri dicatur, & pace cum Persis facta, in dubium vocare pacis tractationem, controuersiamque de Transyluania Legato suo mouere non dubitet. Vt igitur, si pacem violari ab eo contingat, subsidia & nerui ad gerendum bellum facta, liberali & necessaria contributione in promptu habeantur; Cumque constet quanta sit monetariæ rei confusio, vt illa tandem etiam tollatur, Alboq; Imperiali redintegrato atque completo, rẽs Imperii omnes nitori suo pristino restituantur, comitia quamprimum celebrari necessarium statim Francofurti post electionem & coronationem suam iudicasse, mentemque suam ea de re Electoribus ibi præsentibus eum aperuisse, qui non solum in eandem secum sentẽtiam descenderint, sed etiam probari sibi, vt non Norimbergæ, qui locus in aurea bulla primis comitiis alias destinatus sit, sed Ratisbonæ, cum parcendum sibi hac vice Norimbergenses petierint, comitia ista celebrarentur, postmodum ostenderint. Omnibus igitur Ordinibus & Ciuitatibus significatum imperatumque his literis velle, vt ad 24 Aprilis Anno supra millesimum sexcentesimum decimo tio, Ratisbonæ, absque vllo tamẽ Norimbergensium iudicio compareant, & secum, qui præsentem se ibi

de

decreuerit, de rebus vtilitatem & commodum Imperii concernentibus, consultationem suscipiant, quæque necessaria salutariaque visa fuerint decernant, statuentes omnino siue compareant, siue non, faciendum sibi esse, quod Electoribus, Principibus, Ordinibus & Rebuspub. præsentibus, absentiumque legatis, vtile toti Imperio & necessarium visum fuerit.

Anno 1612. Ablegatus à Cæsare ad Pontificem Bambergensis Episcopus, vltimo Decemb. Romam cum quingentis equis ingressus est. præmittebantur autem primo currus Episcopi triginta sex, sequebantur equites Pontificis 200. incedebant qui à pedibus Episcopo sunt, vehebantur equis ducenti nobiles, ipse Episcopus inter Bondium Hiberniæ Archiepiscopum, & Franciscum Borchesium incedebat, Cardinalibus eum & Prælatis triginta sex sequentibus. Venienti in vrbem Heluetii Pontificis Satellites adfuerunt, cumque castellum San Angeli transiret, frequenti tormentorum displosione exceptus, liberaliterque à Pontifice habitus est.

Reformati interim in Gallia quos Hugonottas vocant, misso ad Reginam Rouerio, ob habitum non ita pridem conuentum suum Saumuri sese excusarunt; querelas simul de grauaminibus quibusdam apud eam deponentes. sed parum tamen profecerunt. præterquam enim quod vulgare ipsis responsum datum est, copiosius à Regina miles conscriptus est; & Proceres quidam loca Regni præcipua Campaniam, Picardiam, Normanniam, Delphinatem, Burgundiam & Rupellam perlustrare ob conceptam de Hugonottis suspicionem iussi sunt.

Anno 1613. Postquam 15. Ianuarii die Comes Hohensollerius, vt conuentui Erfordiæ in causa Iuliacensi à Saxoniæ, Brandenburgensi & Neoburgico Electoribus Principibusque habendo Cæsaris nomine adesset, iter ingressus est, admissi sunt ad Cæsarem Mulheimici Legati, iisque vt sex septimanas quieti sese continerent, dum Cæsar de commoda controuersiam istam componendi ratione co-

gitaret, responsum est. Inde feruor in plerorumque opus Mulhemicum promouentium animis nonnihil remisit; donec 26. Ianuarii literæ à Galliæ Rege ad Possidentes Principes perlatæ sunt, eo quidē sensu: Quod postquam ex Comitis Schwartzenburgici literis cognouisset, petere Principes, vt causam Aquisgranensem & Mulhemicam commendatam sibi habeat, eamque auctoritate & gratia sua apud Cæsarem prosequatur, mandatum statim Oratori suo, istis in locis commoranti dedisse, vt nulli labori parcat, operamque det vt quod ad vtilitatem Principum facere possit, modis omnibus promoueat.

Anno 1613. Viennam 17. Ian. tabellarius Constantinopoli adueniens, literas Sultani ad Cæsarem scriptas attulit, quibus ei de imperio gratulabatur, experens simul vt pagorum quorundam ad Strigonium pertinentium restitutionem sibi faceret, nec quicquam amplius iuris in Transyluaniam prætenderet. Pertulerat idem tabellarius ad Bassam Budensem de Comite Constantino Lichtensteinio in libertatem adferendo mandatum, qui paulo post compedes & catenas ferreas, quibus ligatus hactenus fuerat, in signum libertatis ad vxorem suam in Italiam misit. Cognitum autem & ex tabellario isto est, inducias cum Persarum Rege vere pactas, & Sultani filiam, tredecim annorum virginem Nassuffensi Bassæ matrimonio iunctam esse, cuius nuptiæ magna pompa & solennitate factæ sunt, hoc modo:

Ducebantur ante Sultanum tres equi, ephippiis phaleris que ex puro auro, multis gemmis pretiosissimis illustrato constantibus ornati, stragulisque gemmis & vnionibus micantibus tecti. Ipse annulum in annulari digito carbunculum inæstimabilis precii exhibentem gestabat. Sponsæ gausape auro & gemmis adeo oppletum, vt ad ducenta florenorum millia æstimaretur, Corona item ex gemmis & vnionibus facta, calcei ex holoserico rubro margaritis plurimis condecorati, & cadurcum ex panno Attalico rubro candidoque constans præferebatur, Ipsa

sub

ſub tegmine aurato gemmisque & vnionibus intertextis picto, tota cooperta eques incedebat. Gynæceo eam cum multis Eunuchis, trecentis item mulis pecu[illegible] veſtimentisque & ornatu muliebri, necnon quindecim Camelis lectulorum ſupellectile onuſtis ſequentibus.

Anno 1613. Lubecenſes 21. Ianuarii, libellum ſupplicem Cæſari offerendum curarunt, quo de impeditis in mari à Daniæ Rege nauigationibus, turbatis commerciis, & nauibus bonisque ſibi abreptis querebantur, reſtitutionem eorum à Cæſare ſibi procurari petentes, qui Legatis Regiis Viennæ tum commorantibus ſignificari iuſſit, debere Regem petitionibus Lubecenſium ſatisfacere, & mare liberum nauigantibus relinquere, ſecus ſi faxit, de mediis iuuandi ciuitatem cogitationem ſe ſuſceturum.

Pridie eius diei incendium periculoſum admodum in aula Viennenſi, non procul à cubiculo Cæſaris, incuria cubicularii cuiuſdam, qui cereum extinguere neglexerat, exortum, damnum dedit, quod ad triginta florenorum millia, altari argenteo cum taperibus aliquot Perſicis, & rebus aliis exuſtis, æſtimatum eſt, à Coniuge vero Cæſaris ex fumo animaduerſum, ne longius ſerperet mature ab accurrentibus extinctum fuit.

Anno 1613. Poſtquam circa ciuium Francofurtenſium, de edendis & publicandis ciuitatis priuilegiis, Iudæis eorumque intolerabili vſura profligandis & coherçendis, foroque frumentario publico aperiendo petitionem controuerſia inter Ciues & Senatum in vrbe per annum & amplius diſſenſio extitiſſet, eſſetque periculum, ne malum latius ſerpendo, in vaſtum incendium çum irrecuperabili ciuitatis damno erumperet, Cæſar auctoritate ſua negotium Ioanni Suichardo Archiepiſcopo & Electori Moguntino, atque Ludouico Haſſiæ Landgrauio, amice componendum commiſit; qui per Subdelegatos primum compoſitionem façere tentantes, Conſiliarios quoſdam ſuos in vrbem miſerunt; poſtea &

ipsi secuti, cum statum controuersiæ probe cognouissent, parte vtraque audita, diligentique tractatione adhibita, rem tan[illegible] moderatione & prudentia sua eo perduxerunt, vt sub[illegible] a contentione, transactionis articuli congregatis in domo Teutonica 21. Decemb. die, ab vtraque parte primariis quibusque publice prælecti & vtrinque controuersia diffidentiaque composita atque consopita, accepti subscripti sigillisque firmati fuerint.

Anno 1613. Colonienſis Elector 27. Ianuarii cum mille & quingentis equis Leodium, fidelitatis iuramenti ibi accepturus, solenniter ingressus est, Leodiensibus varia habitu in occursum ei tendentibus, & ante ciuitatem ludos ei spectaculaque varia in tentoriis quibusdam exhibentibus. Cum Elector, Lotharingiæ Duce, Legato Gallico, Comitibusque & nobilibus multis eum comitantibus, vrbem ingrederetur, constituta ad portam eximiæ formæ virgo, triplici sermone, Hispanico, Latino & Gallico eum allocuta est, clauemque ei ciuitatis auream obtulit, quam singulari fauore Elector postmodo prosecutus, præstanti munere donari curauit. In aula Episcopali, statua ex cera artificiose facta, effigiem defuncti antecessoris sui repræsentans, collocata erat. Cum igitur iuxta eam Elector consedisset, ablatum à statua illa sertum viride, capiti eius comprecatione pro felici & tranquilla Episcopatus administratione simul addita, impositum est. Aderant autem ibi, qui quatuordecim ciuitatum ad Episcopatū Leodiensem pertinentium nomine, totidem boues, verueces vero ouesque plurimas & munera alia ei offerrent, postmodum ex aula ista in curiam à Senatu ciuitatis traductus, & conuiuio splendido, cum iuramentu m prius accepisset, exceptus est, virgine quæ clauem ei præ sentarat iuxta eum sedente; Iesuitis vero pulchram comœdiam in foro ei exhibentibus.

Anno 1613. Hagam Comitis eodem tempore ab Angliæ Rege caduceator Guilhelmus Sagerus nomine adueniens, Gartieræ insignia Comiti Mauritio offerenda at-

da attulit. Is à Mauritio eiuſque fratre Henrico-Friderico, & Magnatibus aliis honorifice exceptus, liberaliterque toto illo quo ibi adfuit tempore habitus eſt. Faſcia Cruralis ad Mauritium miſſa, à plus quam duobus hominum millibus viſa, & ad centena octoginta florenorum millia æſtimata eſt, perhibebatur enim ea fuiſſe, quam interfectus nuper Henricus IV. Galliæ Rex quondam geſtauerat, & in Angliam poſt eius mortem, more conſueto, remiſſa fuerat. Poſt dies pauculos 4 nempe Februarii, triumphus inſignis Hagæ-Comitis in gratiam Britanniæ Regis habitus eſt. Peracto enim prandio Caduceator cum Legatis Regiis aliis, in arcem profecti, ibiq; apud Mauritium horam integram commorati ſunt. Interea tres ciuium vexillationes in atrium exterius, Satellites vero Mauritii, Principiſq; Henrici Friderici, cum Gallicorum militum Chaſtillonii Ducis cohorte, in atrium interius proceſſerunt, Sclopetariiſque ab vna, reliquis vero ab altera parte ad Palatium Ordinum vſq; conſtitutis, tranſitum Proceribus ad Mauritium ſeſe congregantibus præbentes. Circiter horam tertiam, Mauritius ex aula ſua, ad palatium iſtud progreſſus eſt, Caduceatore Regio, qui paludamento ex holoſerico violaceo conſtante, & inſigni Regio condecorato indutus erat, à dextris, Oratore vero Anglico Rudolpho Winwodio Equite à ſiniſtris eum comitantibus, Comitibus vero Nobilibuſq; & Proceribus aliis pulchro ordine inſequentibus, quos tubicines ſedecim cantu admodum ſonoro proſequebantur. In Palatio iſto poſt habitam à concionatore Mauritii aulico orationem, Ordinis inſignia adhibitis conſuetis ceremoniis in Mauritium collata ſunt. Peracta ſolennitate ciues militeſq; ſclopeta ſua, adiunctis triginta ſex tormentis æneis exonerarũt, diſploſione vero iſta tertium repetita, ſignum campana, quam parta in bello victoria pullare olim conſueuerant, datum eſt. Habita deinde eſt cœna regali apparatu, repetitæq; ſunt ad horam decimam veſpertinam diſploſiones iſtæ, ignibus lætitiæ in foro paſſim excitatis & accenſis, Peracta ſolennitate iſta, Cadu-

ceator Regius insigni munere à Mauritio honoratus, navem 6. Februarii conscendit, & ad Regem suum reuersus est. Mauritius vero damnum quod fenestris ex tormentorum tonitruis illatum erat, restaurauit.

Anno 1513. eodem tempore cum Austriæ Archiduces Viennæ fere omnes adessent, & de rebus familiam suam concernentibus deliberationem haberent, Cæsar ludos aliquot equestres eis antequam abirent, exhibuit. Positis igitur in arcis area carceribus, duabusq; eius portis frondibus abietum condecoratis, & pegmate apposito, in quo Trautsamius & Furstenbergius Comites aliiq; arbitratores, proposita prœmia secum habentes sederent adornatis, quin & syluula ad venandum comparata instructis, præfecti ludorum, qui baculos argenteos manibus gestantes ludos moderarentur Herbersteinius, Bucheimius, Vrsenbeccius & Vechoffius nominati sunt. Primo igitur vir quidam Ethnico more vestitus, cum Sceptro & Imperii orbiculo, alius item quidam pellibus indutus, cum pedo pastorali in medium processerunt, Musica Cęsaris eos sequente. Successit postmodo Bacchus crasso admodum corpore dolio insidens, manuq; sinistra vitrum vino rubro repletum tenens, caput vero serto viridi redimitus, comitantibus eum Satyris Bacchi ministris, postea pigmæus Cæsaris equo candido vectus incessit, alligatis ad axillas alis, arcum & sagittas ferens, comitantibus eum pueris quatuor candido cæruleoq; habitu qui & ipsi Sagittas gestabant. Post eum virgo vestitu Attalico russo induta, cor humanũ manu tenens, equo vecta est, comitãtibus eam duab. puellis, altera aurato, altera candido habitu indutis. Processerũt deinde tubicines & tympanotribæ Cæsarii, Proceres item aliqui cum armigero, Ethnico habitu conspicui, quos vir quidã candido habitu, itemq; alius quidam alatus, Solẽ manu gestãs, nec non puer nobilis, Iridẽ manu gestans & virgo, equis oẽs vecti secuti sunt. Ipse postmodũ Cæsar equo scutulato cristisq; pulcherrime ornato insidens processit, sceptrũ manu & diadema in capite gestans, habitu muliebri

cæruleo

cæruleo & candido indutus, Statenbergio eũ, virgineo, & alio quodã Ethnico habitu comitantibus eiq; ministrantibus. Alterum agmen Archiducũ duæ virgines, vna Elephãto, altera Crocodilo insidentes ducebant, personis aliquot laruatis eas sequentibus, incedebant deinde sex tubicines, succedebant Archiduces viridi candidoq; habitu, cristas in pileis candidis virides habentes, lanceasq; viridi & albo colore variegatas manib, gestantes. Sequebantur duæ virgines, quarum altera vestitu viridi induta anchoram argenteam, altera vestitu cãdido, annulum aureum manibus gestabant, ministris decem qui à pedibus ipsis sunt, eiusdem coloris habitu eas comitantibus, & triginta equitibus lanceatis agmen claudentibus. Tertium Meggauii agmen sex pedites candido, cæruleo & rubro colore vestiti inchoabãt, quos Magnates sex eiusdem coloris habitu Ethnico ornati, galeasq; & lanceas gestantes pulchro ordine sequebantur. In quarto Cheuenhulleri agmine theatrum, cui Mercurius cum præstantibus Musicis insedebat, productũ est, constituto ante eum aliquo qui multa typis impressa carmina in populum spargebat. In medio Venus & Cupido pharetram gestans sedebant, ab vtroque eam latere tribus agrestibus viris totidemq; puellis nudo corpore comitantibus. Quintum Harratis agmen Musici præstantissimi ducebant, Postea Venus in curru quem duo Vnicornua protrahebant cernebatur, eleganter admodum vestita, puero mortis cuspidem argenteam manu tenente pharetramq; cum sagittis à collo pendentem habente coram ea consistente, in medio curru viridis arbor & iuxta eam puella passis capillis cõstituta erat, Currus ipse balænam forma referebat, duobus in postica eius parte sedentibus, & Cacodæmones totidem catena alligatos protrahentib. In sexto Domini de Hoyes agmine Parnassus erat seu mons præaltus, cuius cacumini pegasus seu equus alatus insistebat, fonte limpidissimo sub eius pedib. prorũpente. Ad radices mõtis tubicines & Musici varii, itemq; virgines & inter eas Mercurius considebant. Ad deorsum montis virgo vestitu

candido induta, lunamque corniculatam in capite gestans sedebat, adiacentibus ei duobus atris canibus, qui funibus colligati suauiter canebant, Musicis, vbi finem illi fecissent cantum suum inchoantibus. Post Parnassum Magnates duo Ethnico more vestiti, & serta laurea in capite gestantes equitabant. Septimum Losensteinii agmen venatores quidam cum multis canibus venaticis ducebant, pedibus partim, partim & equis incedentes & cornibus venaticis perpetuo canentes, quos Aulæ Mareschalcus & Herbersteinius venationis moderatores holoserico viridi induti sequebantur. In octauo Trautmansdorffij agmine, currus triumphalis cæruleo & rubro colore conspicuus procedebat, cui insidens Triumphator phialam auream manu tenebat, virenti arbore coram eo constituta. In curru, quem Vnicornua duo trahebant, Mercurius sedebat, sceptrum, cui manus imposita erat tenens, post currum duæ virgines equis vehebantur, quarum vna Pellicanum, altera Solem manibus gestabant, sequente eas aliquo Ethnico more vestito & captiuos aliquot catenis alligatos ducente. In nono Herbersteinii agmine triremis agebatur, in cuius prora puer, viridi habitu indutus, cum argentea anchora, in puppi vero nuda puella, vna manu velum, altera clauum regens consistebant. In medio Ethnicus quidam cum clypeo sedebat, equitante iuxta eum in equo alato sene quodam decrepito, & duobus pastoralibus ministris eum comitantibus. Decimum agmen cœlum erat vndiq; concluſum, quod in medium allatum Arbitratores aperiebant. Sedebant autem in eo Iupiter cum Nymphis aliquot suauiter canentibus. In medio eius hortus & fons pulcherrimus cernebantur, vbi Polyphemus decumbens dormiebat, pulsante simul aliquo Organum, & duobus captiuis post eum iacentibus. In vndecimo Comitis Tampierensis agmine, quinq; prudentes virgines curru vehebantur, quæ lampades ardentes manibus gestabant, suauissima Musica in anteriore currus parte, qui à Bubalo protrahebatur, constituta. In postremo Iœrgeri & Danrœtelii agmine mons

mons erat in ſylua quaſi conſtitutus, in cuius vertice globus alatus, ex quo multæ machinæ nitrato puluere formidabiles erumpebant, conſiſtente in eo & claſſicum canente tubicine. His agminibus prætermiſſis, ad decurſationem ventum eſt, qua ad ſeſquihoram à proceribus iſtis ignoto habitu continuata, cum annulum primus omnium Cæſar abripuiſſet, eodem quo aduenerant ordine ex carceribus in arcem reuerſi ſunt. Sequenti die, venatio inſtituta fuit, leporibus duobus, duobus item taxis, duobus ceruis, totidem apris & vno vrſo, ex conſtructa ibi ſylua emiſſis, vbi cum vrſus multitudine canum ſuperatus præualere aduerſus eos non poſſet, tandem tamen canem aliquem collo apprehenſum dilaniare vellet, adacto in eum venabulo trucidatus, finis venationi impoſitus fuit. Die tertio qui rem culinariam, eſculenta nempe & poculenta curant miniſtri, impetrata à Cæſare venia agreſtes nuptias inſtituerunt. Procedebant autem in medium primo ruſtici aliqui, equis quorum phaleræ ex ſtramine contextæ erant, inſidentes, & lanceas flauo nigroq; colore variegatas manibus geſtantes. Habebant autem vexillum ſecum, in quo depictæ volucres omnis generis in verubus ad ignem aſſandæ ternebantur, ancilla quadam ruſtica cum ſcuticis ſigniferum ſequente. His ita præmiſſis tres currus abietum frondibus ornati, ſenis ſinguli equis protrahebantur, quibus mulieres aliquot ruſticæ cum ſponſa & vtricolari muſica inſidebant, agreſtes ruſticorum mores vorando, potando & ſaltando in curribus ad viuum exprimentes. Sequebantur deinde victores in curru dolia aliquot parãtes, vehebatur Bacchus dolio inſidens, qui panes inter populum diſtribuebat. Procedebat cum exiguo curru puer quidam ruſticus, porculos aliquot & agnos venum quaſi expoſiturus. Vehebatur quidam in humili curru, ſeptem feles in arculam quandam inſtrumento Muſico ſimilẽ compactas præ ſe ferens, quæ clamorem horribilem edebant. Agmen claudebant Grallator & Vetula ſaltantes ſenemq; potum in corbe doſſuaria geſtãtes. Lanii porro in medium

procedentes equis vehebantur, phaleris rusticorum similibus ornatis, Producebatur bos erectus qui sanguinem subinde vomebat, interdum machinas pulvere nitrato ardentes in populum eructabat; Sequebatur quidam boue vectus, Circumferebatur à viginti personis farcimen cubitos nongentos & nonaginta nouem longum, Quin & viginti quatuor lanii cum corio bouino incedebant, præmissis aliquot morionibus, qui obuios aliquos comprehensos eis adducebant, quos illi corio prehensos & subleuatos in altum proiiciebant. Congregatis iam rusticis omnibus, copulatio sponsi sponsæq; facta, & nuptialis ista festivitas comedendo, potando, saltando & ludicra agrestia alia peragendo tandem finita est.

Anno 1613. Viennam 10. Febr. Transyluanici quidam à Battorio Legati, inter quos Forgatsius & Erdeodius erant, aduenientes preciosa admodum munera, pallium nempe sacrum, ex panno aurato margaritis & vnionibus intertextis condecorato constans, Cristas ardearum gemmis preciosissimis nitentes, Acinacem siue gladium incurvatum Turcicum in vagina argentea inaurata multisque gemmis condecorata recondrtum, decem equos generosissimos nigros, phaleris ex holoserico nigro auro argentoque condecorato constantibus ornatos & vnum Turcicum pedibus dimidioque corpore colore auteo infectum, phaleriseque ex holoserico rubro, gemmis & auro nitentibus ornatū, Cæsari attulerunt. Eodem autem tempore Orator Cæsarius, qui in aula Turcica versatur, de Battorio ad Cæsarem scribens, monstri cum aliquid alere, Legatosque ad Sultanum cum preciosissimis muneribus itidem misisse, & clandestina cum Bassis consilia tractare retulit.

Comparuerunt præterea apud Cæsarem Saxonicarum in Transyluania ciuitatum Legati, qui rustico habitu, ne agnoscerentur ex regionibus istis egressi, grauiter admodum de tyrannide & crudelitate Battorii conquesti sunt, quemadmodum vel ex literis, quas ad Electoratus Saxo-

nici Legatos, in aula tum versantes dederunt, videre est. Saxones, inquiunt, in Transyluania à multis iam annis, passim degentes, qui regionem istam multis ciuitatibus, pagis & mercatibus illustrarunt, atque à potentissimis quondam Imperatoribus, Priuilegia multa & varia ob insignem suam constantiam fidemq; obtinuerunt, à Battorio iam contra datam fidem contraque præstitum ab ipso iuramentum, in contumeliam sereniss. Hungariæ Regis, priuilegiis suis priuari & ita affligi, vt parum absit, quin funditus, nulla Christianæ religionis, quam vna cum ipso omnes profiteantur, deleti sint. A primo enim statim tyrannicæ administrationis suæ anno, de antiquissima Saxonum familia profliganda & exterminanda cogitationem suscepisse, hinc carceribus & seruitute miserrima eos afflixisse, Iohannem Bennerum primarium virum, nullam aliam ob causam, quam quod ex Germania magnas eum opes & diuitias attulisse nouerat, integro iam triennio cum aliis captiuum tenere, viduas honestas bonis suis exuere, alios iniquis exactionibus opprimere, primariam Saxonum ciuitatem Hermanopolim, quæ omnibus hactenus populis admirationi fuerit, Heiduccis suis per insidias diripiendam permisisse, qui virgines honestasque fœminas per vim violarint, liberos interfectis parentibus hæreditate omni spoliarint, & meram in vrbem, legibus statutisque Reipublic. honestis sublatis, barbariem inuexerint. Ciues certe plurimos, post carceres & miserias perpessas varias, domibus suis profligatos inque exilium missos, instar Iudæorum nullis sedibus oberrare, viduas, quæ bona sua eo traduxerant, in summa iam paupertate vitam degere, Pastores & Ludimoderatores hæreditariis sedibus exturbatos, stipem iam colligere, se quidem tametsi crudelem istum Battorii animum mature perspexerint, secuturumque gentis suæ in Transyluania excidium haud obscure animaduerterint, nihil tamen aduersus eum tentare aggressos, sed omnia diuinæ voluntati commendasse, & miseriam suam patienter ferentes, auxiliũ à sereniſſimo

Hungariæ Rege, eiuſque præſtantiſſimis militaribus ducibus aduerſus Battorium (qui à Vaida Radulio Valachiæ Principe tum fuſus & in Hermanopolim vrbem confugere coactus fuerit) expectaſſe, quæ cauſa etiam ſit, quod ſe Cæſari ſubmittẽtes biennium iam integrũ, non ſine multa ſanguinis profuſione, obedientiam ei præſtitiſſe, Ipſum Battorium cum viderit exercitum Cæſaris, præfectis tribuniſq; militum inuitis Tralinga diſceſſiſſe, cum Heiduccis, Zeccleris, Turcis & Tartaris ſuis oppida aliquot reſiſtere potentiæ eius non valentia, ſubiugum ſuum miſiſſe, Meggumam vrbem per vim ſuperatã diripuiſſe, prædamq; triumphando per vrbem publice ſpectandam traduxiſſe. Poſtmodo cum Cronoſtadio, quam vrbem obſidione fortiſſima cinxerat, depelleretur, ſuburbia eius vniuerſumq; Barriæ tractum à Saxoniæ populis inhabitatum, rapinis & incendiis deformaſſe, Barbaros infinitam hominum multitudinem in perpetuam captiuitatẽ abduxiſſe, Battorium Sultano Turcico ad trecentos captiuos dono miſiſſe, multos fruſtulatim concidiſſe, à præcelſis montibus, turribuſq; præcipites dediſſe, à pedibus ſuſpendiſſe, brachiis pedibuſque ad equos alligatos diſcerpſiſſe, ad arbores ligatos tormentis confeciſſe, candentibus forcipibus dilaniaſſe, viginti quinq; primarios Saxones ad Gaudinum vrbem haſtis induiſſe, eoſq; vt alter alterum haſtis tranſigeret coegiſſe, ipſum interim ridentem ſpectaculo tam crudeli adſtitiſſe, decreuiſſe autem Saxonum familiam omnem in Tranſyluania funditus delere, & bona ipſorum inter milites diſtribuere, vt tyrannidem ſuam eo melius exercere poſſit, Eo enim ſine Moldauia & Walachia propugnacula, Turcarum poteſtati profligatis inde piis Principibus ſubiecciſſe, vt nacta Chriſtianos circumueniendi occaſione, barbarorum multitudinem ad manus haberet, flammaq; & ferro in omnes libere ſæuiret. His igitur tot tantiſq; miſeriis coactos, ad opem eorum, qui moribus, religione, familiaritate & ſanguine ſibi quam proxime coniuncti ſint confugere, & vt afflictorum in Tranſyluania Saxonum miſerti-

cauſam

cauſam eorum apud Cæſarem agant & domum reuerſi illuſtriſſimo eos Electori ſuo quam optime commendent, rogatos eos ſupplices velle.

Dum Legati iſti in aula Cæſaris adhuc verſarentur, literas ad eos Senatus Ciuitatis Segeſuarienſis ad eos in hanc ſententiam dedit: Gaudere ſe, Cæſarem bene de Tranſyluaniæ miſeriis informatum & auxilium ipſis pollicitum eſſe. Significare autem, quod niſi Cæſar mature prouiderit & auxilium cito miſerit, tanta patriæ ſuæ ſuperuentura mala ſint, vt remedium ipſis facile adhiberi non poſſit. Circundatos eſſe ſe colluuie Battoreanorum, quod ſi igitur auxilium Chriſtianorum tardauerit, conſiderato Samſonis exemplo tale quid neceſſitate compulſos facturos, quod admirationi omnibus futurum ſit. Ex literis Coronenſium nuper ſeſe cognouiſſe quam fraudulenter Turcæ aduerſus Tranſyluaniam bellum parent, ipſum autem Battorium gratiam Turcicam ambire & contra Tranſyluanos vires eius expoſcere, excuſando ſe, quod Legatum ad Cæſarem ex timore miſerit, fucatam enim legationem iſtam fuiſſe, & talem ſe Legatum miſiſſe, de quo potentiſſima Maieſtas Turcica non poſſit dubitare cum ſemper odio habuerit Germanos, & Sultani fideliſſimus Seruitor fuerit, munera autem tanta addidiſſe, vt nō dubitet, quin pacem impetraturus ſit, eouſque, dum à Sultano ſufficientes vires accipiat, Debere igitur inſtare legatos apud Cæſarem vt auxilium mittere feſtinet, & videat an magis inimico certo fauere & fideles ſuos reiicere oporteat, nam ſi Battorius trecentorum millium florenorum munera mittere potuerit, ſe aliquot milliones expendiſſe & copioſiſſimum ſanguinem ab initio pro auguſtiſſima domo Auſtriaca profudiſſe, monitos ergo eos & rogatos etiamnum velle, vt vrgeant auxiliorum maturationem, inſtare enim patriæ excidium & propterea iam non literas ſed copias ſeſe expectare, cum nullus dies prætereat, quo non magis magiſque prouincia deſtruatur, vt optandum ſit fieri tandem commiſerationem aliquam ne omnino omnes pereant.

Anno 1613. 16. Februarii editum fuit publicatumque ſcriptum Duſſeldorpii, quo Elector Brandeburgicus profitetur, ſe in Iuliacenſi viciniſque regionibus nihil mutatum velle circa religionem: liberumque vnicuique perſeuerare in recepta: daturumque plane operam ne quis in conſcientia ſua turbaretur, nedum vexaretur.

Eodem tempore huc ad nos relatum, Moſcos non ſolum vrbem arcemque ſuam Moſcuam, profligatis inde Polonis recepiſſe, ſed & Præfectum Polonici exercitus Cotchieuitium ex ducatu iſto recedere coactum eſſe, quem Rex cũ Principe filio ſuo & multis copiis, Smolenſcii, ad propugnaculum iſtud à Moſcis, qui omnem eouſque regionem recuperarint, defendendum reliquerit, Polonorum ad quadraginta octo millia hoc Moſcouitico bello occubuiſſe: Carolum Suetiæ Regis filium à Moſcis in Magnum ducem euocatum Nouigrodiæ & Pleſcouiæ ad 20. vſque Maii diem ſubſiſtere debere, in magnum Ducatum poſtmodum introducendum. Interim à Poloniæ Rege, vniuerſam ſibi Moſcouiam cedendam, & theſauros omnes inde ablatos reſtituendos poſtulaſſe, Contra vero Poloniæ Regem Legatos ad Magnates Moſcicos miſiſſe, qui promiſſionis ſibi factæ, de filio ſuo in Magnum Ducem aſſumendo eos admonentes, cur datam ſemel fidem fregerint, & Tſarnigrodo arce occupata populum ſuum ex Moſcouia profligarint, quærerent, eos vero à Moſcis non admiſſos, ſed cum interminatione, in fruſta ni ſtatim abirent, conciſum iri, reiectos eſſe. Milites præterea Polonos ex Moſcouia reuerſos, in itinere partim periiſſe, partim ad ſeditionem defeciſſe, & quod cum confœderatis ſeditioſis, mercatoribus Vilnenſibus admodum infeſtis, ſe coniungere vellent, palam profeſſos eſſe: Sexies mille armatos ſub Præfecto Denhofio merentes, in quorum numero Paſſauienſes plerique fuerint, fame maxima parte extinctos eſſe, in arce Moſcuenſi mille & ducentos trucidatos, quingentos vero nobiles Polonos in captiuitatem

Digitized by Google

tem abductos esse, non dimittendos, donec Duces Moscouitarum, in Poloniam ante hæc tempora abducti ipsis restituantur. Indicta igitur Varsauiam Cómitia esse, vbi Rex ipsemet comparere, & de seditiosis, facta stipendiorum solutione, in viam reducendis, & quid porro de bello in Moscouia fieri oporteat, deliberationem suscipere cum Poloniæ Senatoribus decreuerit.

Anno 1613. mense Februarii. Cum iam varie Danis bellatum foret cum Suecis tandemq; exercitus parte trucidata, nobilibusque cæsis quam plurimis, qui supererant domum tandem reuerterentur, classiarii item in mari milites nihil proficerent, periculumq; esset, ne Sueci auctis terra marique viribus, superiores tandem Danis fierent, perniciemq; regno maximam inferrent, institutus tandem conuentus est, in quo cum Daniæ Rex ipsemet, & quatuor Regni Sueciæ Consiliarii adessent, habita diligenti tractatione pax tandem in hæc capita, vt Calmatiam & Olandiam Insulam Suecis Rex restitueret, Elsburgum vero ad tempus, donec certa pecuniæ summa, iam pridem Danis debita persolueretur, retineret, & Sueciæ Reges à titulo, quo in præiudicium Daniæ Regis Carolus vsus fuerat abstinerent, facta est.

Anno 1613. Matrimonium inter Fridericum Electorem Palatinum & Britanniæ Regis filiam, 24. Febr. absque magna, propter secutum ex obitu defuncti Principis luctum pompa, Londini, cum multo populi procerumq; applausu consummatum & nuptiale conuiuium, Iuniore Britanniæ Principe, Oratore Veneto, Henrico-Friderico Comite Nassouio, Equitibus Anglis, Oratore Galliæ Regis, & Gynæceo nobilissimo præsentibus habitum fuit. magnam interim Hollandis Selandisq; ad Electorem ex Anglia reuertsum, pro dignitate excipiendum præparationem facientibus. Triduo toto ante, insolita spectacula exhibita fuere publice constantia fere ex puluere tormentario, de quare legendi integri libelli. nusquam enim hodie scriptorũ genus accuratior est, quam in describendis istis ludicris: adeo

quidem vt grandiſſimus liber prodierit anno præcedente, quo ſingulæ atque vniuerſæ perſonæ quæ multos per dies ſolennitatem nuptiarum Principis Wirtembergici oblectarent exornarentque viuis fere coloribus ob oculos ponerentur, ſumptu plus quam inutili.

Anno 1613. 11. Martii Oſnabrugæ maxima pars vrbis, cum templis, monaſteriis, noſocomiis, molendiniſq; fortuito igne deuaſtatur.

Eodem quoq; tempore Gneſna in Polonia, Archiepiſcopali Sede Eccleſiaq; Metropolitana clara, incendio tota deleta fuit. Cum enim ſeditioſi milites, qui ex Moſcouia ſtipendium petituri aduenerant, rapinis paſſim & incendiis graſſarentur, omniaq; per Poloniam loca infeſta cædibus redderent, ad vrbem iſtam, quo tempore nundinæ in ea celebrabantur delati, tredecim eam locis ſimul accenderunt, ſperantes futurum, vt dum quilibet ad ignem feſtinaret, eiq; extinguendo incumberet, ſibi diripienda ciuitas relinqueretur, quæ ſpes tamen eos fefellit, incēdium enim aliquandiu occultatum tanta ſubito vehementia inualuit, vt & ſuburbia & vrbs ipſa primaria cum templis, ſcholis, monaſteriis, & inſtitorum mercatorumq; tabernis omnibus perierint, & nihil præterquam, quod ſumma feſtinatione ad ſubterranea loca deuolutum fuit, eripi flammis & conſeruari potuerit.

Anno 1613. 18. Aprilis Magdeburgi ipſo meridie exortum incendium inualente ventorum vehementia trecenta 20. ædificia funditus deleuit.

Eodem pene tempore Conſtantinopoli flamma repente exorta ad duo ædificiorum millia perdidit.

In Candia Inſula, quam Cretam olim vocarunt, eodem hoc tempore terræmotus factus, homines multos multaq; ædificia obruit & ſubuertit, damno ſimul à tempeſtate vētorum maxima tam nauibus, quam in littore habitantibus hominibus illato plurimo.

Anno 1613. 13. Martii, Ordines Belgicæ Liberæ, tale promulga-

mulgarunt edictum: Cum acceperimus è fide dignis, incolas noſtros, operam ſuam & militiæ, & mercaturæ, & piſcationi locare peregrinis, maximo patriæ noſtræ præiudicio, hoc vtiq; tempore quo rumores de diuerſis belli, quæ terra marique fiant, præparationibus, varii ſpargantur, atque ita neceſſarium videatur regiones iſtas non modo non nudari, ſed augeri maxime populo, & aduerſus omnes impetus magis magiſque firmari. Habito cum Principe Mauritio conſilio decernere ſe & mandare, ne quis ex vnitarum Prouinciarum incolis in bellum ad exteros Principes ciuitatesue proficiſcatur, neue ſuam operam aliis regionibus ad mercaturam aut piſcaturam, quocunq; prætextu offerat, ſine permiſſu & expreſſo vel ſuo vel ipſius Mauritii Principis vel magiſtratus eius vbi habitet loci cõſenſu. Qui vero operam ſuam exteris iam condixerit, ſi domi adhuc ſit, miniſterio eorum renunciet, ſi vero terra mariue ad eos iam profectus ſit, ſe inde quam primum expediat & domum intra tres menſes ab edito hoc mandato reuertatur, vitæ bonorumque omnium amiſſionis pœna in præſentes, ſi contra faxint, excluſionis vero perpetuæ in abſentes conſtituta.

Anno 1613. dies 27. Martii Sigiſmundo Batorio Tranſyluaniæ quondam Principi, multis à Turcis reportatis victoriis claro & inclyto, fatalis fuit. Eum Rudolphus Cæſar, clandeſtinæ cum Turcis machinationis apud ſe inſimulatum Pragam adduci ſuperioribus annis curauerat. tametſi vero excuſſis diligenter ſcriptis & ſcriniis eius nihil inueniretur, quo reus peragi poſſet, ex cuſtodia tum dimiſſus fuerit, Pragæ tamen commorari ipſi hucuſque libuit, donec apoplexia correptus, vitam cum morte commutauit. Corpus eius tum in San-Iacobi veteris oppidi templum delatum. Poſtmodum vero 27. Aprilis inde ad arcis templum traductum, & in veſtibulo ſacelli, cui San-Sigiſmundo nomen, honorifice ſepultum fuit; aureum vellus, quod ſarcophago impoſitum cernebatur, illuſtri Domino de Slawota ſibi vendicante.

Anno 1613. Menſe hoc Martio Comitia Hungarica Poſonii celebrata ſunt, quibus Cæſar ipſemet interfuit. Inter alios autem propoſitionis articulos poſtulatum fuit, vt decretum illud de Germanis ex arcibus & limitaneis Hungariæ propugnaculis exterminandis, abrogaretur; eam partim ob cauſam, quod Hungariæ regnum ſine Germanorum ope, tueri ſe contra Turcas ſolum non poſſet, partim quod innumerabiles prope tam ſupremę quam infimæ conditionis Germani vitam in Hungaria profudiſſent, iamque Hungaria Cœmiterium Germanorum nominari ſolita eſſet. Cum igitur annuere Hungari & ſubſcribere huic poſtulato recuſarent, nec dubitarent aliqui in talia verba prorumpere, vt dicerent, perinde ſibi eſſe, ſiue ab vrſo, ſeu à lupo deuorarentur (per vrſum Turcam, per lupum vero Germanos intelligentes) Cæſar ſermone iſthoc cognito, reſponderi ordinibus curauit, futurum, vt ſceptrum aureum reſpuentes, ferreum tandem admitterent. Miſſo autem poſtmodum ad eos decreto, articulum iſtum de admiſſione Germanorum venire denuo ſub deliberationem, & concluſionem de eo ſecundum maiora vota fieri voluit. Hoc facto cum maior pars ſententiam ſuam limitaret, & inter Germanos aliaſque nationes diſtingueret, minor autem pars in renuendo perſiſteret, Cæſar nomina eorum, vt animaduerti in eos poſſet, referri in Catalogum iuſſit. Cæterum cum ea profiteri omnes recuſarent, in priorem tandem ſententiam itum, ſtatutumque eſt, vt ad propugnacula & præſidia limitanea Germani æque atque Hungari admitterentur, ita tamen, vt vbi præfectus eſſet Germanus, ibi Legatus ſiue Subpræfectus Hungarus conſtitueretur; in ſtipendiorum ſolutione æqualitas ſeruaretur; & vni tantum præſentis pecuniæ quantum alteri numeraretur. Valones vero, Itali, Galli & peregrinarum nationum alii, tanquam deſolatores magis quam defenſores regni, fortunas tantum

tum opesque indigenarum sitientes plane excluderentur, & ad præsidia nullo modo admitterentur.

Anno 1613. Durantibus adhuc Comitiis istis, serenissima Cæsaris coniunx Hungariæ Regina Posonii 25. Martii die coronata est, quæ quidem coronatio, tametsi cœlum valde nubilosum esset, inter densissimas pluuias modo sequenti peracta est. Postquam pridie eius diei in San-Martini templo prope arcem sito, pegma aliquod siue theatrum pro Gynæceo excitatum, proclamatumque per vniuersam vrbem fuisset, vti ciues omnes armis suis quam optime instructi, circiter horam sequentis diei sextam, ad vexillum vrbis conuenirent, dispositio eorum ita facta est, vt duo Germanorum vexilla, alterum ad arcis montem, fluuium vel portam Viennensem versus, alterum circa templum constitueretur, reliqui vero armati ab arce ad templum vsque vtrinque collocarentur, portis interim omnibus clausis & Buchemico equitatu ante portas, ne quid ibi turbarum fieret, constituto. Horam circiter octauam, præmissa ingenti tam Ecclesiasticorum quam Politicorum procerum turba caduceatores quinque paludamentis suis egregie vestiti, Losensteinius item aulæ Mareschalcus, euaginatum gladium præferens, equis ad templum vecti sunt, secutus est Dux Brunsuicensis & post eum Cæsar ipsemet, panno Attalico & holoserico nigro, gemmis & auro nitente indutus, caput vero tiara ardearum cristis eximie exornata tectus. Præstolabantur autem omnes coram templo Reginæ aduentum, quæ paulo post curru suo nuptiali, auro gemmisque & vnionibus vndique nitente aduecta est, descendensque ad gradus, quibus in templum ascenditur, quadrantem horæ fere donec Gynæceum omne templum ingressum esset, expectauit, sicque tandem cum Cæsare templum ingressa est, vbi in sacellum quoddam vterque concedentes habitum mutarunt, & Cæsar quidem

tunicam ex panno aurato multis vnionibus gemmisq; oppleto, indutus, caputq; corona Rudolphi Cæsaris, quæ ad octingenta florenorum millia æstimata est, ornatus, ad altare procedens, pro coniuge sua in Reginam Hungariæ coronanda more consueto interceſſit, cumque sub vmbellam conceſſiſſet, Regina panno aurato cærulei coloris induta, deducentibus eam duobus Episcopis, ad altare proceſſit, ibique à Cardinale Forgatsio officii sui admonita, in genua procidit & veram Hungariæ coronam humeris excepit, quæ tamen peractis mox precibus iterum ablata & in altare depoſita fuit, cumque Sacramentum cœnæ ei administratum fuiſſet, Palatinus Hungaricus Coronam aliam precioſam admodum Cardinali Forgatsio attulit, qui eam adhibitis precibus capiti eius impoſuit, sceptro globoque, regni insignibus, in manus ei traditis. Simul atque autem hæc ita peracta fuiſſent, campanæ omnes per totam vrbem pulsatæ & tormenta tribus vicibus exonerata sunt, ciuibus sclopetorum diſplosione fragorem maximum edentibus. Regina vero interea sub peculiarem quandam vmbellam conceſſerat, cumque sacrum omne finitum esset, præcedente eam Cæsare, templo egreſſa est, vbi Cæsar quidem & proceres alii omnes, equos suos, ipsa vero currum conscenderunt, & in arcem, præcedente eam procerum corona, Gynæceo vero multis curribus sequente reuersa est, quo facto tormenta iterum omnia exonerata fuerunt. Antequam autem ad prandium sese componerent, tubicines & æneatores Cæsaris Germani Hungarique alternatim ad dimidiam horam canere viſi sunt, cumque diademate regio insignita Regina ad mensam, corona Hungariæ veteri cum sceptro & orbiculo regni iuxta eam posita accubuiſſet, accedentes Hungariæ quidam proceres regni totius nomine munus ei honorificum panno sericeo rubro contectum obtulerunt.

Anno 1613. Sub initium Aprilis, Leopoldus Archidux, miſso ad Ramæum militiæ præfectum istum, ex tumultibus

bus Pragæ & in Bohemia ſuperioribus annis excitatis ſatis notum, nuncio ad ſe eum accerſiuit, cumque comparuiſſet, in carcerem abducendum cum duobus præfectis aliis, capitalique ſupplicio, quod inter crudelia facinora alia, nobiles quoſdam in curia Budouitſenſi, vbi ſanguis eorum nec ablui nec abradi hactenus potuit, decollari ſine omni iuſta cauſa innocentes iuſſiſſet, afficiendum curauit.

Sub idem fere tempus Perſarum Rex Legatum ſuum, quem Conſtantinopolim ſuper pacis negotio miſſum, iam domum cum articulis pacis reuerſum, quod in illis ſcriptum eſſet, debere Perſarum Regem ſub ſpecie munerum quorundam, tributum Sultano annuum perſoluere, capitis ſupplicio afficiendum curauit. Oratorem vero Turcicum legato adiunctum, manibus truncatum oculisq; priuatum Conſtantinopolim remiſit. Sultanus hoc facto & noua iſta rebellione irritatus, copias ſuas in Tranſyluaniam deſtinatas, per Naſuffenſem Baſſam reuocari curauit, aduerſus ſeditioſos Aſiæ populos, & Perſarum Regem eis vſurus. Exercitum vero in finibus Hungariæ per præſidia paſſim diſtributum, paratum ſeſe in omnes horas continere iuſſit.

Interim dum quid in Comitiis à Cæſare indictis ageretur, cognoſceret, pacem ſeſe in Hungaria conſeruaturum per Budenſem Baſſam pollicitus eſt, miſſoque in Poloniam Oratore, honorarium Regi, quod ſexaginta millium florenorum precium excederet, obtulit, doloremq; ſuum ob infelicem Polonorum ſucceſſum teſtatus pacem, quouſque eam Rex violaturus non eſſet, ſancte ſeruaturum, per Deum ſuum equumque & gladium iurauit.

Anno 1613. Tecceliam menſe Aprili, tres naues ex Guinea & aliis Orientalis Indiæ Inſulis auro & aromatibus precioſiſſimis opulentiſſime oneratæ appulerunt, de felici ſuorum in India ſucceſſu Hollandos abunde confirmantes, qui claſſi octoginta nauium Roterodami, Am-

ſterodami & aliis in locis parandæ tum intenti erant, vt aduerſus Luſitanos partim in India, partim vero aduerſus Daniæ Regem, ni nouorum in mari vectigalium onera leuaret, & abrogaret, ea vterentur.

Anno 1613 Sub initium Maii, poſſidentes Iuliacenſes Principes, noua vectigalia & tributa in Rheno ſuperioris belli tempore conſtituta ſuſtulerunt & per vniuerſam regionem ſuam magno mercatorum & nautarum commodo, abrogarunt.

Exitus autem huius menſis & maxime 29. Maii dies, Thuringiæ luctuoſus admodum & calamitoſus fuit. Tempeſtas enim turbulentiſſima circiter horam eius diei veſpertinam ſeptimam exorta, tantam inter horrenda tonitrua & fulgura profudit pluuiarum grandinumque copiam, vt ad quindecim miliaria Erfordiam Mulhuſiumque verſus ſegetes in agris omnes perdiderit, & damni paſſim quam plurimum dederit. In primis autem Vinaria, quæ Principum Saxoniæ ſedes eſt, damnum ex tempeſtate hac percepit maximum. Ilmus enim fluuius eam alluens, confluentium vndique aquarum accumulatione in tantum ſubito excreuit, vt exundatione facta multos lignorum aceruos, nitrati pulueris molendinum, pontem ſaxeum, viridarium Principis, Balneum ſtanneum cupro coopertum, carnarium, piſcarium, telonium & alia ædificia publica, ædes apiarias & auiarias apibus galliniſque Indicis foouendis deſtinatas, Gemmarum molendinum, in quo Iaſpis lapis ad Epitaphium defuncti Principis Iohannis deſtinatus parabatur, pontem ligneum, Horti ad arcem pertinentis mœnia, Aquagium, tubos aquarum in muris paſſim excitatos, propugnaculum ad arcis mœnia adiectum & ædificia alia ſummo impetu diſturbarit & abripuerit. Aquarum certe tanta copia erat, vt per foramina arcis manibus inſerta ſummo impetu in vrbem proruerit, ad Coni portam vlnas ſedecim profunditate exuperarit, frumentum omne in domo frumentaria diſſiparit,

Digitized by Google

fossas ciuitatis expleuerit, cereuisiam vinumque in cellis arcis & vrbis subterraneis, vestimenta item & ornamenta Principum corruperit, in suburbano pomarium Principum diſiecerit, equos viginti quinque, vaccas vitulosque octoginta quatuor, sues quadraginta, tauros sex & altilia multa submerserit, molendinum ciuitatis vna cum tredecim personis, multo frumento præsente pecunia omnique supellectile, abripuerit, ædificiaque insuper quadraginta quatuor conuulserit, & sexaginta quinque personas suffocarit: in pagis vicinioribus, vtpote ad Erisdorffam, ædificia decem, & personas quindecim; In superiori Vinaria, molendinum cum decem ædificiis & personis duodecim; Difurti ædificia nouem cum personis totidem; Crumsdorffi omnia, domo parochiali & nobilium sede exceptis; Vllershalbæ domos quatuordecim, ouile & personas nouem; Sultzæ ædificia viginti duo & viginti homines: Roslæ domum frumentariam, molendinum, balneum publicum, domum cereuisiariam, & ouile publicum cum mille ouibus; Sulsedæ tuguria viginti octo cum tribus personis; Wartstetti domos decem & personas viginti quinque, cum molendino & cereuisiaria domo; Obersettæ domos quadraginta quatuor, personas viginti tres; Drobernæ personas viginti, cum multis domibus, & omni Schenccii pecore; Sottelstettæ & Matstettæ domos triginta, molendinum & personas octo; Brumbachi domos nonaginta duas, cum multo pecore & hominibus non paucis subuerterit, tantamque stragem ediderit, vt mille & amplius homines, tempestate isthac ad tertiam noctis horam continuata miserè perierint.

Cæterum tempestates eiusmodi, loca hoc tempore etiam alia afflixerunt. Pragæ enim vigesimoquarto Maii, pluuia grandineque frumenti vinique & lignorum plurimum abreptum fuit, tribus simul in vrbe locis, fulmine tactis, vnde turris in templo arcis constituta flammam

concepit, quam tamen aſcendentes, ſtatim aliqui, pinnaculo turris ſecuri abſciſſo, extinxerunt.

In pago quodam Bohemiæ duobus à Pardouitſio milliaribus diſſito, grandines tanta copia terram operuerunt, vt ad quatuor vlnarum altitudinem accumulatæ in glaciem tam firmam concreuerint, vt vix triduo ea diſſolui & remoueri ex agris potuerit.

In Polonia quatuor à Caluarienſi oppido milliaribus, ſacello quodam, quod ad redimendas indulgentias vulgo proſtabat, fulmine tacto & accẽſo, perſonæ quinque cum duobus monachis occubuerunt, triginta & amplius miſerabiliter partim vulneratis, partim crucibus & ſignis aliis in corpore notatis.

Magdeburgi templum San-Iacobi fulmine itidem tactum eſt, vnde Organa & Baptiſterium diſſipata ſunt turrisque concepta flamma conflagrauit.

Berlinum quoque ſexto Iunii die, calamitatem hanc expertum eſt, ſegetibus in agro ad quadrantem miliaris comminutis. Gorlitſii itidem ſegetes à grandine, ad tres vlnæ quadrantes accumulata, damni non parum acceperunt.

Non multo poſt Pragæ tempeſtas iterum, imbrium tonitruumque & fulgurum maxime formidabilis extitit, tactaque fulmine turris in veteris oppidi San-Georgii templo conſtituta, & ſolido Cupro contecta, flammam concepit, inſtarque facis ardere cœpit, templum vniuerſum deformatura, niſi fabrorum lignariorum opera abſciſſa ſtatim & deiecta fuiſſet, quæ tamen cum horrore & fragore maximo concidens, duas vicinas ædes accendit, eaque funditus deleuit, incendio damnum toti veteri oppido maximum minante, niſi à ſubſecuta ſtatim ingenti pluuia ædificia & tecta omnia madefacta & inundata maximopere fuiſſent.

Nuſtorffi in Auſtria, à vini generoſiſſimi prouentu celebrato loco, imber tam largus hoc tempore extitit, vt hominum memoria damnum maius non dederit. Sed &

Lutetiæ

Lutetiæ Parisiorum inundationes tantæ ab imbribus factæ sunt, vt tertia ferme vrbis parte aquis immersa, pecora homines que suffocati plurimi perierint, & damni ædificiis plurimum illatum fuerit.

Anno 1613. Mantuæ Duce è viuis sine hærede masculo sublato, cum Cardinalis frater eius, possessionem apprehendisset, controuersia inter eum & Sabaudiæ Ducem, viduæ defuncti Ducis parentem, exorta est; cum quod is pati non posset, vt vidua ista non regione solum, sed & filia sua, quam Duci defuncto genuerat, priuaretur, eamque ex vlnis & complexu suo amitteret: tum quod in Marchionatum Montferratensem prætensiones aliquot afferret. Prima enim, inquit Sabaudus, prætensio duplici fundamento nititur. Primo enim cum linea Paleologicæ stirpis masculà, morte Iohannis-Georgii, Marchionis postremi, iam sublata exspirarit, & vero Margaretha Guilhelmi filia, quæ Bonifacii soror, & prædicti Iohannis-Georgii neptis fuit; vna cum auo nostro Duce Carolo, qui ambo ex Theodori Primi, atque ita ex Paleologica familia descenderunt, adhuc superstites sint, manifesti equidem iuris est, vt in feudo tam ad fœminas quam ad masculos directo, masculus, tametsi non tam prope defunctum contingat, fœminas excludat. Deinde in pactis dotalibus, inter Violantam prædicti Theodori filiam, & Aimonem Sabaudiæ Ducem, Anno supra millesimum trecentesimo tricesimo, constitutis, comprehensum expresse fuit, vt extincta Theodori linea masculà, Violanta vxor eiusque hæredes propter tenuitatem dotis in Montferrato succederent, ita tamen, vt omnes Paleologicæ familiæ fœmellas vel honeste elocarent, vel ad spiritualem statum promouerent. Prætensio altera, eas solum regiones, quæ ad Padum & Tanarim fluuios excurrunt, concernens, fundata est in conuentione, Anno supra millesimum quadringentesimo tricesimo quinto, inter Marchionem Iohannem Iacobum, & Amedeum Sabaudiæ Ducem facta, quæ variis actibus literisque non præ-

dicto ſolum Marchioni Iohanni Iacobo, ſed & eius eorumque filiis, tam viuente adhuc quam defuncto poſtmodum patre confirmata fuit, dum regiones iſtas à Duce Amedeo, & poſt mortem eius à filio eius Ludouico feudi nomine poſſederunt, in qua quidē conuentione regiones iſtas, tanquam feudum à prędicto Sabaudiæ Duce deſcendens, prædicti Marchiones agnouerunt, & iuri ſuo in Chiuaſſum, Brandiſſum, Settinum atque Ozognam omnino renunciarunt. Cum igitur conuentio iſta in prædictis locis ſemper obſeruata hactenus fuerit, æquum eſſe dicit, vt in poſterum etiam obſeruetur & rata habeatur. Prætenſio tertia teſtamentum concernit, à Bianca Montferratenſi, Caroli Primi Sabaudiæ Ducis vxore, in Caroli Secundi Ducis Sabaudiæ gratiam, non ſolum ſuper quota ſua in Montferrato, pactis dotalibus inſerta, ſed etiam ſuper dote ſua, octoginta nempe ſcutatorum millibus, ab Imperatore Carolo Quinto, ipſi adiudicatis, conditum, quæ ſumma iam cum fœnore ad ſeptingenta ſcutatorum millia aſcenderit. Cui quidem non obſtet, quod Carolus Quintus aduerſam partem à petitione totius Marchionatus liberarit, & ad petitiones particularium quorundam locorum in poſſeſſorio, mediante cautione, & ſaluo iure petitorii alterius iudicii remiſerit. Reſponderi enim, ſententiam iſtam ex non recte cognita cauſa, & actis non probe inſpectis atque perpenſis profectam eſſe, quemadmodum id ex omnibus iudicii iſtius circumſtantiis appareat. Deinde videri etiam ſententiam iſtam ex fauore, cum tempora iſta aliter id non paterentur, pronunciatam ita fuiſſe. Et vero etiam reniſionem & ſecutam inde declarationem, quod præſcriptio in ea locum habere non debeat, ſaluam adhuc & minime ſublatam eſſe, vt in iuris Sabaudiæ Ducum præiudicium Dux Mantuæ tentare nihil potuerit, multo minus vero caſtellum in Caſali extruere in perniciem regionis ad Sabaudiæ Duces iam pertinentis ei licuerit. Hæc quidem cum ad

Cardina-

Cardinalem Mantuæ Ducem relata essent, is vero aures præbere monitis, & quicquam concedere Sabaudiæ Duci modis omnibus recusaret, ad arma tandem ventum est. Sabaudiæ enim Dux, facto in Marchionatum Montferratensem cum viginti equitum peditumque millibus impetu, propugnacula & loca alia multa, maxime vero Trinum & Albam, vigesimo secundo Aprilis die, portis adhibita machina perfractis, expugnauit, agricolis direptionem ingenti pecunia redimentibus. Non quieuit interim Mantuanus etiam Dux, sed immisso in Sabaudiæ Ducis regionem exercitu, loca multa incendio deleuit, copiasque eius non paucas in sylua quadam trucidauit. Conturbati grauiter hac controuersia Pontifex, Hispanus, Florentinus, Veneti, & Principes Italiæ reliqui; partes ad concordiam tempestiue hortati sunt, Cardinale Boromeo & Gubernatore Mediolanense arbitris iudicibusque in causa ista constitutis, exercitu tamen in Mantuani Ducis gratiam non exiguo conscripto, quemadmodum contra etiam Sabaudiæ Duci auxiliorum spes ex Germania, certissima facta est. Sabaudus quidem, ad singularem Pontificis admonitionem, occupata in Montferrato loca sequestrata, Mediolanensi Gubernatori retinenda ad causæ vsque cognitionem & litis decisionem permittere paratus erat, sed Mantuanus repugnans admodum, restitutionem eorum cum sumptuum refusione fieri volebat, quo fine quidem etiam Castillonius Cæsaris Commissarius, Mediolano Turinum mox profectus est, excommunicationem siue proscriptionem Sabaudo, ni ad quietem se componeret denunciaturus. Ex Moncalno & Casallo castellis repugnatum admodum Sabandiæ Duci fuit, sed illud tamen commeatus & munitionis penuria pressum transire tandem in eius potestatem coactum est. Cæterum Hispani ad quater mille, Vincentio quodam Duce, trãsitum Sabaudo ad Pandesturam impedierunt, cumque is Nisam quoq; obsedisset, Niuernensis

Dux centenis aliquot Sabaudis cæsis, prædam triginta millium coronatorum accepit. Similiter & Præfectus Venetus, Donatus nomine, in Cataphractorum Sabaudiæ Ducis equitum turmam incidens, ad sexaginta trucidatis, quadraginta coronatorum prædam acquisiuit. Florentinus præterea copiam Banditis & proscriptis omnibus per prouinciam suam, in auxilio Mantuano contendendi fecit, quorum ad Casallum non pauci peruenerunt. Cum igitur Sabaudus inferiorem se viribus videret, Reginamque insuper Galliæ triginta armatorum millia Mantuano diuersis itineribus mittere pollicitam audiret, prætensionem suam Pontifici Hispaniæque Regi diiudicandam, si causam suam Mantuanus Cæsaris Galliæque Regis arbitrio commissurus esset, permittere statuit.

Anno 1613. 29. Maii: cum Lubecenses viderent impetrari non posse à Rege Daniæ, vt remissis vltimis illis seuere vectigalibus, liberior sua sibi maris Balthici redderetur nauigatio: iniunctumque fuisset, vt qui omnino tributum illud soluere nollent, vel redirent vnde abierãt, vel merces transfretarent in naues Danicas, insigni prorsus mercatorum detrimento: Cum, inquam, Lubecensibus constitutio hæc grauis præ cæteris & detrimentosa esset, non apud Cæsarem solum de omnibus istis conquesti sunt, sed & de exercitatis belli Ducibus & eximio exercitu acquirendo, cum periculum sibi à Rege intentari cognoscerent, curam diligentem admodum susceperunt, inito cum vnitarum Belgii Prouinciarum Ordinibus fœdere, eoque iureiurando vigesimo nono Maii die confirmato, cuius quidem capita hæc fuerunt præcipua. Principio conuentum est, vt vnio hæc & confœderatio, ad conseruationem liberæ in mari nauigationis faceret, nec alio fine facta putaretur, quam vt confœderati respectiue populi, communi omnium gentium, & suo peculiari iure priuilegiisque in nauigationibus & commerciis maritimis libere fruerentur, seque aduersus vim & onera ipsis nuper intentata tuerentur. Itaque vnionem hanc amicitiæ, quæ

tiæ, quæ vnitis Belgii Ordinibus cum Maiestate Cæsarea, Romanoque Imperio, Galliæ item & Britanniæ Regibus, nec non protestantibus Electoribus, Principibus Statibusque intercedat, minime præiudicare, multo minus vero Lubecenses ab obedientia Cæsari Imperioque debita auertere, sed id potius spectare debere, vt iura, priuilegia & consuetudines vnitis conseruentur, nihilque in eis, saluo tamen præsenti fœdere, mutetur & peruertatur. Eo enim fine debere vnitas ad fideliter conseruanda hæc capita, iuramento se obstringere, & vniuersam hanc tractationem ad communem vtilitatem dirigere, ita quidem, vt antequam aliquid suscipiatur vel concludatur, Lubecenses ad consilium quoque adhibeantur; liberaque sua vota habeant; quibus propterea vel Hagæ Comitis, vel vbicunque ordines consilia sua habituri sunt, vt & contra ordinibus, Lubecæ Oratorem aliquem vel Procuratorem suum constituere & fouere, vt consilia omnia fideliter communicentur, & effectum suum sortiantur, licitum & permissum erit. Contributiones ad vnionem hanc conseruandam necessarias tam pecuniam, quam naues & arma; resque ad bellum necessarias alias vniti paratas semper habeant, & ad loca necessaria propriis sumptibus deferri curent, Lubecensibus nonam semper partem persoluentibus. Aduersus commercia & nauigationes impedientem, si amica admonitione ad æquitatem non perducatur, proficique apud eum monitis nihil possit, armis defensiue procedendum esse, idque agendum vnice, vt priuilegia defendantur, & commercia nauigationesque liberæ conseruentur. Vniti, ad arma vbi peruentum fuerit, ciues & subditos suos quoscunque, tam milites quam nautas operam suam aduersæ parti forte nauantes domum sub vitæ bonorumque omnium amissione reuocent, aduersæ partis subditos ex ciuitatibus & territorio suo omni excludant, nec vel pecunia vel populo, nauibus, armis aut alio quocunque commeatu aduersam partem

iuuent, ſed auxilia omnibus locis impediant. Si in aduerſæ partis regionibus vnitorum naues & bona detineri, debitaque areſto obligari contingat, vniti in ſuis regionibus idem faciãt, & ſibi inuicem mutuas operas aduerſus communes hoſtes præſtent. Nauis vnitorum altera alterius portu & ſtatione libere vtatur, ita tamẽ, vt ab omni vi abſtineant, & omnibus ſatisfaciant. Confœderatorum ſubditi iure ciuitatis in vnitis regionibus fruantur, & hæreditates ſibi debitas accipiant, ſine omni religionis in Imperio Romano permiſſo diſcrimine, ita tamen, vt triceſimam partem præſtent, & quilibet tranquille ſeſe gerat, ſtatutisque loci ſui obtemperet. Vnitorum pars nulla ſine præſcitu alterius, cũ aduerſario ſuo paciſcatur, vel quicquam tractet, quod in alterius præiudicium damnumque vergere poſſit, ſed id potius agat, vt pax publica vigeat, ſubditorum naues bonaque & commercia omnia ab omnibus vindicentur, & priuilegia ſarta tecta conſeruentur. Pax & inducię cum aduerſariis non niſi communi conſilio fiant. Vnio hæc & confœderatio ad annos quindecim rata ſit, eiuſque poſtmodum pro vnitorum libitu continuatio fiat. Quo tempore pars altera alteri aduerſus omnem terra marive illatam vim auxilium ferre ſemper fideliſſimum tenebitur, & ſi forte accidat, vt principes ciuitatesve aliæ, maxime vero Anſeaticæ ad vnionem hanc accedere velint, honeſtis conditionibus ad eam omnes admittentur.

Facta hac confœderatione Daniæ Rex Cancellarium ſuum Iacobum Vlfeldium, & Doctorem Ioham Charliſium legatos, cum nobilibus aliquot & magno apparatu ad Hiſpaniæ Regem ablegauit, qui cum inſtructa admodum & ſexaginta tormentis armata naui, nec non celoce ſedecim tormẽtis armata in Hiſpaniã, paulo poſt aduenit, & à Rege humaniſſime exceptus liberaliſſimeque ſemper habitus fuit. Cum autem Rex quadraginta poſtmodum nauium claſſem parari curaret, & rumor etiam de inſigni expedi-

expeditione, quæ in Hispania fieret, passim spargeretur; Ordines etiam in Belgio rebus ad bellum necessariis se instruxerunt, idque modis omnibus dederunt operam, vt in omnem euentum parati semper inuenirentur; Mauritio Comite ex accersitis ad se Signiferis aliquot tribunisque & præfectis militum, qui opetam suam Daniæ Regi nuper aduersus Suecos præstiterant, Danicarum rerum totiusque istius Regni statum & conditionem diligenter explorante, licet interim Ordines quod ad pacem conseruandam pertineret, nihil intermitterent, sed missis in Daniam Legatis, Regem à sententia abducere, implorata ad hanc rem Angliæ etiam Regis opera conarentur. Is considerato periculo quo se inuolueret, si perseuerasset in proposito, consilia saniora amplexus, reque diligenter deliberata cum Procerum manu in comitiis Hafnienſibus, cum Belgicis Ordinibus, in hanc fere conuenit sententiam: Quamuis causæ satis habeat, noua illa ante biennium, belli nimirum, quod sibi cum Suetiæ Rege intercessit tempore, constituta vectigalia diutius continuandi, & conseruandi: pro beneuola tamen sua erga vnitarum Belgii Prouinciarum ordines affectione, & conseruandâ quæ hactenus cum eis intercessit familiaritate, in expetitam ab ipsis abrogationem clementissime consensisse. Velle igitur omnibus suis subditis notum facere, quod post vltimum Iulii, (non enim citius id, ob locorum distantiam per totum regnum suum significare posse,) naues & bona ipsorum omnia non in portubus solum inaris, sed in ciuitatibus etiam, vbicunque subditos ipsorum negotiari & commercia exercere contigerit, à nouis ante biennium constitutis vectigalibus libera & immunia esse, & præter consueta & ante bellum istud proximum vsitata vectigalia præstare & persoluere nihil debeant.

Anno 1613. Classis Hollandica, quæ superiori anno in Indiam Orientalem ablegata fuerat, cum Æquinoctialem lineam superasset, in Hispanam viginti septem armis instructissimarum nauium triremiumque classem incidens, tormenta expedire, lacessentibus eam Hispanis coacta est. Commissa autem prælio tam fortiter se aduersus Hispanos defendit, vt flammam concipientibus Admiralis & Viceadmiralis nauibus, reliquæ fugam inierint, quas persequentes Hollandi partim tormentis in profundum egerunt, partim direptas incendio deformarunt, ita vt vix quatuor incolumes euaserint, triginta non amplius Hollandis cæsis & submersis.

Anno 1613. Angli Virginiam Insulam incolentes, ignotam aliam eodem tempore non procul ab ea inuenerant. Dum igitur in ea munienda occuparentur, Hispani aliquot in eos nauibus, præuio quodam pirata Anglico mouentes, tormentis & gladio omnes ad internecionem trucidarunt. cuius rei fama cum ad Angliæ Regem perlata esset, classem statim aliquam cum multa ad propugnacula & munitiones ibi extruendas necessaria materia in Virginiam, virginibus simul & mulierculis ducentis & nouo Præfecto siue Gubernatore aliquo, qui Insulam istam nouam ab insultu Hispanorum tueretur, ei additis, dimisit.

Anno 1613. Fridericus V. Elector Palatinus, deductus à socero Rocheſtriam vsque, à Principe Carolo adfine Mergatum, inde 21. Aprilis vespera cum coniuge profectus est, vbi conscensa naui Flissingam versus nauigarunt. Ad illud concesserat paulo ante Mauritius Nassouiæ Princeps, à quo cum 28. die Aprilis splendide in aquis excepti fuissent, Dordracum porro die 1. Maii, Roterodamum & Delphos profecti sunt, magnifice vbique & multa cum tormentorum displosione excepti, atque inter armatos quam optime ciues in oppida introducti. Die 2. Maii Hagam Comitis, multis curribus & equis aduecti, interque medios ciues, qui armati & vexillis insignia Mauritii

Comitis

Comitis periſcelidi equitum Britanniæ incluſa præferentibus, inſtructi, hinc inde diſpoſiti erant, cum multo tormentorum fragore tubarumque & tympanorum clangore ad aulam Principis Mauritii delati ſunt, multis eis Ordinum proceribus, equitibusque & nobilibus fœminis congratulantibus. Sequenti die Principes, Comitesque & primates ibi præſentes omnes prandio ab Electore magnifico excepti fuerunt, eoque peracto ad conſtitutam in proxima ſylua à Comite Mauritio venationem conceſſerunt, in qua coniunx quidem Electoris tres feras ſua manu confeciſſe dicta eſt, Ordinibus omnes cœna excipientibus & ſuauiſſima Muſica variiſque ludis, tam comicis, quã equeſtribus integro triduo eos exhilarantibus. Die 8. ſalutatis proceribus, Elector quidem Heidelbergam recta celeribus equis præceſſit, vbi aduenit 13. Maii, coniunx vero eius cum inſigni Comitis Mauritii & aliorum procerum comitatu Lugdunum Batauorum, indeque Harlemum, (vbi Senatus ei cunas cum puluinaribus toraliis & puerperali ornatu alio, quinquaginta millium florenorum precium excedentes donauit,) & Amſterodamum profecta eſt, Senatus exceptam in portu ſplendidiſſime, per duos arcus triumphales, cum multa tormentorum diſploſione vehementi campanarum clangore, ſuauiſſimoque tubicinum, æneatorum buccinatorumque concentu, per conſtitutas hinc inde octodecim ciuium & duas militum vexillationes, ad aulam Principis, conuiuio Deorum, feſtoque nuptiali, & id genus Poeticis inuentionibus aliis, à conſtitutis ad arcum triumphalem perſonis quibuſdam comicis exhilaratam, deduxit, epulis regalibus oblectauit, ludis ſpectaculisque variis lætificauit, & magnifico munere, quod peluis aurea multis triumphalibus nummis aureis repleta erat, ad centum quinquaginta millium florenorum ſummam æſtimata, donatam honorificentiſſime à ſe iterum dimiſit, quæ Arnheimium porro, & ſuperatis vnitarum prouinciarum finibus, ad fines imperii

Comite Mauritio proceribusque aliis eam deducentibus concessit, splendide vbique excepta & liberalissime habita. Die 24. Maii coniunx Electoralis cum Comite Mauritio, eiusque adfine Antonio Lusitano, & aliis, Mulhemium transiit. Medio autem inter Coloniam itinere Comes Hohensolerienſis, Colonienſis Præpositus, cum Consiliariis Electoralibus & insigni equitatu constitutus, Principem Electoris Colonienſis nomine salutauit & Tuitium secum abduxit. Senatus vero dispositis passim in vallis propugnaculisque tormentis, arma comprehendere cives plurimos iussit, cumque in Rhenum descendisset Princeps, tormenta exonerata omnia fuerunt. Senatu excepram honorificentissime Principem, ad paratum ei hospitium inter armatos ciues deducente & liberaliter habente. Sequenti die coniunx Electoris Senatum & Consules prandio excepit, qui eo circiter tertiam pomeridianam finito, in curiam eam secum abduxerunt, vbi omnes lautissimis epulis, maxime vero bellariis saccharatis & aliis id genus tragematis excepti sunt. Tandem cum Capitulari, San-Mariæ item & San-Vrsulæ templis perlustratis, muneribus preciosissimis, vt & vino generosissimo à Senatu donata Princeps esset, iter 26. Maii iterum ingressa est, Senatu ad territorii sui fines eam deducente, vbi ab Electoris Brandenburgensis filio, Friderico Comite Solmensi, & proceribus aliis eam ibi præstolantibus honorifice excepta est, Comite Mauritio cum fratre & reliquo comitatu ad suos iterum reuersis.

Princeps porro Electoris coniunx, deducente eam Electoris Colonienſis equitatu, Bonnam profecta est, Electoris Brandenburgici filio in curru eius sedente & ad tria miliaria eam comitante. In itinere autem tres eam Electores Colonienſis, Treuirensis & Moguntinus salutarunt, honorificeque exceptam preciosis muneribus donarunt. Atqui Elector Heidelbergensis submissis triginta nauigiis, Bacharacum, indeque

Oppen-

Digitized by Google

Oppenheimium, vbi arcus triumphales duo à Senatu constituti fuerant, adduci eam curauit vigesimoseptimo Maii. Continuato autem itinere Franckenthalium quarto Iunii die peruenit. Erant ibi pyramides in foro & arcus triumphales aliquot constituti, per quos ipsa transiens, ad paratum hospitium inter armatos hinc inde ciues deducta, liberaliterque habita est, ciuibus expugnatæ & euersæ Troiæ historiam in theatrum nocte ea producentibus, equumque octodecim pedes longum, altitudine vero hastam ingentem æquantem in foro Troiæ perniciosum statuentibus. Franckenthalio postero die digressa Princeps Heidelbergam recta contendit. Erat autem in aperto campo, medio inter Ladenburgum & Heidelbergam itinere Castellum quoddam viginti sex tormentis formidabile excitatum, & quinquies mille armatis qui in sedecim vexillationes distributi erant, munitum. Septimo igitur Iunii die, Elector Fridericus Quintus, cum Administratore, Ducibus Wirtembergicis, Principe Anhaltino, Marchione Onolzbacensi, & aliis Principibus numero duodecim, Comitibus item, nobilibusque & multo populo in occursum Principi ad castellum istud vsque profectus est, vbi aduentantem eam post ingentia tormentorum tonitrua, splendidissime Elector Principesque exceperunt. Cæterum peracta salutatione, currum conscendens Princeps plane regium, cum Electore coniuge, illustrique reliquo Principum, Comitum nobiliumque comitatu, Heidelbergam eodem die ingressa, perque aliquot arcus triumphales à Senatu ciuitatis, Academia, item & Electorali vidua constitutos, excubias cum septem peditum signis Nicolao Borckendorffio præfecto agente, transiens ad arcem, Electorali vidua matre, cum illustri Gynæceo eam salutante & honorifice excipiente, profecta est.

Cæterum gratiarum actione & precibus ad Deum in

emplo peractis, haſtiludia 9. Iunii die inſtituta ſunt, Iohanne-Ludouico Harniſſio caſtella tria in Nicro excitata ſub veſperam accendente, & ſpectatores multis artificioſis ignibus, globisque aliquot ex aquis erumpentibus, qui ſinguli quinquagenis ictibus formidabiles ignem pauonum caudas & cœli ſidera æmulantem diſpergebant, mirifice ad horam vnam atque alteram oblectante. Poſtero die decurſationes equeſtres ludicræ habitæ ſunt, Electore ſub Iaſonis Argonauticique equitatus, & Ioachimo-Erneſto Marchione Brandenburgico ſub Martis Veneriſque habitu, Duce vero Wirtembergico, ne virtus Germanorum veterum obliuioni plane daretur, ſub Areouiſti Sueuorum quondam Regis nomine, in arenam deſcendentibus, & Friderico-Caſimiro, itemque Iohanne Caſimiro Principibus Palatinis Famam, vt feſtiuitas hæc nuptialis omnibus innoteſceret, mirabili inuentione; Nobilibus vero Wirtembergicis celebratas olim bello Amazones cum Regina ipſarum Pentaſilea, vt feſtiuitatis huius participes & ipſæ fierent, in arenam ſecum producentibus. Finem autem ſolennitati huic & feſtiuitati nuptiali, in qua accumbentes ad menſas prandentesque quinquies mille & quingenti numerati ſunt, & tripudia & choreæ à Principibus 12. Iunii habitæ tandem impoſuerunt, principibus quibusque & proceribus aliis Heidelberga poſtmodum diſcedentibus & ad ſuos ſeſe recipientibus.

Ratisbonæ interea ad futura Comitia inſignis præparatio fiebat, & Cæſar quidem cum coniuge 20. Iunii die, Vienna, (Ferdinando Archiduce Vicario ibi interim ſuo relicto & conſtituto,) Lintium, ad Comitia porro profecturus, ſeſe contulit, vbi Staienbergius quidem cum tribus equitum turmis, & quatuor peditum ſignis obuiam ei profectus eſt, Senatus vero eum pulcherrima oratione excepit, & ſub vmbellam ex holoſerico

rubro

Digitized by Google

rubro factam receptum, in templum primo, post deinde in arcem, sequente eum in curru violaceo eius coniuge, traduxit, eoque facto ingens tormentorum passim displosio facta est.

Interim vero dum Cæsar ibi moraretur, Moguntinus, Treuirensis & Colonien sis Electores; Heidelbergensis, Saxoniæ & Brandenburgensis Electorum legati; Leopoldus Archidux; Saltzburgensis, Aichstetensis, Augustanus & Spirensis Episcopi; Princeps Neoburgicus cum tribus filiis, Ludouicus & Fridericus Hassiæ Landrgrauii; Dux Munsterbergicus; Sittensis, Herbipolensis, Cameracensis & sacri Romani Imperii Antistites; Alberti & Maximiliani Archiducum; Pontificis item, & Hispaniæ Regis, Veneti, Sabaudici, Florentini, Lotharingici, Saxonici, Vinarienses, Coburgici, Hennebergici, Angliæ Regis; Hasso-Casselici; Brunsuicenses, Luneburgenses; Badenses; Onoltzbacenses; Culmbacenses; Mechelburgici; Pomerani; Burgauici; Vetterauici; Norimbergenses; Augustani; Argentinenses; Vlmenses; Lubecenses; Oberlingenses; Reutlingenses; Rotenburgenses; Mulhusini; Suinfurtenses; Biberacenses; Campidonenses; Wangenses; Rauenspurgici; Bopfingenses; Bisantinenses; Colonienses; Aquisgranenses & alii Legati, nec non Comes Lippiensis & Comites, Barones procereſq; alii quam plurimi Ratisbonam aduenerunt.

Anno 1613. Sub initium Iulii, colloquium inter Protestantes & Pontificios Durlaci institutum fuit, quo Lotharingici etiam Ducis frater cum duobus Iesuitis, vt colloquio interesset profectus fuerat. At vero cum Iesuitæ Papam iudicem eligendum, exque Patribus, & quidem in lingua Gallica disputandum contenderent: Protestantes vero ad sacram Scripturam prouocantes, ex ea sola & quidem Latina lingua more solito peragendam disputationem dicerent, Iesuitæ conditionem istam oblatam acceptare nolentes, eo quo aduenerant itinere abierunt, & ad suos re infecta reuersi sunt.

falsò

Cæterum cum Senatus Ratisbonensis cognouisset, Cæsarem Lintio digressum, Trablingam, quod vnico saltem miliari Ratisbona distans oppidum est, cum coniuge & vniuersa aula sua 24. Iulii aduenisse, iamque sequenti die ingressum in vrbem suam facere decreuisse, tormenta primum locis oportunis collocari, deinde ciuibus in octo vexillationes distributis & probe armatis stationem suam, ita quidem, vt vexillationes duæ ante portam quatuor à porta ad templum cathedrale vsq; & sic consequenter reliquæ duæ ab vtraque parte disponerentur, assignari curauit. Die Dominica, 25. Iulii, Electores duo Treuirensis & Colonienſis, Ludouicus item & Fridericus Hassiæ Landtgrauii, Saltzburgensis, Aichstetensis & Spirensis Episcopi; Baro Pappenheimius, Comes Hohensollerensis & multi alii ad aulam Electoris Moguntini conuenerunt, inque occursum Cæsaricum mille circiter equis tali quidem ordine, vt Electorem Moguntinum, multi Comites & Barones, vterque Landtgrauius, & tres Episcopi Saltzburgensis in medio, Aichstetensis à dextris & Spirensis à sinistris, præcederent. Moguntini vero latus dextrum Treuirensis, sinistrum Colonienſis Electores clauderent, profecti sunt, cumq; dimidio fere ab vrbe miliari cõueniſſent, equis descendentes omnes Cæsarem, qui & ipse curru quo vectus erat descenderat, eleganti oratione, verba faciente Moguntino, exceperunt. Respondit Cæsar ipsemet, moxque finita peroratione equum conscendit, Electoribus, Principibusque Comitibus & Nobilibus reliquis, coniugem Cæsaris accedentibus, eamque curru egressam similiter oratione aliqua excipientibus, quo peracto ingressus in vrbem ordine sequenti factus est. Agmen tubicines duo & cum eis triginta equites vario colore conspicui; itemque tubicines duo alii & sclopetarii, sclopeta manibus eleuata tenentes viginti quatuor ducebant, sequebantur Electorum, Principum & Episcoporum stabulatii triginta sex, Landtgrauiorum pueri nobiles nouem;

uem;Equites Treuirenſes ſexaginta, alii item cærúleo colore conſpicui quinquaginta, & diuerſorum principum miniſtri itidem quinquaginta, nec non Landgrauiorum iterum pueri nobiles duodecim; incedebant porro tubicines duo cum octoginta duobus equitibus Colonienſibus; ſequebantur pueri nobiles & ſtabularii Moguntinenſes ſexaginta; Sclopetarii equites ad Epiſcopum Saltzburgenſem pertinentes triginta tres cum vno tubicine, nec non Electoris Colonienſis ſclopetarii Equites viginti ſeptem cum vno tubicine; incedebant rurſus tres tubicines cum viginti quatuor nobilibus ad Electorem Treuirenſem pertinentibus; tres tubicines cum triginta nobilibus & duobus canonicis Moguntinis; tres item tubicines cum triginta nobilibus ad Spirenſem & Aichſterenſem Epiſcopos pertinentibus: Æneatores inſuper duo & ſex tubicines ad Electorem Moguntinum pertinentes cum politis admodum & maxime conſpicuis equitibus quinquaginta. Ac tandem qui agmen illud Electorum, Principum & Epiſcoporum claudebant tubicines ſex & prædictorum Electorum, principumque & Epiſcoporum Conſiliarii quinquaginta octo. Agmen porro equitatus ad Cæſarem pertinentis nouum, quatuordecim tubicines, rubro & albo colore conſpicui, ſeptenique incedentes, & tres miniſtri nigro flauoque colore induti, cum Menſore ſiue diuerſoriorum deſignatore Cæſareo, qui ſolus vehebatur, inchoabant; Sequebantur triginta ſex nobiles Auſtriaci; incedebat ſolus Hungarus quidam haſta armatus & pelle Lyncea indutus, qui Georgium Landauium dominum agnoſcebat; Ducebantur equi quinquaginta quinque ephippiis & phaleris precioſiſſimis condecorati ad Bohemiæ, Sileſiæ & Morauiæ proceres pertinentes; Sequebantur equites ducẽti & tredecim colore rubro & cãdido cõſpicui ad prædictarũ regionũ Status pertinẽtes: Progrediebantur nouẽ pueri nobiles Tu-

fenbachici & octodecim pueri nobiles Fürſtenbergici; nec non viginti conſiliarii Cæſaris nobiles: incedebant centum & quinquaginta equites, rubro & albo colore conſpicui; viginti quatuor ſtabularii & duo tubicines nigro flauoq; habitu ornati, cum duobus quibuſdam miniſtris, quorum alter ſimiam tunica rubra indutam, alter Leopardum à tergo collocatum ferebant. Ducebantur porro Equi Cæſaris quadraginta octo, ephippiis & phaleris precioſiſſimis ornati; Incedebant viginti quatuor pueri nobiles, nigro, flauoque & candido veſtitu induti & generoſiſſimis equis Turcicis, quorum ephippia gemmis & auro decorata nitebant, inſidentes. Progrediebatur quidam ſolus cataphractus lanceam Cæſari præferens, itemque puerorum nobilium præceptor cum duobus Equorum domitoribus. Incedebant porro Æneatores duo & tubicines octodecim, nigro, flauo & albo colore conſpicui; Sequebantur dapiferi, aulici, Bohemicique Auſtriaci, Sileſij & Morauici nobiles octoginta; Bohemici item, Auſtriaci, Sileſij & Morauici proceres veſtitu ad ſtuporem preciofiſſimo condecorati ſexaginta tres, Loſenſteinio ſupremo aulæ Maraſchalco ipſis adiuncto. Procedebant porro Comites duo Fürſtenbergici; Georgius-Fridericus Comes Hollachius cum Comite Mansfeldico Satellitum Cæſareorum Præfecto; Hungaricus & Bohemicus Cancellarii. Solus incedebat Adamus Wallenſteinius Prouincialis aulæ Bohemicæ Magiſter. Coniuncti iterum incedebant Comes Fürſtenbergius ſupremus aulæ Magiſter, Maximilianus Lichtenſteinius ſupremus ſtabuli Magiſter & Baro Meggauius ſupremus Camerarius, Landtgrauii duo Darmſtadienſes, & Carolus-Fridericus Münſterbergius. Hos ſecutus eſt ſolus Elector Treuirenſis habitu damaſceno nigro indutus. Cæterum præmiſſis Hungarico, Bohemico, Auſtriaco & duobus Imperii caduciferis, itemque hereditario Maraſchalco Pappenhemio gladium præferente, Cæſar tandem ipſemet equo ſcutulato, ephippio phale-

phaleriſque auro & gemmis nitentibus ornato inſidens, habituque aurato candido gemmis & vnionibus condecorato indutus, aureoque vellere ſuperimpoſito conſpicuus vectus eſt. Latus eius dextrum Moguntinus, ſiniſtrum Colonienſis Electores, ita tamen vt paululum eos Cæſar præcederet, claudebant, Satellitibus eos vtrinque ſtipantibus & comitantibus plurimis. Cæſarem coniunx eius, curru ſuo nuptiali, cuius faſtigio leo argenteus, aurea corona redimitus ſuperimpoſitus erat, vecta, ſequebatur, comitante eam Barone Lambergio Magiſtro eius aulico cum duobus miniſtris cubicularijs. Sequebatur autem Gynæceum Cæſarium quatuor curribus aduectum, incedebant ſclopetarii milites triginta ſex cum tribus curſoribus Cæſarijs, agmenque tandem vniuerſum equites vulgares triginta, cum Cæſaris, Electorumque, Principum item & Epiſcoporum curribus, claudebant. Vt ventum ad portam hoc ordine eſt, Senatus ſub vmbellam ex panno damaſceno flauo factam & aquila bicipiti nigra inſignitam, Cæſarem accepit, geſtantibus vmbellam iſtam ſex Senatoribus, Camerario vero ciuitatis claues ei offerente, eumque eleganti oratione excipiente, cui Iohannes-Ludouicus Vlmenſis Imperij Vicecancellarius Cæſaris nomine reſpondit, qui ſub vmbella iſta ad templum cathedrale inter crebra tormentorum tonitrua profectus eſt, ſex eum poſtmodum Epiſcopis, qui cum multo clero aduentum eius ad gradus templi præſtolabantur, ſub vmbella ex holoſerico rubro facta cum coniuge in templum deducentibus.

Canebatur autem in templo vulgatus Ambroſij hymnus, pulſabantur organa, & benedictionem Cæſari eiuſque coniugi coram altari Epiſcopus Ratisbonenſis impertiebat, quibus ex templo iterum egreſſis, campanæ tota vrbe inter ingentia tormentorum, (quæ tum ſecundo, tertio autem cum ad menſam Cæſar accubuiſſet, exonerata ſunt) tonitrua pulſabantur. Cæterum in vniuerſo hoc

Cæsareæ Maiestatis comitatu, equi mille octingenti octoginta sex, quorum octingenti ad Cæsarem pertinebant, numerati sunt. Leopoldus vero Archidux in occursum Cæsari non profectus fuerat, sed in aula, aduentantem ibi excepturus permanserat.

An. 1613. Pragæ Illustriss. Henricus Iulius Dux Brunsuicensis moritur. Is cū 7. Iulii ab illustri Dn. de Slawota in hortum Cæsareum ad solenne conuiuium inuitatus fuisset, inibique sub aperto cœlo ad multam vsque noctem commoratus, bibendo sese oblectasset, dolorem tandem aliquem ex redundante crapula circa ventriculum percepit. Quare salutatis Regni proceribus, domum se abduci voluit, quo delatus vomitum ciebat, & lecto postmodum compositus somnum ad matutinas horas protrahebat. Expergefactus autem notabilem in omnibus membris lassitudinem sentiebat, aderatque febricula quædam furtiua, quam quidem pulsus frequentior & debilior solito prodebat. Accersitus medicus auctor erat, vt præmisso purgatorio aliquo medicamento vena quamprimum aperiretur. Audiebat quidem consilium princeps & aliquo modo approbabat, sed fastidio medicamentorum ductus, negotium procrastinando de die in diem differebat, quin & perseuerando in solita victus ratione, excundo domo & vinum insuper bibendo, liberiorem morbo in corpus vniuersum libidinem exercendi copiam faciebat. Quarta post die, etsi videretiam fieri aliter non posse, quam vt lecto committeretur, nullo tamen modo ad remedium adhibendum adduci potuit, sed naturę suæ bonitati (sic enim semper profitebatur) confisus, medicinā omnem respuebat, sudorem tamen tandem prouocari sibi permittebat, statimq; altero à sudore die, venam in brachio dextro secari voluit, quo facto morbi primum vehemētia apparuit, manifestaraque est magis magisque febris continua maligna, duplici tertianæ, non quidem propter intermissionem, sed propter exacerbationes quotidianas, quæ bis etiam

etiam in die sentiebantur, correspondens. Ad febrim hanc, etsi ipse sufficere ad magnitudinē periculi facile potuisset, multa tamen insuper symptomata accesserunt, exacerbationes nempe pomeridianæ, vigiliæ nocturnæ, vomitus & diarrhœa bilis æruginosæ cum crassissima pituita coniunctæ, singultus item grauissimus & prope incomparabilis, ventriculi affectiones & alia. Cœperunt etiā paulo post per vniuersum corpus erumpere pustulæ quædam latæ, rubræ omnes & pruriginosæ, quæ in cute manifeste eleuata, sine vllo tamen prædictorum affectuum leuamine, constanter durabant. Ipse tamen medicinam fastidio damnans, & iam fercula omnia respuens, sola cereuisia & vino delectabatur, viamq; sibi ad mortem certissimam sternebat.

Medici igitur ad certam mortis suspicionem deuenientes, labentibus iam indies viribus morbiq; malignitate aucta, ad spiritualia principem remedia animarunt, quæ cum quarriduo ante obitum suum perquam auide assumpsisset, ex miseriarum hoc ergastulo solutus, viam omnis carnis ingressus est.

Eodem hoc mense Ernestus etiam Marchio Brandenburgicus, Electoris frater, qui in apprehendenda Iuliacensis principatus possessione operam superioribus annis fratri fideliſſimam præstitit; cum morbo aliquandiu conflictatus, diem suum obiit.

Ratisbonæ interea cum ad propositionem Comitiorum seu capita de quibus in Comitiis deliberaretur, publicanda locus in curia paratus esset Ciuibus 13. Aug. ab Episcopali aula ad curiam vsque cum signis & vexillis suis vtrinque dispositis & collocatis, Electores, Principes, Comites, Barones, Imperiique Status reliqui, ad aulam Episcopalem, circiter septimam matutinam congregati, Cæsarem in templum cathedrale, indeque in curiam deduxerunt, & in solium ipsi destinatum, quod supra subsellia reliqua aliquantulum eminebat, collocarunt, vbi accersitum ad se Ludouicum Hassiæ Landigrauium,

compellare ſuo nomine præſentes Imperii proceres iuſſit, qui gratias ipſis Cæſareæ Maieſtatis nomine, quod ad Comitia hæc tam beneuole comparuerint, egit, vtque capitum, de quibus deliberatio fieret, ſummam ex ſcripto ipſis iam prælegendo cognoſcerent, omnes hortatus eſt.

Prælectum eſt deinde ab Imperii Secretario Duchero ſcriptum aliquod ſatis prolixum, cuius hæc erat ſententia, non dubitare Cæſarem, quin conſtet Electoribus, Principibuſque & Statibus Imperii vniuerſis, tam præſentibus quam abſentibus, quanta cura & ſolicitudine erga communem Imperii ſalutem teneatur. Quemadmodum igitur gratum acceptumque habeat, quod Electores Principes Statuſque Imperii partim in perſona, partim per Legatos ſuos ad conſtituta iſthæc comitia comparuerint, ita neceſſarium ſibi & vtile videri cauſas, cur comitia iſthæc indicta fuerint, paucis hic repetere. Se quidem poſtquam ſublato è viuis Rudolpho II. beatiſſ. recordationis fratre ſuo Cæſare, per diuinam prouidentiam legitimo & ordinario modo in Imperatorem Francofurti electus & Rex coronatus eſſet, nihil prius nihilque antiquius habuiſſe, quam vt paci dignitatique Imperii conſeruandæ modis omnibus ſtuderet, omniaque quæ eam turbare & infringere poſſe viderentur, impedimenta abrogaret. Hoc igitur fine, quod ſtatim poſt electionem & coronationem ſuam Francofurti præſentibus ibi Electoribus promiſerit, & publicis literis omnibus notum fecerit, Comitia iam celebrare decreuiſſe, quibus de iuſtitia & rebus ad forum Cameræ pertinentibus, obſeruata tam Eccleſiaſtica religionis, quam prophana conuerſatiouis & ſocietatis humanæ pace publica, nitori ſuo priſtino reſtituenda omnique in Imperio, qua alter aduerſus alterum armati hactenus viſus ſit, exorta ex male conſtituta iuſtitia diffidentia abroganda; de mediis item patriam à periuro Chriſtiani nominis hoſte Turca eiuſque crudelibus machinationibus vindicandi

candi & conseruandi, deque rei monetariæ confusione tollenda & de matricula Imperii redintegranda deliberatio matura susciperetur. Capita quidem ista omnia ita comparata esse, vt totius Imperii salus ab illis dependeat, iustitiæ enim in Camera Imperiali cursum impeditum hactenus, annuasque visitationes intermissas longo iam tempore fuisse. Extitisse autem inde in animis hominum perniciosam diffidentiam, quæ alterum aduersus alterum ita armarit, vt nisi malo huic tempestiue subueniatur, pax tandem omnis tam religionis, quam ciuilis conuersationis cum certa patriæ pernicie & euersione interitura sit. Quod ad alterum de Imperio à crudelibus Turcarum machinationibus vindicando inque pacem constantem adserendo attinet, negari quidem non posse, Rudolphum felicissimæ recordationis fratrem suum, Cæsarem post diuturnum admodum & cruentissimum bellum pacem cum crudelissimo hoste, quæ ab anno post millesimum sexcentesimum septimo ad viginti annos duraret, fecisse, tametsi vero ea & iureiurando & subscriptione confirmata tum quam optime fuerit, & manifeste satis tertio sextoque articulis, quid de Christianis Prouinciis, maxime vero de Transyluania post Botscaii mortem fieri deberet, expressum perscriptumque sit, nimirum Christianis prouinciis damnum nullum inferendum, Transyluaniam vero, Botscaio sine hærede masculo defuncto, ad Regem regnumque Hungariæ remittendam omnino esse, Sultanum tamen Turcicum contra expressas hasce conuentiones, post factas cum Persarum Rege inducias, inquietorum quorundam hominum instinctu eousque progressum esse, vt Walachia Moldauiaque Prouinciis occupatis, perniciosas in Transyluania dissensiones excitarit; nullo quidem alio fine, quam vt intestinis dissidiis fractam & debilitatam Prouinciam istam ex improuiso tandem opprimat & sibi subiectam reddat. Tametsi autem pro conseruanda pace Andream Negronium Con-

ſtantinopolim miſerit; & Sultanum, vti à Tranſyluania abſtineret, & nihil in eam hoſtile contra expreſſos pacis articulos tentaret, tempeſtiue monuerit, nihil tamen profeciſſe. Sultanum enim expreſſe reſpondiſſe, ſe quidem à Tranſyluania, in qua ne lapidem quidem vllum Chriſtianis concedat, abſtinere nec velle nec poſſe, quemadmodum id ex literis etiam Naſſuffenſis & Budenſis Baſſarum, nec non ex tyrannicis Turcarum machinationibus conſtet, quibus aliquot pagos ſibi ſubiecerit, pecoribus hominibuſque, inter quos etiam nobiles non pauci fuerunt, in perpetuam captiuitatem abductis. Sultanum certe ipſummet ſub veris initium finibus ſuis egteſſum, præparationem ad bellum feciſſe, licet vero tum Conſtantinopolim redierit, renunciatum tamen non ita pridem à Batorio eſſe, eum cum duabus cohortibus impetum in Tranſyluaniam iam feciſſe, peticulumque eſſe ne Lippa, Genecum, Waradinum & loca alia obſidione cingantur, nam & Cronoſtadium nuncium à Sultano nuper veniſſe, qui ad fidelitatis iuramentum ipſi præſtandum habitantes iſtis in locis Saxones adigat. Iam vero ex ſitu iſtius loci ſatis apparere, quid cauſæ ſit, quod Ferdinandus quondam & alii Imperatores de Tranſyluania à Turcis vindicanda tantopere laborarint, cum nimirum ita ea comparata ſit, vt hoſti, ad Hungariam & loca alia ſub iugum ſuum mittenda, cõmodare quam plurimum poſſit. Præterea tametſi à Turcis nihil periculi eſſet, omnibus tamen conſtare quantum ad conſtituta in finibus propugnacula præſidiis neceſſariis munienda pecuniæ requiratur, quamque neceſſarium ſit, vt in finibus Caniſæ duo adhuc noua propugnacula excitentur. His igitur & aliis de cauſis petere Cæſarẽ, vt Electores, Principes & Status Imperii, conſiderato, in quo omnes verſentur communi periculo, ad contributionem aliquam honeſtam quinque proxime ſequentibus annis faciendam conſentiant, promittere enim Cæſarem ſe quidem cauſam Turcis ad inſtaurandum bellum

minime

minime præbiturum, at vero lacessitum officio suo nequaquam defuturum, sed & in propria persona vt antea fecerit, ad extremam vsque sanguinis guttam aduersus hostem pro patria depugnaturum. Cæterum cum in Comitiis Anno supra millesimum quingentesimum nonagesimo quarto & nonagesimo octauo, in deliberationem quoque venerit, quomodo stipendiorum solutio commodissime fieri posset, nihil tamen ea de re conclusum fuerit, necessarium quoque Cæsari videri, vt de moderatione stipendiorum aliqua ita facienda, vt tam à præfectis tribunisque, quam à vulgo militum, maior communis vtilitatis salutisque patriæ & famæ suæ quam priuatæ vtilitatis ratio habita videatur; deliberatio ab Electoribus principibusque & Statibus Imperii fiat. Tertium propositionis caput rem monetariam concernere, cum enim multæ ex hac re confusiones in Imperio hactenus exortæ sint, quod & monetam reculam monetarii deprauarint; & mercatores circa valorem monetarum pro libitu vel augendum & amplificandum, vel minuendum strenue desudarint, operæ precium facturos Electores, principes & Status, si certi aliquid hac de re concludant, & certum quendam monetarum valorem, qui per vniuersum Imperium postmodum constanter seruetur, constituant. Præterea cum imperii matricula multis modis hactenus imminuta fuerit, & iam de quatuor equitum & viginti peditum millibus, expeditionibus Imperialibus Anno supra millesimum quingentesimo vicesimo primo Wormatiæ Imperio adsignatis, ne dimidia quidem amplius pars supersit, alibi vero ostensum fuerit, quam multum Reipubl. interfit, si numerus iste iterum compleatur, Cæsarem quidem, Electores, principes & Status Imperii, vt de hoc quoque capite deliberationem suscipiant, monitos & rogatos velle. Cæterum cum regiones quasdam ab Imperio abalienatas exteri quidam principes annos iam aliquot possideant, Electorum, principum Statuumq; arbitrio Cæsare permittere,

an de illis Imperio iterum coniungendis, & ſimili abalienatione inpoſterum prohibenda, poſt hæc capita conſultationem ſuſcipere velint. Ad extremum cum per ſeſſionis controuerſiam tractatio in omnibus fere comitiis non ſine ſummo omnium incommodo impedita fuerit, repetere quidem Cæſarem, factam de hoc capite Annis ſupra milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimo ſexto, octogeſimo ſecundo, nonageſimo quarto, nonageſimo octauo, & ſupra milleſimum ſexcenteſimum tertio Imperatoriam declarationem, quod nimirum ſtandum ſit cœptis ante hæc tempora proceſſibus, & promittere ſe finitis hiſce conſultationibus, id quibuſdam ex Electoribus, principibus & Statibus Imperii reliquis negotii daturum, vt quouſque proceſſum quilibet ſuum perduxerit, cognoſcant, & ad ſe referant, quod iuſtum & honeſtum futurum ſit, ſtatuere in cauſa iſta poſſit, interim vero partes monere, vt tam circa ſeſſiones ordinandas, quam circa ſuffragia & vota colligenda amice ſecum inuicem agant, & magis ad communem vtilitatem, quam ad priuatum cuiuſque commodum reſpiciant. Hæc igitur eſſe capita, de quibus hiſce Comitiis deliberandum ſit, cumque talia ea ſint, vt ſalutem totius Imperii ab illis dependere conſtet; monere etiamnum & petere, vt Electores, Principes & Status Imperii ea ſibi commendata habeãt, ſeque circa inſtituram de illis deliberationem tales præſtent exhibeantque, quales eos in primo hoc Comitiorum à ſe indictorum actu futuros perſuaſum ſibi omnino habeat.

Cæterum à magna parte proteſtantium & vnitorum Electorum, Principum Statuumque imperii legatis ſcriptum paulo poſt Cæſari exhibitum fuit, quo de grauaminibus quibuſdam & omnibus, quibus viuente Rudolpho II felicisſimæ recordationis Cæſare, longo iam tempore grauati fuerint, conqueſti, eorum abrogationem & alleuationem fieri petierunt. Et quandoquidem, inquiunt, longo iam tempore multis & variis oneribus proteſtantes Imperi

perii Electores, Principes & Status se grauatos deprehenderint, eorumq; alleuationem aliquam & abrogationem à Cæsare Rudolpho feliciss. recordationis expetitam aliquoties impetrare & obtinere hactenus non potuerint, iam vero post eius mortem, spem bonam de Cæsare in fratris defuncti locum suffecto conceperint, fore, vt quemadmodum magno pacis in Imperio conseruandæ desiderio flagret, ita de remouendis, quæ eam impedire possint, obstaculis, abrogandis remorisque è medio tollendis omnibus non parum sollicitus sit, non posse se quin grauamina ipsi sua exponant, eorumque alleuationem & abrogationem fieri quam primum experant; confirmantes simul Cæsari, nihil sibi gratius accidere in vita hac posse, quam si oneribus istis leuati cum reliquis Electoribus, Principibus Statibusque Imperii sibi vt membra vnius corporis coniunctis, amice & quiete viuere Cæsaremque, si necessitas ita postulatura sit, communibus votis & auxiliis subleuare possent. Principio igitur recordari Cæsarem facile I.
posse, longo iam tempore non protestantes solum, sed & alios de consilio Maiestatis Cæsareæ aulico conquestos esse, quod nimirum consilium istud iurisdictione sua supra modum amplificata potestatem sibi plenariam de Statibus Imperii tam in politicis & profanis, quam in Ecclesiasticis & religionem concernentibus negotiis iudicandi & cognoscendi, vendicare & adscribere non dubitarit. Hoc autem graue admodum & veteribus Cameræ Imperialis constitutionibus omnino contrarium esse, in quibus expressum satis manifeste sit, ad quodnam iudicium qualemque iudicem causa quælibet pertineat, vnde etiam supremum & vltimum Sacri Romani Imperii iudicium illud semper habitum fuerit, à quo nihil sibi Imperatores reseruarint, quam vt in causis fractæ pacis & feudorum instaurationis cognoscere sibi liceret, reliquis causis omnibus ad Cameram remissis. Quæ cum ita se habeant, sperare Electores, Principes & Status Imperii protestantes futu-

rum, vt Cæsar in constitutione ista, tanquam publica & pragmatica sanctione lubens acquiescat, & non permittat, vt ab ea in Statuum Imperii præiudicium discedatur; neq; dubitare, quin futurum sit, vt Cæsar, in grauissimis & integros Principatus, Ducatus, Comitatus, concernentibus causis, laudabili maiorum suorum exemplo, nihil sine Electorum Principumq; aliorum consilio statuere & decernere consentiat. Principes certe, & Status protestantes, cum constitutio hæc Imperii manifesta sit, non immerito grauiter molesteq; hactenus tulisse, quod contra eam, consilium aulicum conatum sit, in causis religionem & pacem eius concernentibus, indifferenter mandata sine clausula in præiudicium & perniciem Protestantium promulgare, & commissione in iisdem causis decernere, facta Commissariis potestate ad conclusionem vsque causæ procedendi, & causas ita conclusas ad aulam Imperialem pro finali sententia obtinenda transmittendi, non sine summo partium incommodo & detrimento, ob beneficia appellationis Statibus hac ratione, quibus tamen subditi Statuum, quasi melioris conditionis, quam ipsi Status essent, semper fruantur, denegata. Experientiam certe docuisse, ad eiusmodi commissiones vel meros & solos Romano-Catholicos, vt ante hæc tempora in causa Aquisgranensi, Haganoensi, Dinkelspulensi & aliis factum, adhibitos fuisse, vel si forte quidam ex Protestantibus in societatem protracti fuerint, finalem tamen & decisiuam sententiam consilio aulico reseruatam, atque ita cum eo-
II. dem quo antea periculo coniunctam semper fuisse. Præterea periculosas admodum inquisitiones in Protestantium census redditusque & prouentus annuos inaudito
III. superioribus annis exemplo factas esse. Sed & in causis ad Cameram iam deuolutis & ibi pendentibus inhibitiones aliquoties factas, easque sæpe etiam conclusas & iam iam publicandas in aulam reuocatas esse, vt taceant quantis cum

tis cum præiudiciis Imperii conſtitutiones declaratæ, quamque inuſitatis & conſtitutionibus Imperii contrariis conſeruatoriis Status Imperii grauati fuerint. quæ omnia eiuſmodi ſint, vt extrema requirente neceſſitate Electores, Principes Statuſque proteſtantes non potuerint non de illis mature corrigendis & abrogandis apud Cæſarem inſtare; petentes, vt veteres Cameræ Imperialis Conſtitutiones ſartæ tectæ conſeruentur, & Status proteſtantes nouis proceſſibus non grauentur, ſed cauſæ omnes ad ordinaria debitaque loca & nominatos in conſtitutionibus receſſibuſque Imperii iudices remittantur, ne Imperii Status & ſubditi deteriori, quam Status aliarum regionum regnorumque (quorum aliqua præterquam quod hæreditaria ſint, nullas capitulationes agnoſcant, & tamen iudicia ſua prouincialia ex indigenis conſtituta omniaque beneficia iuris ſalua habeant,) conditione ſint, vt item nihil in iudiciorum à Statibus bene laudabiliterque conſtitutorum præiudicium fiat, ſed ſuus Cameræ Imperiali ſine vlla inhibitione vel auocatione cauſarum curſus relinquatur: moleſtæ illæ & diſcrepantes commiſſiones, inquiſitiones, conſeruatoria & euocationes intermittantur, & in caſibus Cæſari peculiariter reſeruatis conſentiens omnino cum conſtitutionibus Imperialibus proceſſus ratio conſilio aulico præſcribatur, iuſtitiaque omnibus ſine vllo partium ſtudio adminiſtretur. Vt item omnia iſta Actis & Receſſui horum comitiorum inſerantur, atque ita conſtitutiones Imperii veteres, priuilegiaque immunitates & conſuetudines Statuum confirmentur, ſua inprimis afflictæ ciuitati Thonauerdæ, quæ eadem proceſſus & mandatorum celeritate præuenta, inque miſerum iſtum ſtatum præcipitata, reſtitui in integrum hactenus non potuerit, libertate reſtituta, cum fieri nequaquam poſſit, vt duo ſuprema iudicia à Statibus ſimul conſeruentur, ſed neceſſe ſit vel abrogari

omnino iudicium Cameræ, vel constitutiones eius sartas
IV. tectas conseruari. Postquam deinde in ipsam etiam Cameram vitia quædam irrepserint, rogatum simul Cæsarem Protestantes velle, vt ea itidem tollantur & corrigantur. Ex illis autem haud postremum esse, quod iudicis Cameræ & præsidis officium aliquot iam annis à solis Romano-Catholicis administratum fuerit, iamque in eo sit, vt officium istud in vno tantum ordine semper conseruetur; cum tamen constitutionibus conueniens sit, vt politicus quidam iudex siue præses, dummodo is haberi possit, Ecclesiastico præferatur, quemadmodum id etiam ab initio Cameræ ad Annum vsque millesimum quingentesimum sexagesimum nonum laudabiliter factum fuerit, multis tempore isto politicis Principibus, Comitibus & aliis proceribus, Ecclesiastico vero vno duntaxat ad offi-
V. cium istud adhibitis. Cognouisse iam ante Cæsarem, quod generoso nuper Henrico à Limpurg acciderit, qui cum (postquam Comes Hohensollerius resignato Præsidis officio iam decessisset, & vxorem familiamque suam abduxisset) à duobus Imperii Vicariis Palatino & Saxone, Cameralibus propositus præsentatusq; esset, non sine insigni dedecore & Vicariatus imperii contumelia, discedere in se & ad sua, reuocato clam Hohensollerio Comite, redire coactus fuerit, idque solo religionis intuitu. nam tametsi tum non resignasse Hohensollerium Camerales dixerint, contrarium tamen vt ante, sic postmodum etiam verum deprehensum fuisse. Petere igitur Protestantes Cæsarem, ne illatam hanc Vicariis contumeliam inultam habeat, sed veritatem inquirat, Protocolla eius temporis tempestiue & durantibus adhuc Comitiis istis allata Statibus exhibeat, & in posterum circa iudicem Cameræ & præsidem constituendum vtriusque religionis rationem habendam curet: maxime vero peractas ex officio, interregni tempore, à duobus Vicariis Palatino & Saxone actiones confirmet, Senatus Aquisgranēsis pro conseruanda pace

da pace & sanguinis profusione vitanda constitutionem, itemque remissoriale illud in controuersia, quæ inter castellum & ciuitatem Fridbergensem hactenus extitit, factum decretum: nec non institutam ciuitatis Bibracensis nomine commissionem ratam gratamque habeat. Non posse autem Status Cæsaris non significare, quod, cum durante Vicariatu, Camera Vicariatus sigillo etiamnum careret, atque ita processum decernere nullum posset, Georgius-Fridericus à Iungen processum aduersus cognatum quendam suum, à Vicario Palatino expetens, vt is decerneretur, & partibus insinuaretur, impetraret, postquam vero vicariatu per electionem noui Imperatoris finito, causa ista ad Cameram Imperialem, quo etiam pertinebat, remissa esset, & vero citationem ad reassumendum à Camera, Actis Vicariatus in originali ei simul oblatis is expereret, Actio omnis & processus non solum pure & simpliciter ipsi denegatus, sed etiam Acta omnia, ita vti erant obsignata, ei reddita fuerint, vt ita inde colligi satis possit, in quãta auctoritate & æstimatione Vicariatus duorum Palatini & Saxonię Electorum apud plerosque Cameralium fuerit, Cæsarem itaque Protestantes rogare, vt facta inquisitione non permittat Cameralibus, eiusmodi quid aduersus suprema ista præcipuarum Electoralium familiarum regalia & iurisdictiones tentare. Præterea hoc etiam molestum & graue Statibus esse, quod in promotione Adsessorum Cameræ, Protestantes licet loco isto dignissimi, propter solam religionem prætereantur, & alii, licet exigua eruditione præditi, quin imo parum in iure versati ipsis præferantur; sublata hac ratione protestantium Adsessorum æqualitate, & numero eorum adeo imminuto, vt vix duodecim numerentur, reliquis omnibus Romanæ religioni addictis. Petere igitur Protestantes Status, res in Camera ita constitui & ordinari, vt vtriusque religionis par sit Adsessorum numerus, & Acta æqualiter inter eos distribuantur, æqualitate ista in Cãcellaria etiam VI.

VII. ſonſtitutã. Quantum interſit Reipub. ordinarias viſitationes fieri, nolle ſe quidem multis iam inculcare, rogare tamen Cæſarem, vt eas iterum inſtituat, operamque det, ne quis Princeps, quod Bipontino acciderit, prætereatur, nec propter Magdeburgenſium de ſeſſione diſceptationem, hoc viſitationis negotium, cum viſitatio Cameræ res mere politica ſit, atque ita religionem minime concernat, diutius intermittatur: maxime cum Archiepiſcopus Magdeburgenſis, ratione territorii Saxonici, ius præſentandi habeat, & ad Cameræ conſeruationem contribuere, oneraque Imperii ferre itidem, vt alii cogatur. Sed & hanc in Camera Imperiali inæqualitatem animaduerſam hactenus fuiſſe, quod Romanæ religioni addictis mandata ſine clauſula & alii proceſſus aduerſus Proteſtantes communicati & decreti: his autem aduerſus illos, etiam in caſibus ſimilibus, denegati fuerint, ſupplicationibus ipſorum neglectis, & probationibus, quæ ſup-
VIII. plicationibus additæ fuerant, plane ſuppreſſis. Quemadmodum etiam Prouincialibus & aliis Eccleſiaſticis perſonis, quæ Status Imperii non ſunt, actiones aduerſus Proteſtantes in cauſis religionis permiſſæ fuerint, petere igitur proteſtantes iſta omnia, tanquam conſtitutionibus Imperii & paci religionis contraria apud Camerales abrogari, eoſque ſimul moneri, vt priuilegia, ſtatuta & conſuetudines Statuum honeſtas, tam in decernendis proceſſibus, quam in iudicando, pro tenore Conſtitutionum Cameralium, melius quam antehac factum, obſeruent. Iiſdem moleſtiis Proteſtantes etiam in Rotuillenſi iudicio affectos fuiſſe, Adſeſſoribus eius iudicii vanis proceſſibus Proteſtantes grauare non dubitantibus, rogare igitur Cæſarem, vt inhibitionem ipſis faciat, & priuilegia ſua Statibus cõtra nouas iudicii iſtius clauſulas cõfirmet. Circa prouincialium comitiorum indictionem, corumque deliberationes, inhibitionem Statibus facere aliquos auſos fuiſſe, quẽadmodũ in expeditione Rhetica,

& cauſa

& causa Thonawerdica factum. Quin & in superioribus IX.
aliquot Imperii Comitiis Sessiones protestantibus sine vlla legitima causa denegatas fuisse: quemadmodum idem iam etiam futurum animaduertatur, quosdam ad Comitia non inuitatos, aliquibus noua indulta irrogata fuisse. quæ omnia vti corrigantur & abrogentur, Status maximopere rogare. Cæterum cum Statibus Protestantibus à Romanæ religioni addictis aliis, non parum molestiarum in aliis etiam rebus exhibeatur, non posse eos intermittere, quin breuiter illis commemoratis Cæsarem rogent, vt auctoritate sua interposita Protestantes molestiis illis leuet, vtque tranquille & amice inuicem viuere efficiat. Et X.
primo quidem molestum esse Protestantibus, quod cum pax religionis eo fine constituta sit, vt medium quasi esset & vinculum cõseruandæ inter Status Imperii omnis concordiæ, ab aliquibus pacis osoribus in siniſtrum & peregrinum sensum ea trahatur, quasi ad tempus tantum permissa sit, nec liceat religionem Protestantium ante constitutam istam pacem non professis, eam in posterum profiteri. Multo minus vero permissum esse Protestantibus reformationem monastetiorum & templorum in suis regionibus facere: quasi declaratio à Ferdinando Cæsare facta, propriaque eius manu & sigillo, Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto confirmata, iam inualida sit. Molestum autẽ Protestantibus & illud esse, XI.
quod primarii quidam in Ecclesiasticorum subsellijs proceres debita sua sessione excludantur, quidam etiam ad Comitia non inuitentur, etiamsi negari non possit, legitime eos & secũdum Ecclesiastica statuta ad prælaturas istas electos & postulatos esse, idque eam solum ob causam, quod Euangelicam religionem profiteantur, quod ipsum vero in contumeliam Protestantibus vergat, & ad diffidentiam inter Status Imperii magis magisque augendam quam plurimum faciat. Nouum omnino & inauditum in Romano Imperio esse, Statum aliquem fidelem & onera

ſua cum aliis portantem, ſua dignitate non præmiſſa prius legitima cauſæ cognitione priuari, atque ita ab executione
XII. proceſſum aduerſus ipſum inchoari. Sed & hoc negari non poſſe, quod iuramenta & pacta beneficiorum in cathedralibus Eccleſiis equeſtribusque dignitatibus ita exaſperentur, & Proteſtantibus omnis ad ea aditus intercludatur, quemadmodum etiam non permittatur amplius, vt proteſtantium aliquis, in pagis locisque aliis Romanæ religioni deditis miniſtros Euangelicos habeat, quarum quidem moleſtiarum cum Legati ſiue Nuncii Pontificis magna ex parte auctores ſint, petere Proteſtantes, vt Cæſar Romano Pontifici eiusque Nunciis, tantum iuris in poſterum minime permittat, nec concedat, vt in detrimentum & præiudicium Statuum Imperii, in cauſis matrimonialibus, & gradibus etiam diuino iure prohibitis, pro libitu ſuo diſpenſet, cuius rei exempla etiam inter primarias perſonas nota ſunt, quibus factum, vt ſuperioribus Statibus vaſalli aliqui etiam inuitis dati ſint. Moleſtum præterea Proteſtantium Statibus eorumque ſubditis eſſe, quod quantumuis ſuſpenſa, per pacem religionis, in cauſis matrimonialibus, decimarum item & noualium, ſpirituali iuriſdictione, ad Pontificia & Romana Conſiſtoria & iudicia Eccleſiaſtica remittantur, vbi quidem ſententias nullo partium fauore grauatas expectare haudquaquam poſ-
XIII. ſint. Paci religionis & Chriſtianæ dilectioni cõtrarium omnino eſſe, quod in Romano-catholicis locis defunctorum Euangelicorum corpora ad inhoneſta loca remittantur, & ſine conſuetis funeralibus ſolennitatibus, vt locis aliquibus factum, ſepeliantur; quod item Euangelicis omnino non concedatur, vt exercitio religionis ſuę alibi interſint, quodque habitatio ipſis in locis Romano-Catholicis denegetur, neceſſitate ipſis impoſita, vt, loco liberi ſpontaneique diſceſſus pace religionis ipſis acquiſiti, cogantur cum omni ſua familia ad loca alia exiguo admodum præſtituto tempore migrare, & bona ſua, modo plane im-

ne impossibili, diuendere, relicta post se decima eorum parte, & testimonio tamen omni vel natiuitatis vel honestæ conuersationis ipsis denegato: quin & hæreditariis sæpenumero paternis maternisque bonis per vim ipsis ereptis atq; detentis. Paci religionis contrarium esse, quod XIV.
Romano-Catholici quidam Status, ad iniquas prouinciarium querelas, census prouentusque & redditus Monasteriorum, quæ in Protestantium ciuitatibus sita sunt, detineant, quod in ciuitatibus Imperialibus, si quid ministerio Ecclesiæ ab Euangelico legatum sit, decimam de eo partem religionis odio detinuerint, quod relictorum Orphanos in Hospitalia nõ recipiant, vel receptos si ad Romanã religionem accedere recusent, illico inde iterum eiiciant & exturbent, & quod ciuitatum Imperialium ministros, etiamsi exercitium religionis iam ante factam religionis pacem habuerint, ex pagis iurisdictioni suæ subiectis, profligent & eiiciant. Statibus insuper Imperii à Prouinciali in Sueuia iudicio molestias plurimas creati: contra quas nec mandata Cameralia quid proficiant, nec appellationes ad Cameram admittantur. rogare igitur Status, vt Cæsar necessitatem imponat Cameralibus, pendentes in Camera Austriacas exemptionis & appellationis causas promouendi. Conaros fuisse hactenus aliquos, constitutis deputationum diebus res quasque per vim quasi obtinere, & Status ad deputationes istas proficiscentes Catholicos magna parte perpetuare. Cum vero id magno Euangelicis Statibus præiudicio sit, vt in futuris extraordinariis reuisionibus meminisse huius molestiæ Cæsar velit, maxi- XV.
mopere eos rogare. In superioribus aliquot Comitiis, maxime vero in consilio Principum animaduertisse protestantium Status, tam in religionis, quam in spõtaneæ contributionis causis, ad pluralitatem votorum cõclusionem factam fuisse, votis Protestantium, tametsi ab aliis non dissenserint, non consignatis vel æstimatis. illud autem magno Protestantibus præiudicio esse, cum Romano-Ca-

Digitized by Google

tholici votis ſuis Proteſtantibus longe ſuperiores ſint, & cõcordare in cõſultationibus ſuis facile poſſint. Quinimo multi in conſilio Principum ex Eccleſiaſticorum numero ſint, qui vel parum vel nihil omnino hactenus contribuerint, voto tamen ſuo contributionem ab aliis faciendam mirifice promouerint; quemadmodum etiam ſæpenumero accidat, vt in conſilio Principum conſultationibus, Status aliqui quorum intereſt, adeſſe non dubitent. Non poſſe autem grauatos Proteſtantium Status hunc proceſſum (in ſuam quippe perniciem omnino directum) ferre diutius, cum nullæ ipſorum in conſiliis iſtis partes ſint aliæ, quam vt vota maiora excipiant, & illis ſe ſubiiciant; qua de
XVI. re proteſtatum iam quam optima forma velint. Ad extremum Proteſtantes Status in conſcientiis ſuis maximopere grauari, dum iuſiurandum feudale quibuſdam in locis eiuſmodi quod ad Sanctos directum ſit, præſtare cogantur, rogare igitur Cæſarem, vt cum religioni Euangelicæ è diametro id repugnet, auctoritatem ſuam tempeſtiue interponat, & ne ab vſitata iuramenti formula recedere cogantur, prohibeat. Hæc igitur grauamina cum ita comparata ſint, vt facile animaduerſurum Cæſarem ſperent, cauſæ ſatis habuiſſe Proteſtantes ea & proponendi & vti abrogentur modis omnibus expetendi, ſubmiſſe Cæſarem rogatum velle, vt tanquam pacificus Imperator, qui inter communes Imperii Status æqualitatem abſque vllo vel religionis vel alterius cuiuſdam rei reſpectu conſeruare propẽſus ſit, omnem eo curam ſolicitudinemque ſuam conuertat & dirigat, vt grauaminibus iſtis Proteſtantes hiſce Comitiis leuentur, & notum omnibus fiat, paratum eum eſſe iuſtitiam omnibus adminiſtrare, & ſua cuique priuilegia ſarta tecta conſeruare: cum præſertim medium hoc ſit vnicum, quo diffidentia perniciosa ex Statuum animis ſublata periculum omne à finibus imperii propulſari poſſit. Poſtremo cum grauamina iſta non noua, ſed aliquoties iam propoſita & repetita ſint, abſque vlla procraſtinatione

ſtinatione leuari ſe iſtis Proteſtantes petere, promittentes viciſſim iis ſe leuatos, ad omnia, quæ ad ſalutem publicam Cæſarisque & totius Imperii dignitatem conſeruandam profutura ſunt, deliberanda, conſtituenda & promouenda paratiſſimos fore.

Anno 1613. Spinola per æſtatem hanc nouam in Belgio nauigationem ſiue ductum, quo naues ex Hiſpania & aliis locis venientes, in Flandriam Brabantiamque, Selandia omnino omiſſa, pertingere, & Dunquerca, Oſtenda Blanquenbergaque per nouos meatus Brugas atque Antuerpiam vſque nauigare poſſint, parari multis ſumptibus incredibilique labore curauit, vnde damnum quidem Selandis, quod ſex millionibus annuis reparari non poſſit, vectigalium imminutione illatum, vulgo perhibetur.

Anno 1613. Secundo Septemb. die, Maximilianus Archidux Ratiſbonam aduenit, quem Cæſar cum Leopoldo Archiduce curru vectus, Haſſiæ item Landgrauii & tres Neoburgici Principes, qui in occurſum ei profecti fuerant, honorifice exceptum in vrbem cum inſigni comitatu deduxerunt.

Sequenti vero die Ratiſbonẽſis Epiſcopus Wolffgangus nomine, exquiſitiſſimis calculi doloribus cum vrinam reddere diebus aliquot non potuiſſet, extinctus eſt, cui funus 7. Septemb. honorificum admodum factum, tribus Electoribus Eccleſiaſticis, multisque Epiſcopis & Proteſtantium etiam aliquibus, maxime vero Mareſcalco Pappenheimio in templum illud, vbi altaria ſimul omnia nigro panno crucibus candidis inſignito ſtrata obuelataque cernebantur deducentibus.

12.80

ACADEMIÆ SCHOLÆQVE PER EVROPAM ILLVSTRES; RHAPSODICA collectione: sed potissimum ex Iacobo Middendorpio.

BRITANNIÆ MAGNÆ.

ABERDONIENSIS in Scotia, auspiciis Iacobi III. Regis collegio exornata fuit à Gulielmo Elphinstonio 1480. tum temporis Cancellario regni. Multum ei lucis circumdedit Hector Boethius, in omni Philosophiæ & Theologiæ genere eruditissimus, Historicus egregius, anno 1526.

Cantabrigiensis Academia instituta anno Domini 630. à Sigeberto Anglorum Orientalium rege. Alii longe antiquiorem affirmant, auctorēque eius faciunt Cantabrum Hispanorum regē, per seditionem suorum patria pulsum, qui hospiti aliquam relaturus gratitudinē fundarit sedem illam ibi bonarū artium, quarum alioquin erat callentissimus. de qua opinione viderint Oxonienses. Hoc constat, collegia illa omnia egregii operis, esse structuræ recentioris, clarissimi tamen viri inde oriundi: quemadmodum & parentum æuo ibidem floruerunt, & inde prouenerunt vtriusque Linguæ eruditissimi.

Carleonēsis Schola antiquitus celebrabatur in Anglia. sed nunc aut intercidit, aut alio nomine oportet viuat.

Glasquensis in Scotia, Archiepiscopali sede insignior est, quam abundantia Scholasticorum. Originem habuit 1454. auctore Turnbullo loci Præside.

Legionensis Vniuersitas, à Legionum vrbe, quam nunc Sarisbe-

Sarisberiam vocant, laudatur Galfrido Monumetensi & Joanni Balæo, tanquam ducentorum Philosophorum sepulcris celebris, qui astronomiam cæterasq; artes docti, cursus stellarum exactissimè obseruarent, prodigiaque euentura Arthuro regi veris argumentis prædicerent; cui præfuit quondã ob eminentem eruditionem Maugantius Genethliacus Britannus, clarus anno Christi 470. Verum an hæc dicuntur à testibus omni exceptione maioribus?

Londinensis Schola, fundata est Patrum ætate circiter 1489. per Joannem Coletum, Viuis, Mori, Erasmi scriptis alioqui notissimum; in qua ciuium suorum liberi gratis erudirentur, sub Henrico VII. Anglorum Rege. Et verò viguerunt ibidem integræ quasi præstantissimorum virorum cohortes integro quinquaginta annorum spatio; Joannes nimirum Miluerton, Gul. Hanabergius, Joannes Souule, Richardus Pacæus, Thomas Linacer, Thomas Morus, Joannes Lelandus, Gul. Montioius, Gul. Latamerus, Gul. Gloccinus, Gul. Lilius: ne recenseam transmarinos, Polydorum Virgilium, Desiderium Erasmum, Ludouicum Viuem, Hadrianum Junium, aliosq;, omnes commatis optimi.

Oxonienſis Vniuersitas ortum suum debere putatur Aluredo Occidentali Angliæ Regi, hortante Neoto Edulphio monacho, anno Christi 872. Exinde publica priuataque Principum Præsulumque munificentia, amplissimis structuris reditibus ac priuilegiis exornata est; habetque collegia Hallasq; aliquot viginti, Regum Aulis nihilo inferiores. Nouum ei splendorem inuexit egregius vir Thomas Bodlæus, instituta nuperrimè Bibliotheca publica; quæ si recta fuerit dispensataq;, ex conditoris præscripto, omnium totius orbis librariarũ luminib. facile obstruxerit.

Sanctandreanum Gymnasium minimè infelici auspicio cœptum est 1411. conuenientib. ad id viris vndecunq; doctissimis qui profiterentur, & cupidissimis qui docerentur. sed in immensum excreuit cum Jacobus Rex I. in Scotiam ex Anglicano carcere reuersus est. Conuenere enim

15. Doctores Theologiæ, 8. Decretorum, infinitusq; auditorum numerus: illosq; omnes magistratibus aut sacerdotiis donauit; hos verò priuilegiis insignibus. Scilicet Rex ipse seorsim ab adulatoribus in Anglia bona fide literas didicerat, easq; amabat.

GERMANIÆ ET VICINARVM REGIONVM.

ARgentinensis siue Argentoratensis Schola instituta est 1538. ab Senatu, auctore potissimum Iacobo Sturmio: qui constituto ibidem Rectore Ioanne Stutmio Belga, breui temporis spatio eum euocauit Studiosorum numerum, vt nulla fetè sit natio quæ ibidem non miserit liberos: hodieq; præcipue frequentatur à magnæ nobilitatis præcipua iuuentute, Baronibus, Comitibus, Ducibus, Principibusq; quamplurimis. Obtinuit autem Athenæum illud à Maximiliano II. Imp. 1566. in Comitiis Augustanis, Wolfgango Sigismundo Wurmsero, & Ioanne Hamerero legatis; Ludouico Grempio Oratore, vt omni iure creare posset Artium & Philos. Baccalaureos ac Magistros.

Altorfiana Schola, beneficio Senatus Noribergensis, aperta est 29. Iunii 1575. primo Rectore Valentino Erythræo. Idem Senatus impetrauit eidem loco priuilegia Academiis tribui solita, ab Rudolpho II. 1581. auspiciumq; eius fuit festo D. D. Petri & Pauli, qui dies & ante Scholæ natalis erat. Ante eam natam summa fuerat in existimatione ipsamet Norimberga, ob viros ibidem eminentissimos in omni genere disciplinarum, Vitum Theodorum, Bilibaldum Pirchaimerum, Eobanum Hessum, Hieronymum Beroltũ, Andream Osiandrũ, Ioan. Funccium, Wencesl. Linkium, Leon. Culmanũ, Io. Magebacchiũ, Ioan. Vernerũ, Ioan. Schonerũ, Thom. Venatorium, Vinc. Opsopæum, Ioach. Camerarium aliosque.

Basilæensis cũ recepisset priuilegia sua XI. Nou. 1459. æqua priuilegiis Bononiensium publicè celebrauit natalẽ suum D. Ambrosii festo 1560. præsente Episcopo eiusdem

vrbis

vrbis Ioanne *von Veningen*. primusq; ibi egit Rectorem Georgius ab Andlo Canonicus.

Chemnicensis Schola in Saxonia celebrabatur quamdiu ei præerat, magnus ille si quis excutiat scripta eius, imò maximus sui sæculi Georgius Agricola. quod gymnasium cum eo & natum videtur & exstinctum.

Colonienſis ad Rhenum in publicam omnium doctrinarũ Academiam euasit, 1388. dotante eam priuilegiis parib. Lutetianę Vrbano VI. P.M. annoq; sequenti in profesto Epiphanię, in domo capitulari Ecclesię metropolitanę, præsente clero & senatu Gerard. Calcariensis primo omnium prælegit caput 60. Elaiæ: Surge illuminare Ierusalem. Vniuersitatis Cancellarius designatus fuit Præpositus Colonienſis; primus v. creatus Rector Hertlinus de Marca.

Coronensis in Transsiluania Schola, nomẽ aliquod indepta fuit an. 1530. plus minus per Ioannem Hunterum Theologum & Mathematicum, Valentinum Wagnerum Theologum, Matthiam Fronium Linguistam, Ioachimum Eberhardum, Michaelem Reidelium Philosophos.

Cracouiensis in Polonia, fundamenta sua habuit à Casimiro II. rege 1361. sed vltima ei accessit manus 1400. à Vladislao Iagellone, q Dux Lithuanię, Heduige vidua Regis Vngariæ ac Poloniæ filia ducta in vxorem ex Pragensi Academiâ omne genꝰ Theologos, Medicos, Philosophosq; accersiit, Heduidẽ consensu Bonifacii IX. ac ratificatione Ioannis XXIII. & Martini V. quamuis Casimiro olim priuilegia sua indulserat Vrbanus IV. deplomate dato Calendis Septembribus 1361. Auenione. Lectionum initium factum est feria secunda post Iacobi Apostoli festũ 1400. in iure Canonico per Petrum Vissh J. V. D. & Episcopum Cracouiensem, & Vniuersitatis Cancellarium. Heduigis regina moriens ingentem pecuniam reliquit scholæ impensam; qua extructa sunt egregia duo collegia; in quorum altero Theologi & Philosophi, in altero Medici & Iureconsulti profiterentur.

Dilingana in Bauaria superiore, initium suum acceptum fert Othoni Truchsesio Cardinali Augustano, qui eam introduxit solenniter 1549. Professoribus mutuatis Louanio atq; Ingolstadio.

Duacensis in Belgio accepit originem 6. Octob. 1562, auctore Rege Philippo II. Hispaniarum Rege, procurantibus id Antonio Perenoto Granuellano, Viglio Zuichemio, & Philippo Nigro: ea potissimum de causa, vt auerteretur iuuentus ab Academiis Gallicis, hæreseos suspectis, & nihilominus Gallicam linguam ibidem addisceret. Rector primus fuit Walrandus Hangouardus S. Annæ Præpositus.

Elbingensis Schola fundata in Borussia anno 1542, ab Alberto Duce primo.

Erphordiensis in Thuringia natalem suum tribuit Dagoberto Francorum regi circa annum Domini 1391. honorante eam variis prærogatiuis Bonifacio IX. & Pio II. Primordia eius egregiè decorarunt Nicolaus de Bibera Philosophus & Poëta, item Henricus de Erphordia, Cunradus de Magdeburg, Ioannes Zacharias Maternus, Georgius Pætus, Benedictus Stendel, &c.

Francofurtensis ad Viadrum in Marchia Brandeburgensi, solèniter fecit auspicium honoris sui 27. April. 1506. procurantibus Joachimo I. Electore Brandeburg. & fratre eius Alberto postea Cardinale & Archiepiscopo Moguntino ac Magdeburgensi. Primus fuit Rector Cunradus Wimpina Francus, Professor Theologiæ. reliqui ferè lectores accersiti ex Academia Lipsensi. Priuilegia sua habuit ab Alexandro VI. P. M. Julioq; II. annuente Maximiliano I. Imp. qui sexennio ante, literis Noribergæ datis, priuilegia omnia confirmarat.

Franekerensis in Frisia Occidentali, Schola instituta est ab eiusdem ditionis Ordinibus anno 1586. sed nunquam liquidò potuit emittere lucem suam longius, officiente eius luminibus Lugdunensi Lycęo. habuit tamen viros in linguis omnibus versatissimos, Petreium Tiaram, Joannem

nem Druſium, Joannem Arcerium, Martinum Lydium aliosque.

Friburgenſis in Briſgoia Rhetia, auctorem agnoſcit Albertum Auſtriacum Ducem circiter annum 1450. vel vt nonnullis placet 1460: quæ anno 1467. non ſolum leges & ſtatuta, verùm etiam Theologiæ & Juris Canonici, atque ingenuarum artium Profeſſores euocauit Vienna. Non parum aucta fuit 1472. ſub Friderico Imperatore Vlricus Zaſius J. C. quorundam Friburgenſium ſtatutorum ſe auctorem prædicat: vtpote qui magna cum laude ibidem publicè docuit, ediditq; multa ad ius ciuile. Principium Scholæ ſua eruditione plures per annos illuſtrauit Joannes Pfeffer de Widenberg Theologus ex Francia Orientali.

Gieſſana ſolenniter initium ſuum habuit 8. die Octob. 1607. præſente Ludouico Haſſiæ Landgrauio. Impetrarat ab Rudolpho II. Imperatore, vt ibidem omnes omnium graduum honorumq; tituli in dignos æquè conferri poſſent, atq; in aliis quibuſuis quorumcunq; priuilegiorum Vniuerſitatibus. Concurſus ibidem Studioſorum admodum eſt frequens, ob priuilegiorū magis licentiam quàm doctorum celebritatem: etſi tradux videri queat Lycæi Marpurgenſis.

Goltpergenſis in Sileſia, ſub Ducatu Principum Lignicenſium & Brigenſium, Schola fuit quantiuis pretii ab anno 1520. quo Scholarcham ibidem egit Hieron. Ferimontanus Medicus, deinde Franciſcus Siluius Medicus, poſtea Georgius Helnericus Hebraicè, Græcè ac Latinè doctiſſimus, denique Valentinus Friedlandus Trozendorfius, ad quem è Polonia, Pannonia, Morauia eò decurſum eſt. Sed nec locus inhonorus ſub Martino Taburno, ſub Meliore Laubano.

Gorlicienſis Monaſterii Schola, in Luſatia ſuperiori, aperta eſt 9. Julii 1565. introductusq; primus Rector Petrus Vincentius Vratislauienſis. poſt eum ſucceſſere Joachimus Maiſterus, Laurentius Ludouicus, Martinus My-

lius, Caſparus Dornauius, qui vltimus pro ea qua eſt pra-
ter ſingularem prudentia ſumma elegantis ingenii comi-
tate, loco illi vel ſolus erit magni inſtar theatri.

Griueſvvaldenſis in Pomerania, principium ſuum, qua ciuitas facta eſt debet anno 1310; qua Academia, an. 1456. ſub Vratislao Pomeraniæ Principe IX. Priuilegiis ornata; Friderico III. Imp. Initialis dies Scholæ incidit in 16. Octobris; cuius primus Rector fuit, qui & præcipuus auctor ac fundator Henningus Rubenouius I. V. D. & Conſularis ibidem. Inſtaurata autem eadem 1547. à Philippo Pomeranorum Duce.

Hafnienſis, ſiue Coppenhagienſis, originem ſuam adſcribit Friderico Danorum Regi, 1539. inſtaurata deinde rurſus à Chriſtiano Duce Holſatiæ, electo in regē. de qua forte loquitur Louius, quando *Cobenamæ omnium diſciplinarum Gymnaſio inſignem* eſſe ait. Is Rex accerſiit Doctores ac Magiſtros Witeberga.

Hailbrunnenſis Schola in Franconia inchoata eſt 1582. à Georgio Friderico Marchione Brandeburgico die Aprilis 5. natali ſuo.

Hardeuicenſis Schola ad mare, tetrarchiæ Geldronelaquicæ, initium ſuum habuit ſæculo iſto demum ſexcenteſimo, parte illâ Sicâbriæ ſolide pacificatâ. Fuiſſe & antiquus ibidem ludum literarum illuſtrem, hauſimus ex auctorib. vetuſtioribus. dignitatem Lycæi illius hodie egregiè ſuſtinent Antonius Thiſius, Ioannes Iacius Pontanus.

Heidelbergenſis in Comitatu Palat. Rheni, inſtituta fuit 1346. ad exemplar Pariſienſis, à Ruperto II. Duce Bauariæ, miſſaq; cantata in templo S. Spiritus die 18. Octob. pro felici Scholæ auſpicio, ac poſtridie habitæ ſunt lectiones publicæ; primo Rectore Marſilio ab Ingen in diuinis ſcripturis, & in ſeculari Philoſophia haud mediocriter verſato, ideoq; Pariſiis euocato vt Gymnaſio illi naſum fingeret; vbi & mortuus eſt 1394. 14. Cal. Septemb. Cæterum oppidū illud non tantum celebratur & optimè paſſim audit ob Academiam, ſed etiam ob Principis Electoris Aulam in Arce

ibidem

ibidem posita, sed etiã ob Bibliothecã Palatinam, dedicatã primum ab Othone Henrico Elect. auctã vero egregie sub Friderico IV. Archidapifero, liberalitate Vlrici Fuggeri: adeo vt facilè libris MSS. Hebraicis, Græcis, Latinis, & quidẽ potissima sui parte authenticis, omnẽ prouocet Europam.

Helmstadiana Academia introducta est 15. die Octob. 1576. dicta à Fundatore suo, *Iulia*, Iulio nẽpe Duce Brunsuicense & Luneburgense. eiusq; filius, Henricus Iulius Episcopus Halberstadensis, die natali suo, quo annum ætatis 13, incipiebat, declaratus est primus eius Academię Rector perpetuus.

Herbornensis Schola fundata est à Ioanne Comite Nassouio 1589. & post decenniũ maioris cõmoditatis docentium ac discentium causa, translata Sigenam, plurimum trahit auctoritatis hodie à Ioanne Piscatore.

Jenensis in Thuring. ad Salam, excitata fundataq; à Ioanne Friderico Elect. Saxon. 25. Jan. 1548. at enim Ioannes Fridericus filius, vnà cum inclitis fratrib. vniuersalem ei loco impetrarunt Scholam, publicamq; fecere priuilegii Cæsarei proclamationẽ 2. Febr. 1558. primusq; factus Rector Ioannes Schroterus Vinarienſ. Medicinę Doctor.

Ingolstadiensis in Bauaria, orta est 1410. ex Academia Viennensi, vt quidem testantur Annales Viennenses. cæterùm luculenta ei priuilegia impetrauit à Pio II. an. 1459. Ludouicus Dux, maximis prẽmiis eo euocatis viris doctissimis, ex aliis Gymnasiis. Primus Rectoratũ ibi iniit Gregorius Zvvingel S. Th. Doctor Viennensis. Exindę eam ornare non destitere Ernestus & Albertus Bauarię Duces, quorum postremus, non modo peculiare collegium Theologicum magnis sumptib. erexit, sed & insigne Pædagogium fundauit, in quo Domini de Societate Iesu eloquentiam & Philosophiam exercerent.

Lauingensis Schola in superiore Palatinatu, omnium Professionum numeris decorata, fundamenta sua accepit ab Wolfgango Comite Palatino Rheni Bipontino, ad Danubii ripas, annuente Ferdinando Imperatore 15...

Ugonis de Lis Ordinis Prædicatorum Archiepiscopus Rhodensis, & Nuncius Apostolicus Philippo Bonomio Episcopo Vicentino apud Rethos Franciæ Grisos Mandatorius, constituta Sancta Congregatione Cardinalium contra hæreticam pravitatem, & Universalis Inquisitionis Romanæ, & Generalis Inquisitionis Venetiarum Inquisitor, Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ V. Nuncius Apostolicus, & Commissarius, ac Inquisitor Generalis &c. Venetiis, & in tota Venetorum Ditione.

Universis & singulis Christi fidelibus, ad quorum notitiam præsentes pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Cum Sanctissimus Dominus Noster Paulus Papa V. per suas Apostolicas Litteras, quarum tenor sequitur, sub data Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Decembris 1617. Pontificatus sui Anno 13. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, nostra, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, deputatorum, & ad hoc specialiter, & expresse à Sede Apostolica destinatorum, Congregationi Sanctissimi Domini Nostri, & Universalis Inquisitionis Romanæ, & Generalis Inquisitionis Venetiarum, ac Inquisitoribus in tota Venetorum Ditione, & subditorum suorum quibuscumque, ubique existentibus, & quos nunc habent, aut in futurum habebunt, præsentium, & futurorum, auctoritatem hanc concesserit, & Ordinem illum, ac Inquisitionem Romanam, & Generalem, ubi tenentur, confirmarit, & ordinem Dominicanum per nostrum, ac Academiæ, illius tunc à S. Sede Apostolica nuncupatæ præsidio valide firmarit, ejusque ex quo tradendi scripturam præsidio regendarum, plurimas ad eorum Ordinis conspectum pertinentes Bullas, & Brevia Apostolica, quæ in Romana Curia Romanæ Inquisitionis Generalis magistratum, & Ordinem in Ecclesia Dei Militantem, ac Inquisitionis Romanæ, & Generalis Inquisitionis Venetiarum, ac Inquisitoribus tam Venetiarum quam aliorum

genuis Pudibundus dicunt: ut Sabellicus, Ioannes Lud. Vives, Ioannes Reuchlin, Ioannes Pontanus, Ioannes Cuspinianus, Ioannes Camers, Ioannes Fabricius Theodorus Segerus, Gerardus Noviomagus, Ioannes Lonicerus, Ioannes Sturmius, Ioannes Rhenanus Budæus, Ioannes Agricola, Ioannes Cochlæus, Ioannes Aventinus, Ioannes Clauerus, Ioannes VLSENIVS Crocus.

Multa & locupletissima Ludus Ephesij, Nox Ephesia, Ioannes Aventinus, Ioannes Clauerus, ardentium cupiditatum remedia Affari, Mercurius Gallobelgicus, Ioannes Lodouicus Pierius Valerianus, Ioannes Camers, Ioannes Fabricius, Ioannes Sturmius, Ioannes Rhenanus Budæus, Ioannes Agricola, Ioannes Cochlæus, Ioannes Aventinus, Ioannes Clauerus, Ioannes Lonicerus, Ioannes Fabricius Theodorus Segerus, Gerardus Noviomagus, Ioannes Cuspinianus, Ioannes Pontanus, Ioannes Reuchlin, Ioannes Ludouicus Vives, Sabellicus.

Magnificentiæ & Munificentiæ præmia in eos homines esse, veteres alia quoque Græciæ Reipublicæ Ephesiæ Ioannes Aventinus, Ioannes Clauerus, Ioannes Lonicerus, Ioannes Fabricius Theodorus Segerus, Gerardus Noviomagus, Ioannes Cuspinianus, Ioannes Pontanus, Ioannes Reuchlin, Ioannes Ludouicus Vives, Sabellicus, quod quadrat ad Scaligeranas Lectiones, Philologiæ Augustinianæ Partitiones.

Mundanum, ibi Nouo Orbi, Schola Nouarum, in qua Nouæ de prima Apostolorum Ioannes Clauerus, Ioannes Lonicerus, Ioannes Fabricius Theodorus Segerus, Gerardus Noviomagus, Ioannes Cuspinianus, Ioannes Pontanus, Ioannes Reuchlin, Ioannes Ludouicus Vives, Sabellicus, Ioannes Agricola, Ioannes Cochlæus, Ioannes Aventinus,

plius in Ludo illustri Neuhusiano in vicinia Wormaciæ, cui aliquando etiam præfuit eximius ille Fridericus Sylburgius.

Posnanienſis in Polonia aliquando nonnihil emersit, sed nunquam priuilegiis à Pontificibus aut Imperatoribus dotata fuit. hodie omnino deserta iacet; nisi quatenus eam frequentiorem reddunt Socii collegii Jesuitici.

Pragensis Vniuersitas fundata est anno Christi 1357. cui Carolus IV. Imp. multa egregia adstruxit ædificia, vt collegium Caroli Magni, Cæsareum, Regium, Bohemorum, Bethlehem & alia. Refert Æneas Syluius, quod cum Scholam hanc aliquando ingressus esset Imp. quatuor integris horis attendisse disputationi Magistrorum: cumq; id purpurati sui ægrè ferrent, dicerentq; adesse tẽpus cœnæ; respondit; heic tuam esse cœnam; ipsi abirent & se oblectarent in aula cibo potuq; qui mox transeat. Hedwigis Polonorum regina 1400. plus minus, exstruxit collegium Lithuanorum, q̃ exinde vocatũ reginæ, sed iam intercidit.

Regiomontana in Borussia, instituta fuit 1544. ab Alberto Marchione Brandeburgico, magno Crucigerorum militum Magistro hæreditario: rituq; solenni dedicata fuit die 17. Augusti, primo Rectore Georgio Sabino Poeta eximio.

Rostochiensis in Ducatu Megapolitano ad mare Balthicum fundamenta sua habuit 1415. impetratis à Cæsare & Pontifice priuilegiis, sed florere demum cœpit 1419. coloniæ instar, ex Erfurdiensi potissimum ac Lipsensi, deducta 12. die Nouembris. sæpe iterumque translata fuit Grypsualdiam ob ciuium tumultus atque excommunicationes. Hodie nulli non Academiæ comparanda veniret, seu Professorum eruditione, seu Studiosorum numero, nisi magistratus ciuicus ante annum studiosum furti conuictum strangulari publicè curasset in furca; secutus magis ius strictum quàm æquitatem.

Seruestanum Gymnasium vltimam accepit manum per Joachimum Ernestũ Principem Anhaltinum 1585. in cuius

inau-

inauguratione die 21. Iunii St. V. habita est oratio à Gregorio Bersmanno poeta egregio, primo eius Rectore.

Steinsfortense Gymnasium dedicatum fuit ab Arnoldo Comite Benthemio & Teckleburgico; ita tamen vt eius auspicium fuerit Schuttorfii 1589. vnde mox translatum est propter maiorem loci commoditatem. Ea Schola famosa primum reddita est à discessu ad Lugdunenses Batauos Conradi Vorstii.

Stetinense Pædagogium in Pomerania, anno 1543. nominis erat minimè prottiti: sed Francofurtum ad Oderam, sed Rostochium Megapolitani, in causa fuerunt cur exinde non admodum eximiè floruerit. Primus Rector vocabatur Antonius Valtherus.

Treuirensis in Galliæ limitibus, omnium Germanicarum Academiarum antiquissima, sed propter varias eius mutationes, temporisq; iniurias ferè collapsa: nisi quod nuper Præsulis Joannis munificentia eam instauraverit opera Dominorum de Societate Iesu. tempore Gratiani Imp. ibi studia viguisse, ipsius rescriptum apertè testatur. l. per omnem Cod. Theodos. de Professorib. & Medicis.

Tigurina Schola, videri nequeat imi subsellii, ex quo Zvvinglius, Butlingerus, Pellicanus, Bibliander, Stumpfius, Gesnerus, Stuckius, ab anno ferè 1528. ad finem sæculi illius, eam nominis sui fama celebrauere.

Tubingensis Academia principium habuit anno 1477. sub Eberhardo Barbato Wirtembergiæ Mompelgardiæque Comite. Rector fuit primus Joannes Vergenhans seu Nauclerus, Decretalium Doctor, die festa S. Crucis, anno Indictionis decimo, atque sexto anno Pontificatus Sixti IV. anno verò Friderici Imp. Aug. 25. Gabriel Biel director fuit Professorum, lectionum &c. Priuilegia Pontificis Cæsarisq; permissu indulta die S. Dionysii, populo quotannis in Sangeorgiano templo, die Dominica S. Georgium sequente ab Archigrammateo publicè recitantur.

Viennensis in Austria seu Pannonia inferiore fundata quidem est anno 1237. à Friderico II. Imp. ad exemplum Romanæ & Parisinæ. sed renouauit eam 1365. Albertus III. Archidux Austriæ. Quam deinde Rudolphus eius nominis IV. Albertus III. & Leopoldus II. fratres, in commodiorem locum, ad supremam scilicet vrbis Curiam transtulerunt, opimis impetratis priuilegiis à Pio II. P. M. & Carolo IV. Imp. Sed cum & ibi propter aulicorum insolentiam ac strepitum parum esset quieta, idem Albertus elegit monasterium Prædicatorum, emitq; domum Templariorum, inhabitanda XII. Artium & Philosophiæ Professoribus. Impetrauit etiam ab Vrbano VI. vt Theologia ibidem publicè doceretur. Eiusdem beneficentiæ debentur quoque Scholæ Jurisconsultorum.

Vratislauiensis in Silesia, instituta est ab Senatu ibidem 1505. instinctu Joannis Haunoldi Capitanei Vrbis, item Gregorii Syndici; consensu Vradislai Regis Vngariæ ac Bohemiæ, & Julii II. P. M. cui tria millia aureorum Romam pro expediendis Papæ Bullis & confirmatione destinarant: vt & reditus Ecclesiæ S. Crucis ad stipendia docentium. Sed Cracouiensis Academia, vt Maiestatem & gloriam suam tueretur, eas rationes protulit, vt Julius II. eis adquiesceret. Vratislauienses deinde post biennium iterum enixius institere apud prædictum Papam, sed & tunc repulsam passi sunt.

Vpsaliensis in Suecia originis quidem est vetustæ, sed famæ erat ingentis 1540. lucem ei commodante minimè proletariam Jacobo Zieglero Batauo, & Olao Magno Lincopiensi, vnà cum fratre suo Joanne Magno Archiepiscopo eiusdem vrbis.

Wittenbergica Academia solenni ritu introducta est 18. Octobris die, qui erat Martis 1502. auctoritate Friderici Electoris Saxoniæ. Eius Rector primus fuit Martinus Polichius Meltichstadius Francus, artium & Medicinæ Doctor. Rectoratus durat tantum semestre.

Zuiccauiense Gymnasium in Misnia, ante 60. annos

nomen

nomen aliquod gerebat, lucem ei circumdantibus Petro Plateano, Guaro Guarino, Stephano Wildio, Medicinæ Doctoribus. Sed vt flumen minus in maiori fluuio famam omnem ſuam amittit, ſic & iſthæc Schola; Oceano doctrinarum circumcingente totam eam ditionem, vix nomen vllum retinet.

GALLIARVM ET VICINARVM GENTIVM.

ANdegauenſis Academia ad fluuium Cenomanum ſita, erecta 1398. à Ludouico II. Duce Andium. Ex ea prouenit Poietus Cancellarius Franciæ, item Lazarus Baifius J. C. nobiliſſimus, pater Antonii Baifii, Poëtæ in Gallica lingua eminentiſſimi, Joachimus Belleius vates etiam vtraque lingua clariſſimus. Viguere & ibidem Franciſcus Balduinus J. C. Eguinarius Baro J. C. Renatus Benedictus, Curio S. Euſtathii Pariſiis, Petrus Ærodius Vicarius generalis Criminalis ſedis Andegauenſis, Joannes Bodinus Aduocatus Parlamenti Lutetiani, aliique.

Auguſtodunenſe Muſæum apud Æduos ſummi erat nominis cum Roma adhuc caput mundi ageret. Certè ſub primis Cæſaribus *nobiliſſimam Galliarum ſobolem liberalibus ſtudiis ibi operatam*, diſertè teſtatus eſt Tacitus lib. 3. Annalium cap. 43. cuius verba, neſcio an non pudorem incutere debeant nobilitati illi noſtræ ætatis, quæ ſtudiis humanioribus adeo parum delectatur, vt cenſeat artes linguasq; ſpectare ad capite cenſos, ad circulum plebeium. quaſi magnatum propriè eſſe debeat equitare, venari, aliaque omnia agere, in quibus æquè excellunt mancipia eorum atq; ipſimet; imò adeo hæc quoq; ſunt, à quibus illa diſcunt. Verùm quid hoc ad Auguſtodunum? quam reſtauratam fuiſſe iam ferè euerſam, comitate Conſtantii Imp. patre Conſtantini Magni legere eſt abunde in Pane-

gyrico Elumenii Rhetoris, ibidem inuitati ab Cæsare centum aliquot aureorum millibus.

Auenionensis Vniuersitas ad Rhodanum fluuium, egregiè floruit ab an. 1307. optimisq; priuilegiis ornata fuit, quando Romani Pontifices ibidē sedem habebant. Huic multum splendoris attulit Paulus Castrensis I. C. vt eius cōmentaria in ius ciuile, q̄ Prælectiones Auenionicæ vocantur, declarant. Andreas quoq; Alciatus, cum propter bella in Galliam veniſſet, sexcentorum aureorum stipendiō conductus docuit, vt in Oratione ad Ticinenſis Academiæ alumnos profitetur.

Aurelienſis Acad. in Ducatu Turonenſi ad Ligerim sita, inſtituitur 1312. à Philippo Pulcro Galliæ rege; insignita iisdē priuileg. quib. Tolosana, vt indicat Baldus in l. omnii priuilegia. C. de Epiſc. & cler. Quoniam v. plurimi ibidem cōuenirent Germani, nonnulliq; etiam sub lectionib. vt queritur Rebuffus, suam exerceret petulantiam, Adolph' Echoltzius Licentiatus collegio Germanorū, siue nationi Alemañię, certas viuendi leges & statuta, de aliorū voluntate & consensu præscripsit circa annum Christi 1520.

Biturigenſis Acad. originē suam refert ad S. Ludouicum Galliæ regem, item Carolum fratrē Ludouici XI. q̄ egregia priuilegia ei impetrarunt ab Paulo II. P. M. Hic Rebuffus & Alciatus profeſſi sunt; q̄ vltimus gloriatur ad Ticinenſes, q̄ ibidem docuiſſet stipendio 1200. coronatorū. Duarenus etiam, item Hotomannus, Baronius, Donellus, Robertus, Fornerius. II. CC. eximii nominis, vixere docuerunt q;, vt & insignis ille Cuiacius, q̄ & morte sua 3. Octobris 1590. locum nobilitauit: nuncq; adeo egregiè ornat lectionibus suis scriptisq; Fornerii filius Radulphus.

Burdegaleuſis Acad. sita ad ostium Garumnæ, Gymnasiū Aquitanicum vocatur per excellentiā, q̄ in nulla alia eius regionis schola, omne genus artium doceatur publicè. Floruit à tempore Decimi Ausonii, suffecitque vel ipsi Romæ florentiſſimum Rhetorem Mineruium, cuius meminit D. Hieronym. an. Chr. 359. At enim rescripto Eugenii P. M. restau-

restaurata fuit exoleta illa Schola 7. Id. Maii 1441. procurantibus Maiore vrbis & Iuratis, tanquam patronis tutelaribus.

Cadomensis Acad. versus Occasum in Ducatu Normanniæ, instituta fuit 1418. ab Henrico V. Anglorum rege, excitatis ibidem statim multis collegiis. alii natiuitatem reiiciunt ad annum Christi 1431.

Cadurcensis Vniuersitas non procul à Garumna fluuio olim celebris fuit, sed cuius splendor totus euanuit ad iubar ingens Academiæ Tolosonæ. Inde originem traxit Ioannes XXII. P. M. prius vocatus Iacobus Cardurcensis.

Dolana Acad. in Burgundia ad Dubim flumen, instituta fuit cum adhuc esset sub iurisdictione Imp. Romani: inclaruit tamen magis anno 1484. Primum Rectorem tunc habuit Bernardum Roilletum, qui è Parisiensi Schola eò euocauit Gulielmum Castellum Poetam & Oratorem tersissimum: Superioribus annis cum Musæ ex aliis Galliæ Academiis fugerent ferrum & ignem Hugenotarum, Dolam frequenter migratum est.

Genouensis Schola ab anno 15 ad hūc vsq; diem à toto ferè Orbe visitatur, tum ob Gallicæ linguæ studium, tum ob religionem reformatam, abundante ea perpetuò iuuentute Gallica, Germanica, Polonica, Vngarica, Bohemica, Belgica, Anglica ac Scotica: quamuis ipsa proximis his annis cum Sabaudo Duce bellum assiduò gesserit quasi ante Portas.

Gratinopolitana Metropolis in Delphinatu, ad Isaram amnem, quondā nominis erat non postremi Academia, ac suma cū laude ibi docuit Riuallius Allobrox I. C. celebratissimus; item lumen illud Orbis Jacobus Cuiacius.

Lausannensis Schola, ad Lacū Lemanum, sub Duce Allobrogum, viguit Patrum æuo 1530. & sequentib. aliquot lustris, cum Cunradus Gesnerus ibidē Græcas profiteretur literas, & post eum Joannes Ribitus. hodie non admodum multa est in ore iuuentutis.

Lugdunensis Vniuersitas ad Rhodanum floruit ab anno Christi 830. vsque ad annum 1328. Hic Eucherius Episcopus, dicendi & docendi elegantia excelluit. notissimus etiam Faustus Poëta Lugdunensis. Sed & ibidem deinde claruit Johannes Gerson, exuuiisq; corporis sui honestauit anno 1529. 12. Julii, ætatis 66. Eam etiam exinde exornauit Jodocus Badius, Petrus Toletus, Bartholomæus Argenterius, Leonardus Pomarius, Petrus de Bellapertica, Joannes Canappæus, aliique. Ante natum Christum viguisse ibi studia liberalia, non ineptis argumentis euincit Paradinus lib. 1. cap. 11. Historiæ Lugdunensis.

Massilienſe Athenæum, celebratum fuit, tanquam bonarum literarum domicilium, à Tacito in vita Agricolæ: nec leuiter eandem laudat Cicero Oratione pro L. Flacco. & summo videtur mansisse in pretio, quamdiu Roma fuit Romana. occupata autem à Gothis aliisque barbaris, etiam nomen literarum minus claruit in Massilia, exorientibus alibi passim per Galliam Italiamque humanarum disciplinarum quasi scaturiginibus.

Montispessulana Academia in Narbonensi prouincia, ortum suum adscribit anno Christi 1196. olim prudentiæ iuris, nunc medicinæ studiis frequentissima. Hic Vrbanus V. Pont. Max. collegium instituisse dicitur, dictum nomine Papæ. Rectoris tanta est auctoritas, vt Studiosi, quacunque etiam de causa egredientem, comitari honoris gratia cogantur; quod se non sine maximo studiorum suorum, horarumq; iactura, nimis frequenter feciſſe, queritur Rebuffus: ac quorundam Rectorum inhumanitatem taxat, qui de studiis parum solliciti, ambulando per plateas, eundo ad nuptias, sæpè etiam ad amicas, mortuorumq; sepulturas, prælectiones interturbant.

Mussipontana in agro Lotharingico, fine sæculi quingentesimi longè lateq; celebrabatur, traductis ibidē Petro Gregorio Tholosano, item Frontone Ducæo, illo Jureconsulto, hoc Theologo excellenti, & in Græcorum Pa-

trum

trum ſcriptis nemini ſecundo. verùm, vt alter obiit, alter Galliæ ſe adplicuit, multum Scholæ illi periit.

Nannetenſis Vniuerſitas in Britonum Ducatu olim vigebat, hodie vix nomen literarium retinet; tot vndiq; circumcincta maioris magnitudinis Aſtris.

Nematuſenſis Schola in Gallia Narbonenſi ſiue Delphinatu, Patrum memoria demum interuire cœpit literis humanioribus.

Neracenſis Schola rumoris admodum ſecundi noſtra ætate, cum mater Henrici IV. Galliarum nuperi Regis eò euocaret ex vltimis Belgis Lambertum Danæum; ad profeſſionem Theologiæ.

Pariſienſis Academia fatum ſuum geniale debet Carolo Magno Imp. à quo vitam accepit anno 791. hac occaſione. Ex Scotia in Galliam venerant Claudius, Ioannes, Rabanus & Alcuinus, omnes Bedæ diſcipuli, qui præ ſe ferebant nihil patria extuliſſe præter artes liberales, easq; venditare. Re ad Carolum delata, profitentur liberè ſe vel gratis docturos, dummodo detur vnde viuant. Accipit Rex conditionem, ipſorumq; diligentia religionẽ Chriſtianam mirè excolit. Cęterùm multis modis Vniuerſitas illa aucta eſt ſęculo Ludouici VII. operaq; Petri Lombardi Epiſcopi Pariſienſis immenſum creuit. Verùm ſi quis ſcire auet quo tempore quilibet beneficus fuit in illam ſcholam, excitandis collegiis cęterisq; ædificiis, cõſulat Antiquitates Galliæ Andreæ Quercei lib. 1. cap. 12. Patrum æuo Franciſcus I. Hebraicarum græcarumq; literarũ, & Mathematicarũ artium Profeſſores honeſtis ſtipendiis inſtituit, conſilio Gulielmi Budęi & Ioannis Bellaii Cardinalis. Quod vbi regni Ordinib. probari vidit, alios etiam adiunxit, qui docerent Philoſophiam & Medicinam: deſignato præterea loco amplo trans Sequanam, vbi Gymnaſium extrueretur pro ſexcentis Studioſis, dotatum Francicorum centum millium cenſu annuo. Nec minore cura operam dedit vt ex toto orbe Græca atq; Hebraica volumina Bibliothecis inferrentur.

Pictauiensis Acad. in Ducatu Auerniæ, ad Cletum flumen, constituta fuit à Carolo VII. rege Francor. 1430. priuilegiaq; sua recepit ab Eugenio IV. P. M. Hæc alterum post Parisiensem obtinere locum putatur: vtpote in qua omnium artium studia frequentissimis auditoriis accuratissimè tradantur; præsertim verò Jurisprudentia. Plurimum tamen sibi permittere vilissimos homines in studiosam iuuentutem, queritur Rebuffus in Commentariis ad Authenticam Habita. Cod. Ne filius pro patre. Joannes Capnion ibi egit Professorem: item anno 1513. Christophorus Longolius.

Rhemensis Academiæ fundamẽta quidem facta fuere in concilio ibidem habito sub Eugenio III. tempore Ludouici VII. vrgente D. Bernardo: sed res ea demum ad exitum deducta fuit per Carolum Cardinal. Lotharingium Archiepiscopum Rhemensem; adsentiente Henrico II. rege Galliæ in temporalibus, Paulo verò III. in spiritualibus.

Saumurense Gymnasium ad flumen Ligerim isto demũ sæculo 1606. nomen suum habere cœpit, eò confluentib. Protestantium liberis, quibus est in pretio auctoritas atq; eruditio Philippi Mornæi Plessiaci, eiusdem loci Præfecti Regii. Passim hodie frequentatur ab Britannis, Belgis Germanis.

Sedanensis Schola iuxta Lotharingiam natalẽ suum auspicata est 1592. inuitante eo literas literatosque Henrico Comite Turainio Duce Bullionæo. Sed successu parum prospero. Desiderio eius tamẽ magis adspirare cœpit fortuna sæculo isto sexcentesimo, ex quo tyrocinium suum ibidem posuit Fridericus V. Friderici IV. Elect. Palat. natu maximꝰ filius: q̃ nunc isto anno eò amandauit fratrem suum Ludouicũ Philippum, summæ expectationis Principem.

Tholosana Acad. ad Garumnam fluuium exordiũ sumpsit paulo post Parisiensem, curam adhibente Raimũdo ditionis eiusdem Comite. ad altiora deinde ascendit priuilegiis ac prærogatiuis Ioannis XXII. P. M. & Innocẽtii VI. q; ibidem erexit collegium S. Martialis, eiusdem exemplum

templum imitantibus statim Archiepiscopis, vt & cæteris Magnatib. Celebrantur ibidem quoq; certo die Floralia, vbi præmia publicè distribuuntur adolescentibus inter se certantib. de re literaria. super quo agone consulantur Agonistica Petri Fabri, ciuitatis illius Solis perennis, cuique adeo nulla nocere queat Eclipsis.

Valentiana Vniuersitas in Delphinatu ad Rhodanum, instituta ante multam ætatem, in pretio erat 1470. vbi Philippus Decius Mediolanensis I. C. maximo Gallorum Italorumq; concursu feliciter docuit. Sed nec frequentia sua caruit nostra memoria, cum locum illum doctrina sua illustrarent Jacobus Cuiacius ac Franciscus Roaldus.

HISPANIÆ ET VICINARVM DITIONVM.

BArcinonensis in Cathalonia, in qua omnes disciplinæ docentur, Eloquentia, Philosophia, & Theologia. Hic Franc. Scobarius Medicus dilectus & Pet. Ioan. Nunnesius Valentinus annos ferè 20. Philosophiam & linguam vtramq; cum fructu docuerunt.

Cæsaraugustana in Aragoniæ regno, ab Hadriano VI. PP. vt putatur, confirmata & à Carolo V. Instaurata verò anno 1584. euocatis Professoribus à Petro Cerbina Episcopo Turcasonensi, Toleto, Simone Aprileo Lamiturano & And. Schotto Belga: qui eloquentiam, linguam Græcam, historiamq; Romanam ibi docuit: J Cti verò Ioan. Costa, Miraueta & Ribas Cæsaraugustani: Medici verò Hieronymus, Ximenius & Tauarius aliiq; doctrina clari.

Complutensis in regno Castellæ à Franc. Ximenio Cat. & Archiepiscopo Toletano magnificè restituta, an. Dom. 1515. quæ complectendo linguas & bonas artes breui creuit in immensum. Testantur id Biblia trium linguarum Complutensia. De qua sic Desiderius Erasmus

Franc. Vergaræ ibi Græcas literas docenti: *Compluto*, inquit, *quod duorum Præsulum, Franc. Ximenii & Alphonsi Fonsecæ felicib. auspicib. sic efflorescit omni genere studiorũ, vt iure optimo πάνσοφον appelletur.* Hic Joannes Petreius, & Ambrosius Moralis Cordubensis, Alfonsus Matamorus Hispalensis Eloquentiam docuerunt: Græca verò Demetrius Cretensis, Ferdinandus Pintianus; annos 20. Franc. Vergara & Laurentius Balbus.

Compostellana in regno Galliciæ, licet obscura.

Conimbricensis in Lusitania à Joanne III. Rege Portugalliæ excitata, evocatis è Gallia Doctoribus, vt Colonia esse videatur Lutetiæ & Burdigalæ, opera Andreæ Goueani Lusitani Theologi, Nicolao Gruchio Philosopho, Georgio & Patricio Buchananis Scotis. De qua Jac. Payua Andradius ad Sebastianum regem: *Conimbricensis & loci natura amœnissima, & omni literarum genere clarissima Academia est, in qua ipse ab ineunte ætate literarum studiis incubui.*

Eborensis in Lusitania, nuper ab Henrico Cardinali Lusitaniæ eiusdem ciuitatis Præsule constructa. De qua idem Jac. Payua. *Quòd si Academiarum* (inquit) *gloria magis literarum & virtutum splendore quam antiquitate constat, hæc certe paulo ante constituta, cum antiquissimis, & totò orbe celeberrimis iure certare poterit. Satis enim illa præ se fert specimen integritatis, prudentiæ, pietatis, fidei & religionis: quibus mirum in modum excellit Henricus Princeps clarissimus, qui illam egregiè fundatã, mirificè auctam, omnib. necessariis rebus munitam, nobis & posteritati ædificauit.* Hæc ille. Hinc oriund⁹ L. Andreas Resendius, poëta pius, orator & Theologus, cui multũ ob singulatẽ sacræ antiquitatis cognitionem, scriptis contestatam, omnis Hispania debet.

Gandiana in regno Valentiç, q̃ Francisc⁹ Borgia Gandiç Dux erexit, vt ibi Patres societatis Iesu (in quam & ipse se cõtulit fuitq; III. Præpositus Generalis) iuuentutem cum liberalib. disciplinis, & Philosophiâ, pietatem more institutoq; suo docerent: & sacræ ipsi Theologiæ vacarent.

Grana-

Granatensis in regno Granatæ siue Bætico. Hic Ioannes Latinus Æthiops (res prodigiosa) nostra tempestate Rhetoricam permultos annos publicè docuit, iuuentutemq; instituit, & poëma edidit in victoriam Joannis Austriaci naualem.

Hispalensis vetus Academia, quæ doctissimos & præstantissimos viros protulit. Sylvester enim PP. M. hic eruditus est, vt, Volaterranus, Nauclerus & Platina testantur. Auicenna etiam medicus & Philosophus, & S. Leander, qui tua eruditione, pietate & industria Herminigildum & Recaredum Gothorum Reges ab Ariana hæresi ad Catholicam fidem reuocauit. Isidorus quoque doctissimus, Præsul Hispalensis hic floruit. Ioan. Mellara nostro tempore illic docuisse fertur, ludumq; aperuisse linguæ Latinæ: & Nicolaus Manardus rem medicam professus est.

